


HISTORIA DIABOLI

SEV

COMMENTATIO

DE

DIABOLI,

MALORVMQVE SPIRITVVM EXSISTENTIA, STATIBVS, IVDICIIS, CONSILIIS, POTESTATE,

AVCTORE

IOH. GODOFR. MAYER,

A. M. ET V. D. M. IN AGRO TVBINGENSI,

EDITIO ALTERA.





[illegible] LINGAE

SVMTIBVS IOH. GEORGII COTTAE

MDCCLXXX.



PRAEFATIO.

Retractatior iam prodit *historia Diaboli*, ante triennium, et quod excurrit, primum publici iuris facta, post Virorum, quorum magna est et esse debet apud nos auctoritas, suatu hortatuque secundis curis limata et emendata, quos velim non consilii, nec me

poeniteat obſequii! Dum vero hoc agimus, non ignoramus, quam plenam periculi aleam adierimus, praeſertim hac noſtra aetate, tam culta, tam delicata et eleganti, in qua eo ſapientiae et γνώσεως ventum eſſe videtur, vt puſilli animi et ingenii habeatur, qui de Diabolo daemonibusque parum vel multum exiſtimauerit. Ab vtraque vero parte, tam eorum, qui diſſident, quam qui communem ſententiam ſuſtinent, peccari poſſe et ſolere, facile vident omnes. Exceſſum ſapit, ne vllius quidem οἰκονομίας ſapientis artificio et velo, aut artis hermeneuticae praeſidio excuſabilem, omnem hanc doctrinam, etiam Chriſti Apoſtolorumque ſententiis dogmaticis, et euidentiſſimis oraculis ſuſtentam et confirmatam, Gentilibus et Iudaeis, ab quibus hauſta ſit, reddi, tamquam ab indole chriſtiana, et

et natiua vi et dignitate euangelii, illiusque fructuosa cognitione abhorrentem et longe alienissimam. Altera pars eorum est; qui pro hac doctrina, tamquam pro aris et focis, pugnant, nec vel leuissime eam tangi conuellique volunt, cum tamen non facile locus sit vllus, qui pluribus commentis, superstitionibus, opinionibus auctus sit et deprauatus, communi tam Gentilium, quam Iudaeorum et Christianorum operâ. Hae vero paullatim euanescent, si coniunctis studiis ex ore et animis profitentium veritatem euangelicam funditus euertentur. Ea enim est vis temporis et consuetudinis, ad molliendam rerum quarumuis offensionem, vt quam insolentia et nouitas iis adfert inuidiam, sensim detrahatur obruaturque audiendi, legendi, vsurpandi assiduitate, et crebrioribus exercitiis.

Inſpecta igitur *omni cauſſa*, et in vniuerſum conſiderata, de ea melius et firmius ſtatuendi facultatem fore putabamus; in ſummam igitur ſententiarum, quae in ſacris litteris de hac cauſſa continerentur diſperſae, ordine et ratione diſtributam, coniecimus, vt *daemonologiam* vere *biblicam* exhiberemus, ſingula dicta ſuis locis illuſtraremus, et doctrinam, grauioribus capitibus R. C. arcte innexam, adeoque haud leuis momenti, a multis, quibus omni aeuo onerata eſt, opinionibus et ſuperſtitionibus defecaremus. Id nobis propoſitum erat, haec *conſilii* ſumma, in qua aſſequenda quid praeſtitum ſit, quid effectum, non meum eſt, ſed aliorum, ab cauſſae huius, et difficultatum, eam prementium, cognitione recte inſtructorum iudicare. Imaginem vero, quam in animo concepi et infor-

formaui, cum non plene assecutus sim, fateor, id nec ficta, nec simulata modestia, quae nec moris mei est, nec animi; cum CICERONE, *Inu.* II. 3. proferre ausim, *si temere aliquid praeteriisse, aut non satis eleganter secuti videbimur, docti ab aliquo, facile et libenter sententiam commutabimus. Non enim parum cognosse, sed in parum cognito stulte et diu perseuerasse, turpe est: propterea, quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari vniuscuiusque vitio est attributum.*

Difficultatibus admodum multis et magnis impeditam esse historiam Diaboli, experientur, qui rei periculum facturi sunt, partim earum rerum, quae haud adspectabilia spectant, nec sensibus subiecta, communibus, partim huic quaestioni propriis, propterea, quod interior oeconomia spirituum, natura

humana ſublimiorum, et bonorum et malorum, maximam partem in praeſenti infantia, 1 Cor. XIII. 11. ſs. inexplorata ſit, tum quod temporum diuerſitatem, quibus diſtincta eſt malarum mentium poteſtas, in hac re maximi momenti, tum praecipuam illam coniunctionem, quae illis cum ſyſtemate noſtro interceſſiſſe putanda eſt, a multis vix attendi, immo in ratiocinationibus magis, quam clariſſimis ſacrarum litterarum teſtimoniis confidi in hac cauſſa, videam. — *Dogmaticam veritatem* ſequi et tueri potius, quam *polemicum* agere conſtitui, quare non opus eſſe duxi, in ſingulis eorum, qui aliter ſentiunt, anguſtis et contortis ratiunculis diſſoluendis fruſtra orationem conſumere: ad regiam enim viam dignoſcendam non neceſſe eſt, auia omnia in numerato habere, et pertentare, cum

ple-

plerumque nil aliud ſit, quam oleum et operam perdere, quamuis non facile vllum praecipuorum dubiorum intactum reliquerim, cuius recte ſoluendi fontes non aperuiſſem. — In excitandis auctoribus, nonnullis forſitan iuſto liberalior et copioſior videbor, id vero partim teſtimonii, partim grati animi profeſrendi cauſſa feci: cum enim *facem in obſcuriſſimis quaeſtionibus praeferrent*, *fateri cum* PLINIO, *per quos profeciſſem, ingenui pudoris eſſe duxi.* — *Aberrationes typographicas*, quae, cum procul abeſſem ab officina, facile *irrepſere*, B. L. et condonabit et emendabit. Commemorabimus quasdam: pag. 5. lin. 14. lege: *rideantur*, p. 18. l. 28. l. *hac*, p. 32. lin. 17. l. *transuectores*, ib. lin. 16. κοσμοποιΐαν, p. 48. l. 15. l. *quae*, ib. l. 22. poſt: partum, adde: *genuit*, p. 51. l. 21. l. *improbum*, p.

116. l. 10. l. *religione*, p. 499. l. 11. l. *origines*, p. 356. l. 28. l. *excantlatis*, p. 511. not. * l. 7. l. *abigendum*. p. 231. l. 33. גְּחֹנְךָ l. 233. lin. 6. וְאֹיְבָיו ib. lin. 12. יְלַחֵכוּ Sunt forte alia quaedam leuioris momenti, in litteris graecis et hebraicis, corrigenda, ſed eiusmodi, vt lectorem attentum, ſuaque ad interpretationem amoris exigentem, non morentur. —

Cum nulla cupiditate ductus, nec altercandi ſtudio ad hoc operis acceſſerim, iſtis litibus, quibus etiam Germania in cauſſa noſtra luxuriatur, immiſceri nolim, quas pacis ſtudio Deo et diei, immo veteranis theologis componendas facile reliquerim, perſuaſiſſimus, fore, vt, ſi etiam haec eccleſiae vulnera patientius ferantur, citius coaleſcant, cum contra, ſi nimis, moleſtaque ſedulitate,

aut

aut adeo acerbitate, ſpiritu euangelii, eiusque profeſſoribus indigna, tractentur, verendum ſit, ne indies crudiora, indies deſperatiora reddantur. Viros certe, a quibus diſſentio, veneror, amo, iisque multum me debere profiteor. --- Denique ſi animum modeſtum, ingenuum, veri amantem, a partium ſtudio alienum, docilem, neque diuinae lucis, nec gratiae expertem probauero: ſi quid ad pleniorem veri cognitionem, ad Scripturae, verborumque diuinorum, in ea contentorum, irrefragabilis et inconcuſſae auctoritatis defenſionem, quam, vt pro viribus tuerer, vnice ſpectaui, ſi quid ad gloriae Dei et Seruatoris optimi, cui viuimus, cui morimur, amplificationem contulero; ſi ἀπολογίαν ſanctitatis, bonitatis, fidelitatis, viarumque Domini, quae multis in hac re offendiculo eſ-

ſe.

ſe ſolent, aliquantum adiuuero: operae pretium ſat magnum me tuliſſe exiſtimabo.

Scripſi Kilchbergae Dom. Exaudi, Non. Maj. MDCCLXXX.



SERIES

SERIES ET ORDO EORVM, QVAE IN COMMENTATIONE TRADVNTVR.



PRAEFATIO.

Retractatior iam prodit *historia Diaboli*, ante triennium, et quod excurrit, primum publici iuris facta, post Virorum, quorum magna est et esse debet apud nos auctoritas, suatu hortatuque secundis curis limata et emendata, quos velim non consilii, nec me

)(2 poe-

poeniteat obſequii! Dum vero hoc agimus, non ignoramus, quam plenam periculi aleam adierimus, praeſertim hac noſtra aetate, tam culta, tam delicata et eleganti, in qua eo ſapientiae et γνώσεως ventum eſſe videtur, vt *puſilli animi* et *ingenii* habeatur, qui de Diabolo daemonibusque parum vel multum exiſtimauerit. Ab vtraque vero parte, tam eorum, qui diſſident, quam qui communem ſententiam ſuſtinent, peccari poſſe et ſolere, facile vident omnes. Exceſſum ſapit, ne vllius quidèm οἰκονομίας ſapientis artificio et velo, aut artis hermeneuticae praeſidio excuſabilem, omnem hanc doctrinam, etiam Chriſti Apoſtolorumque ſententiis dogmaticis, et euidentiſſimis oraculis ſuſtentam et confirmatam, Gentilibus et Iudaeis, ab quibus hauſta ſit, reddi, tamquam ab indole chriſtiana,

et

et natiua vi et dignitate euangelii, illiusque fructuosa cognitione abhorrentem et longe alienissimam. Altera pars eorum est; qui pro hac doctrina, tamquam pro aris et focis, pugnant, nec vel leuissime eam tangi conuellique volunt, cum tamen non facile locus sit vllus, qui pluribus commentis, superstitionibus, opinionibus auctus sit et deprauatus, communi tam Gentilium, quam Iudaeorum et Christianorum operâ. Hae vero paullatim euanescent, si coniunctis studiis ex ore et animis profitentium veritatem euangelicam funditus euertentur. Ea enim est vis temporis et consuetudinis, ad molliendam rerum quarumuis offensionem, vt quam insolentia et nouitas iis adfert inuidiam, sensim detrahatur obruaturque audiendi, legendi, vsurpandi assiduitate, et crebrioribus exercitiis.

Inspecta igitur *omni caussa*, et in vniuersum considerata, de ea melius et firmius statuendi facultatem fore putabamus; in summam igitur sententiarum, quae in sacris litteris de hac caussa continerentur dispersae, ordine et ratione distributam, coniecimus, vt *daemonologiam* vere *biblicam* exhiberemus, singula dicta suis locis illustraremus, et doctrinam, grauioribus capitibus R. C. arcte innexam, adeoque haud leuis momenti, a multis, quibus omni aeuo onerata est, opinionibus et superstitionibus defecaremus. Id nobis propositum erat, haec *consilii* summa, in qua assequenda quid praestitum sit, quid effectum, non meum est, sed aliorum, ab caussae huius, et difficultatum, eam prementium, cognitione recte instructorum iudicare. Imaginem vero, quam in animo concepi et infor-

formaui, cum non plene aſſecutus ſim, fateor, id nec ficta, nec ſimulata modeſtia, quae nec moris mei eſt, nec animi; cum CICERONE, *Inu.* II. 3. proferre auſim, *ſi temere aliquid praeteriiſſe, aut non ſatis eleganter ſecuti videbimur, docti ab aliquo, facile et libenter ſententiam commutabimus. Non enim parum cognoſſe, ſed in parum cognito ſtulte et diu perſeueraſſe, turpe eſt: propterea, quod alterum communi hominum infirmitati, alterum ſingulari vniuscuiusque vitio eſt attributum.*

Difficultatibus admodum multis et magnis impeditam eſſe hiſtoriam Diaboli, experientur, qui rei periculum facturi ſunt, partim earum rerum, quae haud adſpectabilia ſpectant, nec ſenſibus ſubiecta, communibus, partim huic quaeſtioni propriis, propterea, quod interior oeconomia ſpirituum, natura

)(4 huma-

humana ſublimiorum, et bonorum et malorum, maximam partem in praeſenti infantia, 1 Cor. XIII. 11. ſs. inexplorata ſit, tum quod temporum diuerſitatem, quibus diſtincta eſt malarum mentium poteſtas, in hac re maximi momenti, tum praecipuam illam coniunctionem, quae illis cum ſyſtemate noſtro interceſſiſſe putanda eſt, a multis vix attendi, immo in ratiocinationibus magis, quam clariſſimis ſacrarum litterarum teſtimoniis confidi in hac cauſſa, videam. — *Dogmaticam veritatem* ſequi et tueri potius, quam *polemicum* agere conſtitui, quare non opus eſſe duxi, in ſingulis eorum, qui aliter ſentiunt, anguſtis et contortis ratiunculis diſſoluendis fruſtra orationem conſumere: ad regiam enim viam dignoſcendam non neceſſe eſt, auia omnia in numerato habere, et pertentare, cum ple-

plerumque nil aliud ſit, quam oleum et operam perdere, quamuis non facile vllum praecipuorum dubiorum intactum reliquerim, cuius recte ſoluendi fontes non aperuiſſem. — In excitandis auctoribus, nonnullis forſitan iuſto liberalior et copioſior videbor, id vero partim teſtimonii, partim grati animi proferendi cauſſa feci: cum enim *facem in obſcuriſſimis quaeſtionibus praeferrent*, *fateri cum* PLINIO, *per quos profeciſſem*, *ingenui pudoris eſſe duxi.* — *Aberrationes typographicas*, quae, cum procul abeſſem ab officina, facile irrepſere, B. L. et condonabit et emendabit. Commemorabimus quasdam: pag. 5. lin. 14. lege: *rideantur*, p. 18. l. 28. l. *hac*, p. 32. lin. 17. l. *transuectores*, ib. lin. 16. κοσμοποιῖαν, p. 48. l. 15. l. *quae*, ib. l. 22. poſt: partum, adde: *genuit*, p. 51. l. 21. l. *improbum*, p.

116. l. 10. l. *religione*, p. 499. l. 11. l. *origines*, p. 356. l. 28. l. *excantlatis*, p. 511. not. * l. 7. l. *abigendum*. p. 231. l. 33. בְּחֹנֶךָ l. 233. lin. 6. וְאֹיְבָיו ib. lin. 12. יְלַחֲכוּ Sunt forte alia quaedam leuioris momenti, in litteris graecis et hebraicis, corrigenda, ſed eiusmodi, vt lectorem attentum, ſuaque ad interpretationem amoris exigentem, non morentur. —

Cum nulla cupiditate ductus, nec altercandi ſtudio ad hoc operis acceſſerim, iſtis litibus, quibus etiam Germania in cauſſa noſtra luxuriatur, immiſceri nolim, quas pacis ſtudio Deo et diei, immo veteranis theologis componendas facile reliquerim, perſuaſiſſimus, fore, vt, ſi etiam haec eccleſiae vulnera patientius ferantur, citius coaleſcant, cum contra, ſi nimis, moleſtaque ſedulitate,

aut

aut adeo acerbitate, ſpiritu euangelii, eiusque profeſſoribus indigna, tractentur, verendum ſit, ne indies crudiora, indies deſperatiora reddantur. Viros certe, a quibus diſſentio, veneror, amo, iisque multum me debere profiteor. --- Denique ſi animum modeſtum, ingenuum, veri amantem, a partium ſtudio alienum, docilem, neque diuinae lucis, nec gratiae expertem probauero: ſi quid ad pleniorem veri cognitionem, ad Scripturae, verborumque diuinorum, in ea contentorum, irrefragabilis et inconcuſſae auctoritatis defenſionem, quam, vt pro viribus tuerer, vnice ſpectaui, ſi quid ad gloriae Dei et Seruatoris optimi, cui viuimus, cui morimur, amplificationem contulero; ſi ἀπολογίαν ſanctitatis, bonitatis, fidelitatis, viarumque Domini, quae multis in hac re offendiculo eſ-

ſe.

ſe ſolent, aliquantum adiuuero: operae pretium ſat magnum me tuliſſe exiſtimabo.

Scripſi Kilchbergae Dom. Exaudi, Non. Maj. MDCCLXXX.



SERIES

SERIES ET ORDO EORVM, QVAE IN COMMENTATIONE TRADVNTVR.

C. III.

c) *ora-*

p.



PRO-



PROLEGOMENA.

Ad ea, quae nostra aetate in contentionem veniunt, —

Ad signa sui temporis animum adtendenti, quemadmodum id officii vnicuique, qui recte animatus esse vult, incumbit, Matth. XVI. 3. inter multa facile occurrit et illud, ingentibus animorum motibus agi de veritate, diuinitus reuelata, nec esse fere vllum dogma, religioni christianae proprium, quod vel leuiter conuellere, vel ad rationis placita refingere, vel ex veritatum salutarium choro expungere non audeat nostrorum hominum, pro ea, quae in ipsis est, et rationis et voluntatis, ad verbi diuini normam conformandarum, impatienta, nouarum rerum studium. Nec vero nos ii sumus, qui temporum nostrorum luci quicquam derogemus, qui quaevis instituta πατροπαράδοτα sectemur, aut iis nimium religiose inhaereamus, qui ab illis egregiis adiumentis, sacras litteras plenius intelligendi, dogmata fidei subtilius probandi, veritatum salutarium fundamenta firmius stabiliendi, abhorreamus, quae ipsis propria sunt, vt potius nostræ aetati, nobismet ipsi, in ea nati, sincera mente congratulemur. Non sumus ii, qui multorum ignauiæ et torpori patrocinemur, in iis,

quae ſemel dicta ſint et inuenta, ſine iuſto examine acquieſcentium, haec enim negligentia nil quicquam in vllo genere praeclari conſequi ſinit, et ad omnes meliores probatioresque intelligendi modos ſtupet. Non itaque in cenſuram S. R. D. SEMLERI ne cadam, verendum mihi videtur, τῶν πολλῶν, ad temporum noſtrorum lucem caecutientium, vel malignitatem, vel caecitatem perſtringentis, idque pluribus in locis; vt in *Wetſtenii libellis ad criſin N. T.* præf. pag. 2. „*eſt illud commune et quaſi* „*epidemicum in theologica republica vitium, quod, ſi* „*qua ſemel ſunt recepta aut obſeruata, iis aeternitatis* „*ſacram maieſtatem fere adiungamus, quaſi ius et fas* „*quidem ſit, aliis in rebus et in cunctis humanae vitae* „*adiumentis, emendationi et perfectionis ſucceſſibus ſemper dare operam, minime autem liceat, ſententiam,* „*quam hi illi ſemel tulerint, de rebus, ad religionem* „*pertinentibus, leuiter conuellere aut immutare. Atque iſta in ſtatuendo malignitas non ſolum cognitionem* „*ipſam non parum impedit, quam ſemper creſcere* „*oportebat, cum mutatis humanarum rerum et intelligendi cauſſis, ſed etiam ſegnitiem et foedam hominum indolem, et perpetuas quaſi diſſenſiones alit; his* „*poſtulantibus, vt omnes ſic ſtatuant, vt ipſi conſueuerunt, aliis autem turpiſſimam ſeruitutem non patientibus.*„ Tuemur ipſi et commendamus ingenuam illam et liberalem iudicandi cogitandique *libertatem*, quae ab veris virtutum LUTHERI aemulis plane abeſſe nequit: modo ſuis ſe contineat finibus, nec extra orbitam vagetur. *Libertas* enim, vti in ciuitate, ſic etiam in eccleſia, *temperata, ſecundum Liuium ſalubris eſt, nimia, aliis grauis, et ipſis, qui habent, effrenata et praeceps.* Erectiores certe mentes in turpem illam ſeruitutem numquam ſe abripi patientur, qua alienis tantum, nec ſuis videre oculis permiſſum ſit. Animorum enim quot-

quot

quot ſemel veri rectique dulciſſimo ſenſu imbuti fuere, intolerabile illud ſeruitutis genus excuſſerunt, nec ſe vmquam ad obſequia illa caeca turpius abiici paſſi ſunt. Quid libertatis hic rectus vſus poſſit, quam admirabilem vim ad veritatis lucem eruendam propagandamque conferat, in ſalutari illo opere emendationis ſacrorum vidimus, et nuper in *Febroniis*, *Lochſteiniis*, *Lackicſiis*, cum gaudio animaduertimus. Hanc vero ingenuam libertatem nemo eo vsque dilatet, et in hanc ſiniſtram partem rapiat, ac ſi pro arbitrio iam hanc, iam aliam ſententiam amplecti fas eſſet, aut quaevis animi ſui ſenſa, ſine eorundem cum ſacra Scriptura comparatione, eccleſiae obtrudendi, illamque ad ea detorquendi facultas eſſet. *Id enim*, vt praeclare monet S. V. D. Ernesti in diſſ. *de difficultate interpretationis grammaticae N. T.* p. 32. „*licentia eſ- „ ſet, de rebus diuinis ſtatuendi, quae quouis alio, quam „ libertatis pulcherrimo nomine digna videri debet. Vt „ humana libertas tota legibus tenetur, quibus ſublatis „ vel licentia vel ſeruitus conſequitur: ſic haec ſacra to- „ ta tenitur in eo, vt de rebus diuinis, non ex cuius- „ quam hominis arbitrio et imperio, ſtatuere cogamur, „ ſed vnam librorum diuinorum, veluti vnius et ſum- „ mae legis vocem audire, eique parere liceat. Hanc „ igitur legem amplecti ac tenere, hanc dies noctesque „ verſare, ſcrutari, et meditari debent, quicunque „ huius libertatis amicos ac defenſores ſe profitentur: „ quae ne teneri poteſt ſine illo librorum diuinorum per „ ſubſidia bonarum litterarum cognoſcendarum ſtudio. „ Haec iſtius libertatis et appetendae et comparandae „ viam olim munierunt; his ſublatis et contemtis eadem, „ vt olim, tolletur paullatim ac peribit, redibitque „ barbaries, quae ſacras litteras, mentesque adeo ho- „ minum ipſas, tenebris oppleuit, eccleſiamque vniuer- „ ſam dominationi romanae ſubiecit.*„ Nec etiam il-

lud facile exſpectamus, fore vnquam, vt de omnibus religionis chriſtianæ capitibus, vna mente, vna ſententia ſtatuamus, et in hac imbecillitate noſtra, in hoc virtutis, ſapientiae, ſcientiaeque tirocinio, 1 Cor. XIII. 9. ad eam concordiam reuocemur, quae de omnibus doctrinis reuelatis aequabiliter ſentiat, & omnem dubitandi et plenius intelligendi facultatem adimat: ipſa illa donorum, diuinitus ſapientiſſime diſpenſatorum, ingens diverſitas, hominum varia, qua veritatis cognoſcendae viam ingrediuntur, conſtitutio externa et interna, ſolicitius inquirendae accuratiusque inueſtigandae veritatis maius vel minus ſtudium, fuga vel ardor, ante ſuſceptarum opiniouum creſcens vel decreſcens numerus, illarumque vel exuendarum vel confirmandarum vis et voluntas, plenae huic et perfectae paci adhuc obſtitere, et porro obſtabunt. Hanc igitur libertatem, etiam in cauſſa religionis, ſi abſit temeritas, inſcitia et inſolentia, illudens potius veritati, quam ſuccurrens, quis culpet, quis reprehendat, ab inſana illa cupiditate et prurigine, omnia nouandi, et ab ſeruitutis vel ſtupore vel timore aeque remotam, nec antiquitatis nimiae et abſurdae venerationi, nec libidini, omnia ad ſuam ſententiam, tamquam vnice veram inflectendi, litantem? Inſigne hoc beneficium, multorum ſanguine partum, et naturae noſtrae, et veritatis ſtudio non modo conſentaneum, ſed plane neceſſarium, et tenemus ipſi, et aliis concedimus libenter; liceat nobis et aliis ſuis frui & abundare ſenſibus, quamvis cura verborum et ſenſuum, vel ore, vel ſcriptis prolatorum, tanto ſolicitior ſit, neceſſe eſt, quanto grauior eſt quæſtio, quam de iis aliquando conſtituet Dominus, iuſtiſſimus iudex. (Jud. v. 15. Matth. XII. 36. ſ. Jac. III. tot.) Abſit ergo et longiſſime abſit, vt libertati huic vin-

vincula vel compedes iniiciamus ipsi, aut nobis ab aliis iniici patiamur. Sed quae est rerum humanarum, vel optimarum, ratio, vt praeclarissimorum vsuum fructuumque fœcundissimae, hominum vitio, in abusus trahi possint, vt noxae cum salubritate, tam quoad multitudinem, quam magnitudinem, certent, idem in hac libertate vsu euenisse constat. Quid enim de illo libertatis genere statuas, quae librorum diuinitus dictatorum auctoritatem minuit, fundamenta, quibus innitimur, subruit, assensum obsequiumque debitum impedit, et scripturam nobis, perfectioribus scilicet, multis in partibus inutilem reddit? Vbi eo deuentum iri videtur, vt paene uideantur, qui vltra naturae et rationis praecepta moralia quicquam in religione christiana inuenerint; vbi illa ipsa maioris, nostro tempore obortae lucis iactatio, in veritatis, diuinitus revelatae, obfuscationem magis, quam illustrationem vertitur; vt illud *Terentii* Phorm. Act. II. scen. IV. locum inueniat: fecistis probe, incertior sum, quam dudum: vbi patribus et theologis antiquioribus, tamquam ἠλιθίοις insultatur, quorum humeris impositi vel *Pygmaei* longius prospiciant; vbi veritates principes doctrinae caelestis, ad rationis infirmae, et in suis ipsius praeceptis rite exsequendis, languescentis decempedam exiguntur; vbi grauissimae doctrinae, quae *prouerbialium sententiarum* auctoritatem inconcussam possidere inter christianos debebant, in discrimen adducuntur; vbi fastidiosa et indiscreta aversio animi ab omni eo, quod tritum est et notum multis abhinc saeculis, inualescit, vt vel solo hoc nomine odiosum sit et suspectum, quicquid a pluribus recipitur et probatur, placeat contra atque arripiatur avide, quod lenocinium nouitatis habet; vbi fidelissima quaeuis sancti depositi custodia, 1 Tim. VI.

3. 2 Tim. I, 13. 14. caeci et inoliti præiudicii nomine excipitur, exagitatur, illuditur. „*Huiusmodi homines nihil prohibet*, inquit b. WEISMANNUS in diss. inaug. I. *de praeiudicio, quod adcrescit* &c. p. 5. *in certis maxime periodis temporum et reuolutionum spiritualium, in campum libertatis effrenis latissimum excurrere, iustoque tunc Dei iudicio permittitur, ut optimarum aeque, (immo forte adhuc magis) quam minutarum doctrinarum contemtus, negligentia ac taedium apud ipsos inualescat, et locum tandem reperiat in istis ruinis animorum, quod diuinus psaltes dixit: fundamenta subruunt, iustus quid fecerit?* Ps. XI. 3. Hanc quidem libertatem, vel potius licentiam, veritati salutari noxiam esse et periculi plenam, quis non videat? Vtinam omnes illas libertatis leges et modum tenerent, quas in hoc genere praeclare tulit S. V. D. ERNESTI in progr. reform. 1764. *de libertate iudicandi in caussa religionis*; his certe conseruatis, de tot abusibus conquerendi, nulla facile oriretur occasio. Interea cum hæc libertatis abusio, ut plurimum, in magna tantum et ceteris acriora ingenia cadat, condonari ipsis, nec vltra modum exaggerari debet, ne sine caussa *μικραίτιοι* videamur. Quis enim est, cui non sua verissima atque optima videantur? cui non vel ab alienae vel suae interpretationis nouitate & lenociniis insidiae fiant? quis non insito quodam nouitatis studio teneatur, in antiquis, quamuis recte se habeant, non acquiescente, et novis, etiamsi nullam nisi nouitatis commendationem habeant, quam promtissime adhærescente? Multa vero cum circumspectione in tractatione omnis veritatis versari oportet, ne ab nobis ipsi decipiamur, et fiat id, quod SOCRATES dixit apud *Platonem* in *Cratylo*, p. 77. ed. *Fischeri*: τὸ ἐξαπατᾶσθαι ἀυτὸν ὑφ᾽ ἀυτῦ, πάντων χαλεπώτατον. ὅταν γὰρ

γὰρ μηδὲ σμικρὸν ἀποστατῇ, ἀλλ' ἀεὶ παρῇ ὁ ἐξαπατήσων, πῶς οὐ δεινόν; Adparet hinc euidenter, quantum cuique ab suomet ipsius animo timendum sit, ne ingenii, exsultantis auiditate nouitatis, licentia veritati sit noxia, ne Christi apostolorumque doctores magis, quam discipulos nos geramus, in iis consentientes, quae ante iudicatis nostris opinionibus faueant, ceteris missis et iudaicae oeconomiae redditis. Sapienter et suo nostroque tempori conuenienter pronunciauit WEISMANNUS, diss. I. cit. p. 58. „*tenui nostro iudicio, numquam a* „*prudentibus et recti cordis hominibus conscientiae li-* „*bertas, (quae vtique per se est cimelium longe pre-* „*tiosissimum) laudari et commendari debet, nisi cum* „*protestatione cordata aduersus frequentes abusus no-* „*stri temporis, et cum sincera significatione odii in pe-* „*stem illam, qua deteriorem numquam, dum est, or-* „*bis vidit christianus: sicut contra numquam de his* „*abusibus tam acerbe, aut tam imprudenter queren-* „*dum, vt in libertatem conscientiae rectam et legitimam* „*periculum aliquod vel damnum possit inde redundare.*„ Hanc igitur libertatem, suis definitam limitibus et cancellis, auro cedroque cariorem et digniorem semper habuit ecclesia; haec, si sibi sapuit, in rebus fidei nullius vnquam agnouit imperium, haec solius verbi diuini auctoritate regi poscit, quae si vlla re infringatur, incerti per omnia vagabimur et fluctuabimus. Vnus omnium sine prouocatione magister, doctor, iudex, Deus in verbo, arcana voluntatis suae reserante. Hebr. I. 1. Hunc sequi, huic parere, vera libertas est. Tantum igitur abest, ut verear, ne studium biblicum, unum illud maxime necessarium et saluberrimum, ex recentissimis controversiis refrigescat, vt potius haud dubitanter sperem, fore, vt idem apud omnes, quibus veritas curae est cordique, magis incendatur

 et

et theologos vere ſcripturarios formet. Veritatis enim ſcintillulae è controverſiis, tamquam conflictu lapidum, eliciuntur, et experientia ſeptem et decem centuriarum teſte, quanto maiorem a multis retro annis, immo ab incunabulis ſuis, paſſa eſt obtenebrationem, tanto maiore vi et ſplendore ſemper emicuit, et ipſis adverſariorum telis aucta, ornata, amplificata dilucidius innotuit. Quemadmodum enim ea eſt regni caelorum, illiusque civium ratio, ut per contraria potiſſimum ad finem ſuum principem tendant; ita et veritas, qua colliguntur, aluntur, ſuſtentantur, providente ipſius ſapientiſſimo fonte et architecto, è ſingulis triumphis ornatior, defaecatior, terſior adparuit. Lucrabitur igitur, ut ſolet, veritas, tantum abeſt, vt perditura ſit quicquam, è recentiſſimis controuerſiis, in maiorem ipſius illuſtrationem, in regni caeleſtis amplificationem, ipſiusque finium latius prouehendorum dilatationem, in optimi ſaluatoris, eccleſiae ſolicitiſſime proſpicientis, gloriam terminandis. Quamvis ſaepe fiat, vt ſecundum Werenfelsium:

Tot placitis hominum deformis reddita tandem
Relligio, multos ceſſet habere procos,

eadem tamen, a vanis hominum commentis purgata, ab naeuis et faecibus adſcititiis liberata, iis, qui ſemel illius pulchritudinis et ſuavitatis ſenſu et guſtu praediti ſunt, reddetur certior, pulchrior, amabilior. *Opinionum commenta*, inquit *Cicero*, *delet dies, naturae autem*, (addiderim quoque *ſcripturae*) *iudicia confirmat.*

§. II.

§. II.

In multis vero, quae nostra aetate agitantur, controuersiis locus *de angelis malis* multum teritur, iam dudum πολυθρύλλητος nunc vero è systemate veritatum salutarium, si recentiores audias, tantum non proscribendus. Quin a multis accessoriis rebus et sordibus, ab humanae mentis et luxuriantis φαντασίας ludibriis ipsi temere illatis, repurgari debeat, nullum est dubium, quod vero etiam nostra et superiori aetate factum esse vidimus: vbi vero doctrinae accessoriae, minus necessariae, incertae, saepe etiam falsae cum veritatibus primariis, euidentibus, certis eliminantur, et tamquam Tenedia bipenni è medio tolluntur, modus is quidem est, terminandi religionis controuersias, omnium facillimus, sed in ipsam veritatem diuinitus reuelatam maxime iniurius, et in illius auctorem doctoremque minime gratus. In quo similiter faciunt illi, qui capta falce et securi imperitus vites suas sibi omnes et oleas detruncauit, comasque arborum laetissimas, vberrimosque vitium palmites decidit, ac fruteta atque virgulta simul omnia, pomis frugibusque gignendis felicia — purificandi agri gratia conuellit. A. *Gellii* N. A. XIX. 12. Ab eorum igitur partibus, id quod in vestibulo disputationis monuisse sufficiat, reuerentia verbi diuini ductus, stare non possum, a quibus Diabolus opinione nostra propinquior, ad Garamantes relegatur, quasi iam sit nullus, et illi soli ingenuam, liberalem, minus humilem christianae religionis formam indolemque referant, qui omnem diabologiam proscribant, disiectis cunctis illis terroribus sacris, quos longa superstitio sensim coniunxerit, securius et viuere

— pertinet etiam locus de Diabolo, malisque mentibus.

uere et mori doceant, quasi illa tantummodo opinio libera sit et digna Christianis, quae omnes istos angelorum, hominibus tam atrociter timendorum, ordines deiecerit, rerumqne vere exsistentium numero exemerit. Operae igitur pretium facturi nobis videbamur, in infensissimi huius Dei hominumque hostis existentiam, ortum, consilia, potentiam, poenas, curatius inquisituri. Et cum tempora nostra sint eiusmodi, ut in disputatione hac, caussae nostrae et nobis, eam tuentibus, multum metuendum videatur, *leges*, quas mihi in ipsa tractatione sequendas duxi, et ad quas ab omnibus aequis arbitris diiudicari velim, ipse edisseram, hoc unum praefatus, me nulla cupiditate ad hoc operis venisse, nec gloriae, haec enim ex ἑτεροδοξίας magis, quam ὀρθοδοξίας studio paranda videtur, nec ceterarum vanitatum, auctores plures inescantium, sed vno veritatis amore ductum, vel hoc nomine libere dicendae, quod cum offendat nonnullos, aliis tamen probatum iri confidam. Sapientis est, prouidere, ne veritas sub forma, quamuis imperfecta et minus probabili delitescens repudietur, nec error sub speciosa forma foveatur. Vera sapientia scienda pie discit, nescienda lubenter ignorat, vera nec simulat, falsa nec dissimulat, neque damnabiliter ignava est, neque illicite curiosa.

§. III.

Leges. *Leges*, quas mihi in tractatione ipsa religiose servandas tuli, huc redeunt:

1) In omni hac caussa scripturae dicta omne ferant punctum: claris et nulla probabili ratione in alium sensum torquendis litterarum sacrarum testimoniis nitemur, vt ad sensum veri et falsi in

in interpretatione cum fiducia provocare possimus. Nil enim iuuaret, certis doctrinae christianae fundamentis destitutos, humanae sapientiae lubrico inniti, aut προβιβασθέντας ad hos libros interpretandos accedere, quid quaerere, quid inuenire, quid minus, debeamus; hinc nos euacuabimus ab omnibus opinionibus ante captis, quae, dici non potest, quantum interpretis oculos mentemque saepius distorqueant. Et cum in obseruandis comparandisque locis similibus scripturarum clavis sit, nec aduersus arbitrii humani libidinem ac fingendi licentiam, quae se nunc vndique ingerit, remedium fortius validiusque interpretatione litterarum sacrarum inveniatur, ad hanc rationes nostras reuocabimus, hanc unice tenebimus. In tanta enim rerum, sensibus nostris imperuiarum, caligine, in tanta humanarum opinionum varietate, in tam densa rerum et sententiarum sylua, quo potius confugiendum, quam ad sacram anchoram euangelicae doctrinae? huic vnice litandum, in hanc omni opera nervisque intensis incumbendum, si adultiorem hanc mundi aetatem ornare, si viri esse in cognitione, si fortiter agere velimus, nec variis variorum opinionibus misere circumagi. Nec in tanta litterarum luce, et in omnium rerum, quibus ad intelligentiam S. Scripturae via hodie munitur, copia, si cordatiores simus, si nobis adsit simplex ille & lucidus oculus ex euangelio, Matth. VI. 22. si domus animi, purae fidei lucernam habeat candelabro impositam, felici carebimus successu, dubiis huic doctrinae oppositis, ceu nebulis euanescentibus. Quam igitur in explicandis demonstran-

ſtrandiſque dictorum Chriſti apoſtolorum qu ſententiis recte poſcimus ἀκρίβειαν, ipſi pra ſtare atque exhibere, pro virium modulo conabimur. Inhaerebimus quam maxime di ctis planis, euidentibus, et per ipſas tortu ras, quibus nonnumquam premuntur, mani feſtioribus factis. Nam libertas diſſentiendi in locis obſcurioribus concedenda ſit; et a omnibus aequis et honeſtis iudicibus conce datur, ad illa loca plana et perſpicua, varii rabuliſmis tentanda, ad ſolicitandam, peruer tendam, eliminandam aliquam doctrinam, neſ cio, quare? inuiſam, trahi et adplicari nequit Et cum ingenii licentia, ut S. V. D. Ernest dictis et exemplis declarat, in progr. cit. p. VIII. in peruertendis ſcripturis, et per eam rationem ipſis religionis capitibus, nulla alia re magis corroboretur, quam inſcitia et negligentia linguarum, nec certius coërceatur, quam earum veluti vinculis iniiciendis et adſtringendis, verba et ſenſum dictorum, quibus arx et praeſidium cauſſae noſtrae continetur, accuratius euoluemus et diligentius declarabimus. Atque ſic in hac re verſabimur *ſobrie*, et ſolo ſacrarum litterarum teſtimoniis nixi, cauebimus ab omnibus quaeſtionibus ac tricis inutiliter curioſis, quibus homines, ut alias multas, ita et doctrinam de angelis malis praeter verbum Dei onerarunt et foedarunt ad nauſeam vſque.

2) Non certamus *auctoritatibus*. Veritas enim in pugna literaria non a parte numeroſiore, aut per dignitatem auctoritatemque ſplendidiore, ſtare iudicatur, ſed a ſuo, quo innititur, fundamento, huiusque demonſtratione. Agnoſcimus et ſuſpicimus ſummorum virorum,

a

a quibus diſſentimus, inſignem eruditionem, et merita in utramque rempublicam, late patentia, nec ea mente praediti ſumus, quae quantum aliorum gloriae laudique detrahat, tantum ad ſuam conferre putet. Simul vero et illud perſuaſum eſt, multos in iis, quae docent, auctoritate magis commoveri, quam veritate diſputationis. Quid enim frequentius et alacri veritatis perſequendae ſtudio pernicioſius, quam ſummos viros diſcipulorum, in dicta et ſenſus magiſtrorum iurantium, comitari chorum. *Multi theologaſtri Abderitis ſunt ſimiles*: inquit ſummus ERNESTI, *apud hos celebris Tragoedus Archelaus media aeſtate, cum caletur maxime, Euripidis Andromedam egerat; quae res fecerat, ut Abderitae, cum eodem tempore gravi febre corriperentur, omnes in iſto febrili furore tragici ſubito evaderent.* Recte hinc præcipit *Cicero* Nat. D. I. 5. p. 471. „ *Non tam auctores in diſputando,* „ *quam rationis momenta quaerenda ſunt. Quin* „ *etiam obeſt plerumque iis, qui diſcere volunt,* „ *auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur.* „ *Deſinunt enim ſuum iudicium adhibere: id ha-* „ *bent ratum, quod ab eo, quem probant, iudi-* „ *catum vident. Nec vero probare ſoleo id, quod* „ *de Pythagoreis accepimus: quos ferunt, ſi quid* „ *affirmarent in diſputando, cum ex iis quaere-* „ *retur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos,* IPSE „ DIXIT. *Ipſe autem, erat Pythagoras, tantum* „ *opinio praeiudicata poterat, ut etiam ſine ra-* „ *tione valeret auctoritas.* „ Etiam illud haud ſemel vidimus, cauſam ab his exaſperari magis, quam adiuuari, et pertinacius illos ſequi magiſtros in vitiis, quam in virtutibus. Ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ, βάκχοι δέ γε παῦροι.

3. 2 Tim. I, 13. 14. caeci et inoliti præiudicii nomine excipitur, exagitatur, illuditur. „*Huiusmodi homines nihil prohibet*, inquit b. WEISMANNUS in diss. inaug. I. *de praeiudicio, quod adcrescit* &c. p. 5. *in certis maxime periodis temporum et reuolutionum spiritualium, in campum libertatis effrenis latissimum excurrere, iustoque tunc Dei iudicio permittitur, ut optimarum aeque, (immo forte adhuc magis) quam minutarum doctrinarum contemtus, negligentia ac taedium apud ipsos inualescat, et locum tandem reperiat in istis ruinis animorum, quod diuinus psaltes dixit: fundamenta subruunt, iustus quid fecerit?* Ps. XI. 3. Hanc quidem libertatem, vel potius licentiam, veritati salutari noxiam esse et periculi plenam, quis non videat? Vtinam omnes illas libertatis leges et modum tenerent, quas in hoc genere praeclare tulit S. V. D. ERNESTI in progr. reform. 1764. *de libertate iudicandi in caussa religionis*; his certe conseruatis, de tot abusibus conquerendi, nulla facile oriretur occasio. Interea cum hæc libertatis abusio, ut plurimum, in magna tantum et ceteris acriora ingenia cadat, condonari ipsis, nec vltra modum exaggerari debet, ne sine caussa μικραίτιοι videamur. Quis enim est, cui non sua verissima atque optima videantur? cui non vel ab alienae vel suae interpretationis nouitate & lenociniis insidiae fiant? quis non insito quodam nouitatis studio teneatur, in antiquis, quamuis recte se habeant, non acquiescente, et novis, etiamsi nullam nisi nouitatis commendationem habeant, quam promtissime adhærescente? Multa vero cum circumspectione in tractatione omnis veritatis versari oportet, ne ab nobis ipsi decipiamur, et fiat id, quod SOCRATES dixit apud *Platonem* in *Cratylo*, p. 77. ed. *Fischeri*: τὸ ἐξαπατᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' αὑτοῦ, πάντων χαλεπώτατον. ὅταν γὰρ

γὰρ μηδὲ σμικρὸν ἀποςατῇ, ἀλλ' ἀεὶ παρῇ ὁ ἐξαπατήσων, πῶς ὐ δεινόν; Adparet hinc euidenter, quantum cuique ab ſuomet ipſius animo timendum ſit, ne ingenii, exſultantis auiditate nouitatis, licentia veritati ſit noxia, ne Chriſti apoſtolorumque doctores magis, quam diſcipulos nos geramus, in iis conſentientes, quae ante iudicatis noſtris opinionibus faueant, ceteris miſſis et iudaicae œconomiae redditis. Sapienter et ſuo noſtroque tempori conuenienter pronunciauit WEISMANNUS, diſſ. I. cit. p. 58. „*tenui noſtro iudicio, numquam a* „*prudentibus et recti cordis hominibus conſcientiae li-* „*bertas, (quae vtique per ſe eſt cimelium longe pre-* „*tioſiſſimum) laudari et commendari debet, niſi cum* „*proteſtatione cordata aduerſus frequentes abuſus no-* „*ſtri temporis, et cum ſincera ſignificatione odii in pe-* „*ſtem illam, qua deteriorem numquam, dum eſt, or-* „*bis vidit chriſtianus: ſicut contra numquam de his* „*abuſibus tam acerbe, aut tam imprudenter queren-* „*dum, vt in libertatem conſcientiae rectam et legitimam* „*periculum aliquod vel damnum poſſit inde redundare.*„ Hanc igitur libertatem, ſuis definitam limitibus et cancellis, auro cedroque cariorem et digniorem ſemper habuit eccleſia, haec, ſi ſibi ſapuit, in rebus fidei nullius vmquam agnouit imperium, haec ſolius verbi diuini auctoritate regi poſcit, quae ſi vlla re infringatur, incerti per omnia vagabimur et fluctuabimus. Vnus omnium ſine prouocatione magiſter, doctor, iudex, Deus in verbo, arcana voluntatis ſuae reſerante. Hebr. I. 1. Hunc ſequi, huic parere, vera libertas eſt. Tantum igitur abeſt, ut verear, ne ſtudium biblicum, unum illud maxime neceſſarium et ſaluberrimum, ex recentiſſimis controverſiis refrigeſcat, vt potius haud dubitanter ſperem, fore, vt idem apud omnes, quibus veritas curae eſt cordique, magis incendatur

 et

et theologos vere ſcripturarios formet. Veritatis enim ſcintillulae è controverſiis, tamquam conflictu lapidum, eliciuntur, et experientia ſeptem et decem centuriarum teſte, quanto maiorem a multis retro annis, immo ab incunabulis ſuis, paſſa eſt obtenebrationem, tanto maiore vi et ſplendore ſemper emicuit, et ipſis adverſariorum telis aucta, ornata, amplificata dilucidius innotuit. Quemadmodum enim ea eſt regni caelorum, illiusque civium ratio, ut per contraria potiſſimum ad finem ſuum principem tendant; ita et veritas, qua colliguntur, aluntur, ſuſtentantur, providente ipſius ſapientiſſimo fonte et architecto, è ſingulis triumphis ornatior, defaecatior, terſior adparuit. Lucrabitur igitur, ut ſolet, veritas, tantum abeſt, vt perditura ſit quicquam, è recentiſſimis controuerſiis, in maiorem ipſius illuſtrationem, in regni caeleſtis amplificationem, ipſiusque finium latius prouehendorum dilatationem, in optimi ſaluatoris, eccleſiae ſolicitiſſime proſpicientis, gloriam terminandis. Quamvis ſaepe fiat, vt ſecundum Werenfelsium:

Tot placitis hominum deformis reddita tandem
Relligio, multos ceſſet habere procos,

eadem tamen, a vanis hominum commentis purgata, ab naeuis et faecibus adſcititiis liberata, iis, qui ſemel illius pulchritudinis et ſuavitatis ſenſu et guſtu praediti ſunt, reddetur certior, pulchrior, amabilior. *Opinionum commenta*, inquit *Cicero*, *delet dies, naturae autem*, (addiderim quoque *ſcripturae*) *iudicia confirmat.*

§. II.

§. II.

— pertinet etiam locus de Diabolo, malisque mentibus.

In multis vero, quae nostra aetate agitantur, controuersiis locus *de angelis malis* multum teritur, iam dudum πολυθρύλλητος, nunc vero è systemate veritatum salutarium, si recensores audias, tantum non proscribendus. Quin a multis accessoriis rebus et sordibus, ab humanae mentis et luxuriantis φαντασίας ludibriis ipsi temere illatis, repurgari debeat, nullum est dubium, quod vero etiam nostra et superiori aetate factum esse vidimus: vbi vero doctrinae accessoriae, minus necessariae, incertae, saepe etiam falsae cum veritatibus primariis, euidentibus, certis eliminantur, et tamquam Tenedia bipenni è medio tolluntur, modus is quidem est, terminandi religionis controuersias, omnium facillimus, sed in ipsam veritatem diuinitus reuelatam maxime iniurius, et in illius auctorem doctoremque minime gratus. In quo similiter faciunt illi, qui capta falce et securi imperitus vites suas sibi omnes et oleas detruncauit, comasque arborum laetissimas, vberrimosque vitium palmites decidit, ac fruteta atque virgulta simul omnia, pomis frugibusque gignendis felicia — purificandi agri gratia convellit. A. *Gellii* N. A. XIX. 12. Ab eorum igitur partibus, id quod in vestibulo disputationis monuisse sufficiat, reverentia verbi divini ductus, stare non possum, a quibus Diabolus opinione nostra propinquior, ad Garamantes relegatur, quasi iam sit nullus, et illi soli ingenuam, liberalem, minus humilem christianae religionis formam indolemque referant, qui omnem diabologiam proscribant, disiectis cunctis illis terroribus sacris, quos longa superstitio sensim coniunxerit, securius et vi-

 uere

ſtrandiſque dictorum Chriſti apoſtolorumq
ſententiis recte poſcimus ἀκρίβειαν, ipſi pra
ſtare atque exhibere, pro virium modul
conabimur. Inhaerebimus quam maxime
ctis planis, euidentibus, et per ipſas tort
ras, quibus nonnumquam premuntur, man
feſtioribus factis. Nam libertas diſſentiendi
in locis obſcurioribus concedenda ſit; et a
omnibus aequis et honeſtis iudicibus conc
datur, ad illa loca plana et perſpicua, vari
rabuliſmis tentanda, ad ſolicitandam, perue
tendam, eliminandam aliquam doctrinam, ne
cio, quare? inuiſam, trahi et adplicari nequi
Et cum ingenii licentia, ut S. V. D. Ernest
dictis et exemplis declarat, in progr. ci
p. VIII. in peruertendis ſcripturis, et per ean
rationem ipſis religionis capitibus, nulla ali
re magis corroboretur, quam inſcitia e
negligentia linguarum, nec certius coërcea
tur, quam earum veluti vinculis iniiciendi
et adſtringendis, verba et ſenſum dictorum
quibus arx et praeſidium cauſſae noſtrae conti-
netur, accuratius euoluemus et diligentius
declarabimus. Atque ſic in hac re verſabi-
mur *ſobrie*, et ſolo ſacrarum litterarum teſti-
moniis nixi, cauebimus ab omnibus quaeſtio-
nibus ac tricis inutiliter curioſis, quibus ho-
mines, ut alias multas, ita et doctrinam de
angelis malis praeter verbum Dei onerarunt
et foedarunt ad nauſeam vſque.

2) Non certamus *auctoritatibus*. Veritas enim
in pugna literaria non a parte numeroſiore, aut
per dignitatem auctoritatemque ſplendidiore,
ſtare iudicatur, ſed a ſuo, quo innititur,
fundamento, huiusque demonſtratione. Ag-
noſcimus et ſuſpicimus ſummorum virorum,
a

a quibus dissentimus, insignem eruditionem, et merita in utramque rempublicam, late patentia, nec ea mente praediti sumus, quae quantum aliorum gloriae laudique detrahat, tantum ad suam conferre putet. Simul vero et illud persuasum est, multos in iis, quae docent, auctoritate magis commoveri, quam veritate disputationis. Quid enim frequentius et alacri veritatis persequendae studio perniciosius, quam summos viros discipulorum, in dicta et sensus magistrorum iurantium, comitari chorum. *Multi theologastri Abderitis sunt similes*; inquit summus ERNESTI, *apud hos celebris Tragoedus Archelaus media aestate, cum caletur maxime, Euripidis Andromedam egerat; quae res fecerat, ut Abderitae, cum eodem tempore gravi febre corriperentur, omnes in isto febrili furore tragici subito evaderent.* Recte hinc præcipit *Cicero* Nat. D. I. 5. p. 471. „ *Non tam auctores in disputando,* „ *quam rationis momenta quaerenda sunt. Quin* „ *etiam obest plerumque iis, qui discere volunt,* „ *auctoritas eorum, qui se docere profitentur.* „ *Desinunt enim suum iudicium adhibere: id ha-* „ *bent ratum, quod ab eo, quem probant, iudi-* „ *catum vident. Nec vero probare soleo id, quod* „ *de Pythagoreis accepimus: quos ferunt, si quid* „ *affirmarent in disputando, cum ex iis quaere-* „ *retur, quare ita esset, respondere solitos,* IPSE „ DIXIT. *Ipse autem, erat Pythagoras, tantum* „ *opinio praeiudicata poterat, ut etiam sine ra-* „ *tione valeret auctoritas.* „ Etiam illud haud semel vidimus, causam ab his exasperari magis, quam adiuuari, et pertinacius illos sequi magistros in vitiis, quam in virtutibus. Ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ, βάκχοι δέ γε παῦροι.

3)

3) Cavebimus ab omnibus illis *vitiis*, quae disp tantibus facile obrepere solent: cavebimu ne ἀνθολκῇ ἐλέγχου in amorem peccemus incomparabile illud magisterii I. C. signu Ioh. XIII. 35. Quid enim turpius, quid a surdius, quam si religionis professores se et sinceri ad pallorem usque, ad convici ad obtrectationum quodvis humile genus c gladiantur? Absit ambitiosa quaedam vincen di, suaque tuendi pertinacia, ambitio, par tium studium, vindicta, inuidia, reliqua que pestes, a tranquillo veritatis investiganda studio alienissimae. πολλὴ ἀλογία, inqu *Socrates* in Platonis Theaet. p. 141. ed. *Fischer* ἀρετῆς (σοφίας) φάσκοντα ἐπιμελεῖσθαι, μηδὲ ἀλλ' ἢ ἀδικοῦντα ἐν λόγοις διατελεῖν. Vel long rerum vsu, et experientia tot saeculorum edoctos, alienis periculis sapere nos oportebat, et intelligere, quantum pugnet cum sincera religione linguae virulentia, nec quicquam veritatis studio perniciosius esse, quam ὑποθέσεως amorem, caecum saepius, et zelum, quo defenditur, ἄνευ ἐπιγνώσεως, aestum in disputando et feruorem nimium. Et quamuis non ignoremus, cordis vitia veritatis et perspicientiae et efficientiae haud raro vehementer obstare, et quanta sit vis voluntatis et consilii in interprete, absit tamen, vt de eorum animo, qui a nobis dissentiunt, iudicemus. Fratrem μὴ ὁμόφρονα non condemnamus, ne divinae Maiestatis iura inuadere, ipsumque Dei tribunal conscendere videamur. In nullam igitur partem vehementiores, aut acerbi simus, in omnibus modum servare et recta via incedere necesse est, si veritati vtiles, nec molesti esse voluerimus. Inuisa nomina

Soci-

Socinismi, Naturalismi, Indifferentismi, Rationalismi, et cuius non? nemini impingimus, nec vrgemus supra modum nexum, qui ex dissentientium hypothesibus haud difficili, sed ingrata opera, concatenari posset.

4) *Perspicuitati*, nec anfractuoso et perplexo dicendi generi studebimus: Ne male intellecta locum faciant dubitationibus, et opinionibus periculosis, quarum vis vel doctrinae vel vitae christianorum noxia esse possit. His aditum praecludere debemus accurata rerum euolutione, his ita occurrere disputando decet, vt superstitionibus, securitati, variis peccatorum, immunitatisque conciliandae praetextibus, ne ullus quidem locus aut effugium relinquatur. Aperuimus hinc nobis campum, in quo certa ratione possit exultare oratio, nec eam in compendiariam illam ieiunitatem, et elementariam siccitatem coarctauimus,

§. 4.

Instituti ratio.

Inscripsimus commentationem hanc, *historiam Diuboli*, non eo consilio, quo omnes eius machinationes, a mundo condito ad illius finem, contra ecclesiam Dei structas, enarrare animus esset. Longum id foret, et fere infinitum, nec facile in ullas, meas certe minime, caderet vires. Potiores tantum lineas infaustae illius imaginis ducemus, ut artes, studia, stratagemata antiqui huius veteratoris solicitius adtendantur, et concatenata eius molimina, quibus ciuitatem Dei inter homines mox clam, mox aperto marte, mox leonina mox vulpina pelle subruere tentauit, adhucque tentat, per omnia saecula varie inflexa, euidentius cognoscantur, quibus

bus ſubinde recte cognitis, dilucidius de omni ipſius opere cenſeatur, & vnusquisque cunctas eius actiones dilucido mentis oculo introſpicere, et poſthac minus impedite penitiusque peruidere queat. Quod dum facimus, ne cum laruis et hoſtibus in pariete depictis, pugnare videamur, ὡς ἀέρα δέροντες, praemittere placet doctrinam de diabolo malisque ſpiritibus ſcripturariam, quae generatim ſpectata diſputationibus de exſiſtentia, ortu, iudiciis diuinis, & poteſtate Diaboli daemonumque abſoluitur. Et antiquiores et recentiores adaemoniſtae, fundamento huic, recte et ſolicite ponendo; plane non ſuperſedendi, neceſſitatem imponunt moleſtam ſatis et odioſam. Horum enim dubiis, quibus receptam inter nos doctrinam, ſacrae ſcripturae conſentaneam, fatigare non deſinunt, non recte ſubmotis, vix conſilii ſucceſſus ſperari poteſt optimus. In qua quidem diſputatione illud inprimis ſpectatum nobis eſſe contendimus, vt ſanam noſtram et orthodoxam doctrinam aſſeramus, recentiorum adaemoniſtarum ſententias examinemus, multa ſcripturae loca illuſtremus, in eorumque ſenſum inquiramus, imperiti vulgi ineptas opiniones grauiter et cordate perſtringamus, & mentes ab inanibus terriculamentis auocemus, librorum ſymbolicorum, catecheticorum, precum noſtrarum publicarum, eccleſiaſticarum, liturgicarum fidem, auctoritatem, dignitatem vindicemus. Scopuli, ad quos ne allidamur, curandum eſt, vitandi ſunt duo, alter ἀπιςίας, nihil vel parum Diabolo tribuentis, quae vel in manifeſtis Scripturae verbis et ſenſibus caecutit, vel argutatur, omni modo ad ſuſceptam ante opinionem falſam omnia accommodare tentans: Vere enim *Heraclitus*, *Plutarcho* teſte in *Coriolano*, ſolitus eſt dicere: τῶν θείων τὰ πολλὰ δι᾽ ἀπιςίαν μὴ γιγνώσκεται, vitium illud,

illud, quam ἀσθένειαν ἀπιϛίας ſaepius dixit *Plutarchus*, vel in humanis ſcientiis vituperandum, maxime iis, quae documentis, teſtibus et hiſtoria continentur: alter *ſuperſtitionis*, plus iuſto de hoc hoſte, eiusque poteſtate exiſtimantis. Quamvis difficile ſit, in hac tam graui re medium ſecare, et in neutram partem nimium eſſe, praeſtabit omnino vnice parere veritati diuinitus propoſitae, nec auctoritatibus, nec ſenſibus, nec fabulis incertisque rumoribus quicquam concedere. Sed haec ipſa via media, quae multis in rebus aurea eſt et regia, ſpinoſa et impedita redditur, propterea quod ſaepe fit, vt qui illa incedere iactant, fluctuent et errent, è caſu magis pendeant, quam è certa ratione, et quum certum et conſtantem gradum non teneant, neutrius partis gratiam obtineant. Etiam huius impedimenti recte remouendi rationem, confirmabit ſcripturae inhaerendi, nec infra nec ſupra illam ſapiendi, firmum et conſtans propoſitum. In medio igitur tutiſſimis, inter ἀπιϛίας et ſuperſtitionis devia, incedendum nobis erit, per anguſtum fretum, vbi

Dextrum ſcylla latus, laeuum implacata Charybdis
Obſidet ——

curſum dirigentibus. In quo quidem itinere, rite perſequendo, ne vlla ex parte deflectamus, ſanctioris ſpiritus auxilium, in omnem veritatem nos ducturi, è fonte ſalutis et gratiae inexhauſto, pie ſubinde derivabimus.

§. V.

Momentum.

Et talis quidem eſt haec doctrinae diuinitus reuelatae pars, vt *momentum*

tum habeat haud leue, ſed vere magnum, quo vero ipſum pro grauitate errorum, magis vel minus, ab ſcriptura recedentium, minui et eleuari aut efferri debet. Variae enim ſunt adaemoniſm vel craſſioris vel ſubtilioris formae, & ſecundum illas etiam de momento pronunciandum eſt. Sunt qui hoc vel illud operationum diabolicarum genu vel negant, vel in dubium vocant, et quidem variis de cauſſis, vel philologicis, vel hiſtoricis; ſunt, qui hanc vel illam quaeſtionem, problematis vel exegetici vel dogmatici, vel philoſophici loco haberi volunt, ceterum de omni revelatione magnifice ſentiunt, et egregie merentur, his argumentis conſulendum eſt firmis, et iuſtis probationibus, & cedendum, vbi ſalua veritate cedi debet, nec illis dicam vllo modo ſcribere auſim. Quamuis aegrotantis fidei ſignum ſit, dubiis nimium indulgere, iisque plus auctoritatis, quam certis et evidentibus ſcripturae teſtimoniis concedere. *Il ne faut douter*, inquit Leibnitivs Theod. §. 353. *pour douter, il faut, que les doutes nous ſervent de planche pour parvenir à la verité.* Sunt verio etiam, qui totam rem, omnem diabologiam, nullius plane momenti eſſe, ad ſummam religionis defendunt, atque adeo negligentiam cauſſae vniuerſae inducere tentant, nec deſinunt vel ſuſpiciones ſerere, vel gravibus dubitationibus anſam praebere, immo qui religionem longe puriorem defaecatioremque iudicant, ab hoc humili, cum plebe infima, de diabolo malisque mentibus, opinandi conſuetudine abhorrentem, horum certe in gratiam circumſpicere licebit munimenta cauſſae, ea conſervare, firmare, et adverſus vim et inſidias modeſte et ſine reprehenſione, aut vlla inſectatione defendere. Illud facile patet, et intelligitur ab omnibus, cum haec doctrina divinarum nobis revelatarum veritatum ambitum ita peruadat,

dat, vt a primo reuelationis momento natales suos repetat, et continua serie ad finem eiusdem pergat, salua fide et pietate in Deum et scripturam, praeteriri non posse. Scripta est, reuelata est, et per suam scripturam propagata, ergo etiam dicenda et libere profitenda est. Inprimis vero omnis hermeneutica ars, omnes interpretandi regulae, verae certae, incertae fiunt et lubricae, si haec veritas, manifestissimis verbis declarata et asserta, esse Diabolum daemonesque plures, et operatos esse semper, adhucque operari, possit everti. Quam parum per tot annorum decursum profecimus in arte interpretandi, claui recentiorum destituti! Stulti patres, stulti doctores omnium saeculorum, hanc caussam attingentes, si illa adaemonistarum valeat sententia. Qua *reverentia* excipitur verbum Dei, de hoc hoste gravissime et saepissime nos docentis et commonefacientis? qui honos habetur testimoniis Scripturae, quibus prouidentia Dei singularis in dirigendo et destruendo satanae imperio occupata exponitur? Liceat nobis *νηπίοις*, *σαρκικοῖς*, imperitioribus, vt dicimur, Scripturae inhaerere, cuius *verba* et sensum diligenter et pie tenere, re*iectis* sensibus arbitrariis, hypothesi tantum inseruientibus, et fatuos quosdam philologiae et philosophiae adulterinae ignes spargentibus, vera sapientia est. —— In *mali moralis* ortu et grauitate declaranda, quantum aberremus, quantum alucinemur, necesse est, face malorum et duce hoc non recte agnito? Quae, qualis erit Theodicea, in origine et permissione mali, ignorato illius vno et primo fonte? Dulcia certe vitia, quibus cum Diabolo è natura rerum exstirpato, peccati atrocitas minuitur, et omnia ad mollem quandam et leuem morum disciplinam trahuntur, naturae vitiositati et grata et iucunda, haec scabies ad saeculi naturam ad nostra

tempora, in quibus naturae vires supra modum molesta sedulitate efferuntur, et gratiae deprimuntur, inprimis accommodata, facilius ad alios transit, recipiturque celerius et auidius, quam angusta illa via abnegationis, et cupiditatum mortificationis. Suaues nostri homines et delicati, cur de Diabolo, in exsilium acto, non laetentur? — Illud vero maximum est et fere praecipuum, quod, hoste hoc eiusque viribus non recte cognitis, liberationis, a Christo nobis praestitae, amplitudo et dignitas infringatur, et iustum illi pretium plane non statui possit? Quemadmodum enim *gratiae*, per Christum partae, summa vis, excellentia, efficacitas, et remedii huius praestantissimi vsus et dignitas, non melius perspicitur atque intelligitur, quam cognito recte et accurate morbo, quicum conflictabamur omnes, ita nec iustum redemtionis ab hoc infensissimo hoste pretium, nisi cognita prius illius vi et malitia, statuemus vmquam. Profundissima, sub illius imperio, hominum miseria, arguit ereptionis ab huius tirannide magnitudinem, gratiam atque excellentiam. Pro eo, quo potentior vel imbecillior fuit hostis, crescit vel decrescit virtus atque gloria victoris. Nec in morum disciplina et in vitae vere christiane informatione plane inutilis haberi potest haec doctrina, si quidem vestigia Scripturae premi, illiusque incitamenta ad virtutem sequi fas ius sit. Quamvis aliter visum sit philosopho Halensi b. G. F. Meyer, *in philosophischen Gedanken von den Wirkungen des Teufels auf dem Erdboden* §. 5. ff. qui omnem hanc caussam ad pietatem erga Deum & incendendam & alendam, ad officia erga se et alios conseruanda, parum fructuosam censuit, cuius argumenta diluit, b. D. Faber in diss. *an adaemonismus cum fide et pietate* chri-

christiana conciliari possit? 1763. In fumum abeunt adhortationes apostolorum multae, et ad vitam christianam conformandam prorsus necessariae. Quam elumbes erunt adhortationes ad seriam vitae mentisque mutationem, 2 Tim. II. 25. 20. ad vigilantiam, 1 Petr. V. 8. ad indulgentiam erga lapsos, 2 Cor. II. 11. ad studium humanitatis et precum, 2 Cor. XII. 8. ad prudentiam spiritualem adversus eius et ministrorum imposturas, 2 Cor. XI. 13. ad sobrietatem et castitatem? 1 Tim. V. 15. Qua remissione animi contra antiquum hunc insidiatorem pugnabimus, illum aut plane è natura rerum tollentes, aut non recte de ipso sentientes? Quam vanum terriculamentum et inane *μορμολύκειον*, ne puerulis quidem iniiciendum, suis obiecit Petrus, quando adversarium, quîcum decertandum ipsis sit, non nisi fide, sobrietate, vigilantia, precum studio vincibilem, *ὡς λέοντα ὠρυόμενον* pinxit? 1 Petr. V. 8. Neruus inciditur his omnibus, et imaginaria illa emolumenta, quae ab Diaboli ignoratione et abnegatione exspectantur, damna, inde in fidem et pietatem oriunda, numquam compensabunt. In theologia, quae dicitur comparatiua, quamuis summum haec doctrina locum non obtineat, nec fundamentum fidei constituat, omnibus tamen illis locis et capitibus, vnde salutis spes certa et explorata proficiscitur, arctissime coniuncta est et copulata. Nos certe malumus cum Scriptura, si Deo placet, errare, quam cum Adaemonistis sapere.



3) Cavebimus ab omnibus illis *vitiis*, quae disputantibus facile obrepere solent: cavebimus, ne ἀνθολκῇ ἐλέγχου in amorem peccemus, incomparabile illud magisterii I. C. signum. Ioh. XIII. 35. Quid enim turpius, quid absurdius, quam si religionis professores serii et sinceri ad pallorem usque, ad convicia, ad obtrectationum quodvis humile genus digladiantur? Absit ambitiosa quaedam vincendi, suaque tuendi pertinacia, ambitio, partium studium, vindicta, inuidia, reliquaeque pestes, a tranquillo veritatis investigandae studio alienissimae. πολλὴ ἀλογία, inquit *Socrates* in Platonis Theaet. p. 141. ed. *Fischeri*, ἀρετῆς (σοφίας) φάσκοντα ἐπιμελεῖσθαι, μηδὲν ἀλλ' ἢ ἀδικοῦντα ἐν λόγοις διατελεῖν. Vel longo rerum vsu, et experientia tot saeculorum edoctos, alienis periculis sapere nos oportebat, et intelligere, quantum pugnet cum sincera religione linguae virulentia, nec quicquam veritatis studio perniciosius esse, quam ὑποθέσεως amorem, caecum saepius, et zelum, quo defenditur, ἄνευ ἐπιγνώσεως, aestum in disputando et feruorem nimium. Et quamuis non ignoremus, cordis vitia veritatis et perspicientiae et efficientiae haud raro vehementer obstare, et quanta sit vis voluntatis et consilii in interprete, absit tamen, vt de eorum animo, qui a nobis dissentiunt, iudicemus. Fratrem μὴ ὁμόφρονα non condemnamus, ne divinae Maiestatis iura inuadere, ipsumque Dei tribunal conscendere videamur. In nullam igitur partem vehementiores, aut acerbi simus, in omnibus modum servare et recta via incedere necesse est, si veritati vtiles, nec molesti esse voluerimus. Inuisa nomina

Soci-

Socinismi, Naturalismi, Indifferentismi, Rationalismi, et cuius non? nemini impingimus, nec vrgemus supra modum nexum, qui ex dissentientium hypothesibus haud difficili, sed ingrata opera, concatenari posset.

4) *Perspicuitati*, nec anfractuoso et perplexo dicendi generi studebimus: Ne male intellecta locum faciant dubitationibus, et opinionibus periculosis, quarum vis vel doctrinae vel vitae christianorum noxia esse possit. His aditum praecludere debemus accurata rerum euolutione, his ita occurrere disputando decet, vt superstitionibus, securitati, variis peccatorum, immunitatisque conciliandae praetextibus, ne ullus quidem locus aut effugium relinquatur. Aperuimus hinc nobis campum, in quo certa ratione possit exultare oratio, nec eam in compendiariam illam ieiunitatem, et elementariam siccitatem coarctauimus.

§. 4.

Instituti ratio.

Inscripsimus commentationem hanc, *historiam Diaboli*, non eo consilio, quo omnes eius machinationes, a mundo condito ad illius finem, contra ecclesiam Dei structas, enarrare animus esset. Longum id foret, et fere infinitum, nec facile in ullas, meas certe minime, caderet vires. Potiores tantum lineas infaustae illius imaginis ducemus, ut artes, studia, strategemata antiqui huius veteratoris solicitius adtendantur, et concatenata eius molimina, quibus ciuitatem Dei inter homines mox clam, mox aperto marte, mox leonina mox vulpina pelle subruere tentauit, adhucque tentat, per omnia saecula varie inflexa, euidentius cognoscantur, quibus

bus ſubinde recte cognitis, dilucidius de omni ipſius opere cenſeatur, & vnusquisque cunctas eius actiones dilucido mentis oculo introſpicere, et poſthac minus impedite penitiusque peruidere queat. Quod dum facimus, ne cum laruis et hoſtibus in pariete depictis, pugnare videamur, ὡς ἀέρα δέροντες, praemittere placet doctrinam de diabolo malisque ſpiritibus ſcripturariam, quae generatim ſpectata diſputationibus de exſiſtentia, ortu, iudiciis diuinis, & poteſtate Diaboli daemonumque abſoluitur. Et antiquiores et recentiores adaemoniſtae, fundamento huic, recte et ſolicite ponendo; plane non ſuperſedendi, neceſſitatem imponunt moleſtam ſatis et odioſam. Horum enim dubiis, quibus receptam inter nos doctrinam, ſacrae ſcripturae conſentaneam, fatigare non deſinunt, non recte ſubmotis, vix conſilii ſucceſſus ſperari poteſt optimus. In qua quidem diſputatione illud inprimis ſpectatum nobis eſſe contendimus, vt ſanam noſtram et orthodoxam doctrinam aſſeramus, recentiorum adaemoniſtarum ſententias examinemus, multa ſcripturae loca illuſtremus, in eorumque ſenſum inquiramus, imperiti vulgi ineptas opiniones grauiter et cordate perſtringamus, & mentes ab inanibus terriculamentis auocemus, librorum ſymbolicorum, catecheticorum, precum noſtrarum publicarum, eccleſiaſticarum, liturgicarum fidem, auctoritatem, dignitatem vindicemus. Scopuli, ad quos ne allidamur, curandum eſt, vitandi ſunt duo, alter ἀπιςίας, nihil vel parum Diabolo tribuentis, quae vel in manifeſtis Scripturae verbis et ſenſibus caecutit, vel argutatur, omni modo ad ſuſceptam ante opinionem falſam omnia accommodare tentans: Vere enim *Heraclitus*, *Plutarcho* teſte in *Coriolano*, ſolitus eſt dicere: τῶν θείων τὰ πολλὰ δι' ἀπιςίαν μὴ γιγνώσκεται, vitium illud,

illud, quam ἀσθένειαν ἀπιστίας saepius dixit *Plutarchus*, vel in humanis scientiis vituperandum, maxime iis, quae documentis, testibus et historia sustinentur: alter *superstitionis*, plus iusto de hoc hoste, eiusque potestate existimantis. Quamvis difficile sit, in hac tam graui re medium secare, et in neutram partem nimium esse, praestabit omnino, vnice parere veritati diuinitus propositae, nec auctoritatibus, nec sensibus, nec fabulis incertisque rumoribus quicquam concedere. Sed haec ipsa via media, quae multis in rebus aurea est et regia, spinosa et impedita redditur, propterea quod saepe fit, vt qui illa incedere iactant, fluctuent et errent, è casu magis pendeant, quam è certa ratione, et quum certum et constantem gradum non teneant, neutrius partis gratiam obtineant. Etiam huius impedimenti recte remouendi rationem, confirmabit scripturae inhaerendi, nec infra nec supra illam sapiendi, firmum et constans propositum. In medio igitur tutissimis, inter ἀπιστίας et superstitionis devia, incedendum nobis erit, per angustum fretum, vbi

Dextrum scylla latus, laeuum implacata Charybdis
Obsidet ——

cursum dirigentibus. In quo quidem itinere, rite persequendo, ne vlla ex parte deflectamus, sanctioris spiritus auxilium, in omnem veritatem nos ducturi, è fonte salutis et gratiae inexhausto, pie subinde derivabimus.

§. V.

Momentum.

Et talis quidem est haec doctrinae diuinitus reuelatae pars, vt momen-

tempora, in quibus naturae vires ſupra modum moleſta ſedulitate efferuntur, et gratiae deprimuntur, inprimis accommodata, facilius ad alios tranſit, recipiturque celerius et auidius, quam anguſta illa via abnegationis, et cupiditatum mortificationis. Suaues noſtri homines et delicati, cur de Diabolo, in exſilium acto, non laetentur? — Illud vero maximum eſt et fere praecipuum, quod, hoſte hoc eiusque viribus non recte cognitis, liberationis, a Chriſto nobis praeſtitae, amplitudo et dignitas infringatur, et iuſtum illi pretium plane non ſtatui poſſit? Quemadmodum enim *gratiae*, per Chriſtum partae, ſumma vis, excellentia, efficacitas, et remedii huius praeſtantiſſimi vſus et dignitas, non melius perſpicitur atque intelligitur, quam cognito recte et accurate morbo, quîcum conflictabamur omnes, ita nec iuſtum redemtionis ab hoc infenſiſſimo hoſte pretium, niſi cognita prius illius vi et malitia, ſtatuemus vmquam. Profundiſſima, ſub illius imperio, hominum miſeria, arguit ereptionis ab huius tirannide magnitudinem, gratiam atque excellentiam. Pro eo, quo potentior vel imbecillior fuit hoſtis, creſcit vel decreſcit virtus atque gloria victoris. Nec in morum diſciplina et in vitae vere chriſtiane informatione plane inutilis haberi poteſt haec doctrina, ſi quidem veſtigia Scripturae premi, illiusque incitamenta ad virtutem ſequi fas ius ſit. Quamvis aliter viſum ſit philoſopho Halenſi b. G. F. Meyer, *in philoſophiſchen Gedanken von den Wirkungen des Teufels auf dem Erdboden* §. 5. ſſ. qui omnem hanc cauſſam ad pietatem erga Deum & incendendam & alendam, ad officia erga ſe et alios conſeruanda, parum fructuoſam cenſuit, cuius argumenta diluit, b. D. Faber in diſſ. *an adaemoniſmus cum fide et pietate chri-*

christiana conciliari possit? 1763. In fumum abeunt adhortationes apostolorum multae, et ad vitam christianam conformandam prorsus necessariae. Quam elumbes erunt adhortationes ad seriam vitae mentisque mutationem, 2 Tim. II. 25. 20. ad vigilantiam, 1 Petr. V. 8. ad indulgentiam erga lapsos, 2 Cor. II. 11. ad studium humanitatis et precum, 2 Cor. XII. 8. ad prudentiam spiritualem aduersus eius et ministrorum imposturas, 2 Cor. XI. 13. ad sobrietatem et castitatem? 1 Tim. V. 15. Qua remissione animi contra antiquum hunc insidiatorem pugnabimus, illum aut plane è natura rerum tollentes, aut non recte de ipso sentientes? Quam vanum terriculamentum et inane *μορμολύκειον*, ne puerulis quidem iniiciendum, suis obiecit Petrus, quando adversarium, quîcum decertandum ipsis sit, non nisi fide, sobrietate, vigilantia, precum studio vincibilem, *ὡς λέοντα ὠρυόμενον* pinxit? 1 Petr. V. 8. Neruus inciditur his omnibus, et imaginaria illa emolumenta, quae ab Diaboli ignoratione et abnegatione exspectantur, damna, inde in fidem et pietatem oriunda, numquam compensabunt. In theologia, quae dicitur comparatiua, quamuis summum haec doctrina locum non obtineat, nec fundamentum fidei constituat, omnibus tamen illis locis et capitibus, vnde salutis spes certa et explorata proficiscitur, arctissime coniuncta est et copulata. Nos certe malumus cum Scriptura, si Deo placet, errare, quam cum Adaemonistis sapere.



CAP. I.

DE EXSISTENTIA DIABOLI DAEMONUMQUE.

§. I.

Exsistentia Diaboli non ex *ratione*,

Iam vt ab eo ordiamur, quod in ha caussa caput est, & fere praecipuum *esse Diabolum* daemonasque, ὑπόςασι quandam, naturam permanentem & personam, spiritum malignum, *ma*lorum angelorum principem, euincendum est. Ha enim re non recte adstructa, historiam illius, *qu* non esset, describeremus, mere σκιαμαχȣ̃ντες. Primum non possumus non satis mirari, quamuis agnita et defensa librorum sacrorum diuinitate, esse plures et recentioris et antiquioris aeui, qui hanc lucidissimis et manifestissimis dictis confirmatam sententiam impugnent, et quibuscunque ratiunculis conquisitis infirmare audeant. Nescio, num animum ab omni eo, quod vel rationis vi, vel sensuum adminiculo adsequi nequeunt, alienum habeant, an praeiudicatis opinionibus seruiant, si vel singulis sacrarum litterarum paginis falsitatis earum arguantur, an imaginariis quibusdam vtilitatibus, inde in puritatem doctrinae euangelicae redundaturis, ducantur? Diaboli *notionem* inter eas, quas omnium animis impresserit *natura*, nemo facile referat, nec in *ratione*, hac in re μυωπαζȣ́σῃ, confidere tutum videatur. Quamuis enim haec, quod contra dicat, vix habeat, demonstrandae tamen et asserendae huic rei, sic, vt nullis exceptionibus pateat, non sufficit. Non quidem repugnat, vires animi

animi humani limitatas et reſtrictiores intuentem cogitare ſpiritus ſuperiores, quorum perfectio et cognitionis ſubtilitate et rerum perſpectarum multitudine, noſtrâ et naturali et ſummo ſtudio acquiſitâ, amplior ſit et auguſtior, quid? quod ſpiritus perfectiſſimi et infiniti gloriam illuſtrare videtur, mentes tam diuerſorum generum, formarum, graduum producentis, ciuitatemque ſuam hac ratione mirifice augentis et amplificantis. Num vero ratio, non aliunde edocta, ſua vi et intelligentia, in hanc ſuſpicionem veniſſet, de eo vehementer dubitem. Si hiſtoriae documenta conſulas, rationis vel cultiſſimae vis, id quod in gentilium philoſophis videre eſt, numquam eo valuit, vt ad ſpirituum nobis ſublimiorum naturam et exſiſtentiam, certis & indubitatis argumentis probandam, aſcenderet: quamuis nobis, ex alio iam fonte ſapientibus, haud difficile ſit, hanc coniecturam ſubobſcuram in gyrum veritatum ſic ſatis exploratarum euehere, legum *gradationis* & *varietatis*, in hac rerum vniuerſitate ab ſapientiſſimo illius conditore conſeruatarum ope et miniſterio adiutis. „Quoi „ qu' il y ait apparemment, inquit LEIBNITIUS *Theod. P.* III. §. 341. en quelques endroits de l' Vnivers des animaux raiſonnables, plus parfaits, que l' homme;. l' on peut dire, que Dieu a eu raiſon de créer toute ſorte d' eſpeces, les unes plus parfaites, que les autres. „ — Nec illud ab ratione et ſenſu communi, qui in naturali ſentiendi, intelligendi, iudicandi ratiocinandique facultate continetur, maximopere abhorret, ſtatuere, cum optima quaeuis, ſimpliciſſima, vtiliſſima in Deo, ſummo bono, tamquam principio, vnde emanarunt, videat radicari, et viſibilia maximam partem ab inuiſibilibus progenerari, etiam tot ingentia mala et incommoda, quae mundum et intellectualem et

materialem premant, tot imperfectiones noxias, virtutibus Dei illiusque consiliis peregrinas, ab i puro aliquo fonte, si primam originem specte proficisci. Ecquis enim illas in Dei, optimi, pientissimique rationes sine summa iniuria refera Sic, vt hoc vno vtar, naturâ ducimur ad n stram, aliorumque, quibus iungimur, societate qu dam vel propiori vel remotiori, felicitatem adi vandam perficiendamque, vnde vero tot vitia, n bilissimos hos fines destruentia? quo pacto fit, saepenumero ne ipsi quidem naturae obediamus illiusque praecepta conseruemus? Dissidia certe odia illa internecina, inuidiae atra lues, vacuita omnis amoris, quae vtramque remp. & litterariar et ciuilem distrahunt, ipsi naturae humanae inimi ca sunt, cum eâque pugnant. Vel connatam quan dam naturae vitiositatem agnoscas, vel Deum ipsum homines tam dissonis adpetitibus et cupiditatibu formantem accuses oportet. Certe peregrina illa sunt naturae, si primam eius constitutionem spe ctes, et auctorem insitae huius corruptionis ar guunt malum pestiferumque. Vel rationi, inprimis sacrarum litterarum lumine irradiatae, patet, homines amoris perfectissimi et archetypi, qui *in* Deo est, exemplaria & simulacra esse debere: vnde tot sensus, tot conatus, tot molimina, quae non nisi primi homicidae indolem ingeniumque referunt? — His vero ratiociniis, quibus facile plura addi possent, nostra non superstruimus, nec illa confirmationis loco haberi volumus, sed illustrationis et argumenti, rationem hac in re neutrius esse partis, nec illam certo adfirmare, nec certo negare posse.

§. II.

§. II.

— nec ex *traditione*,

Cum igitur haec, de Diaboli daemonumque exsistentia quæstio nec naturalis scientiæ sit, seu anticipationis cuiusdam et προλήψεως sine doctrina, nec *rationis*, (§. I.) miramur haud immerito, quî fieri potuerit, vt opinio illa omnibus, & Orientis & Occidentis populis, communis, vniuersum terrarum orbem, quaqua patet, peruagaretur, & omnium, vel ferocissimorum, et a ceteris sensibus humanitatis remotissimorum, populorum animos illa de principio quodam mali haud adspectabili occuparet sententia? Quæ enim natio, quaeue gens sub sole vixit, quae non ad daemonum vim, et praesentiam in rebus humanis, multa retulisset? Profecto, quam possum longissime regredi cogitando ad memoriam rerum vltimam, inde vsque repetens, inuenio, sapientissimos olim homines, et nobilissimos philosophos, in hanc communi quasi voce, sententiam iuisse, vt daemonas, in varias sectas distinctos, ob internam naturae praestantiam statuerent. (*) *Chaldaei*, omnium antiquissimi (**), a quibus initium culti per artes et

(*) Fuere, qui ipsum *Angelorum* nomen a profanis scriptoribus adhibitum esse existimarent. CYPRIANUS atque AUGUSTINUS, a *Platone* vsurpatum id esse contendebant. cf. *Petauius* L. I. de angelis c. I. Similius veri id continetur in Or. *Aristidis* εις 'Αθηνᾶν : ἀγγέλων μεν γάρ ἐςι μείζων (Minerua) καὶ τῶν ἀγγέλων ἄλλοις ἄλλα ἐπιτάττει. Quamuis etiam hic incertum sit, vtrum proprie, an adpellatiue vsurpetur. cf. S. V. D. SEMLERI progr. natal. 1754. in Lucae C. I. p. 6. (n. 3.)

(**) *Chaldaei* & *Aegyptii* de antiquitate philosophiae suae certarunt, sed si antiquissima monumenta audias, secun-

et ſcientias ingenii humani ducendum eſt, co-
munibus ſuffragiis in hanc ſententiam conceſſ.
Nam Zoroaſtrae (*) diſciplina omnes naturas
tres claſſes diuiſit, primum aeternas, deinde il
quae quidem initium habuiſſent, ſed fine caritu
ſint, et has theologiae, tum perituras, & has p
ſicae argumentum, conſtituentes. Supremum N
men, Deum, *Oromazen* dicunt, ſeu lumen, ign
ſplendentem. Hinc *Porphyrius* apud *Euſeb.* Pr
par. L. IX. c. 10.

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἑβραῖοι
'Αυτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἁγνῶς.

Chaldaeis ſolis ſapientia ceſſit, Hebraeisque
Aeternum caſto veneratis Numen honore.

Secu

ſecundum chaldaeos pronunciandum eſt. Ab h
eruditio, et ſcientiarum expolitio, ad Aegyptios, a
his ad Graecos, ab Graecos ad Romanos tranſiit, v
hanc ſcientiarum viam, et eruditionis quaſi itine
rarium et curſum, omnis hiſtorica fides confirmat.

(*) Tot memorantur a Veteribus *Zoroaſtres*, vt ſumma
confuſio orta ſit. Nomen honoris et dignitatis, al
inſigni aliquo viro ortum, videtur, iis maxime tri
butum, qui philoſophiae in aliquo populo prim
auctores haberentur. Sic nati ſunt plures *Beli*
Joves, *Hercules*, *Bacchi*. Ipſum ἔτυμον hanc ſuſpi
cionem confirmare videtur. Deſignat enim *ἀςρο*
θύτην, ſ. *ἀςροθεάτην*, et convenit cum aliis no
minibus, *Zabradi*, *Nazaratae*, *Zaris*, *Zarati*, *Zara*
dae, *Zarduſti*. Thom. STANLEIUS l. c. quinque
potiſſimum Zoroaſtres numerat: Chaldaeum, ſ
Aſſyrium: Bactrianum: et Perſam, ſeu Medo-per
ſam: Pamphylium: Proconneſium: p. 168 - 175
cf. MORHOFII Polyh. T. II. L. I. C. I. 12.

ecunda classis, *aeviternarum* rerum ordinibus, con-
etur, quarum aliae sunt *νοερὰ*, *νοητὰ*, quae
iplice Triade absoluuntur, vnde factum esse pu-
m, vt vestigia trium personarum in Deitate, ex
tiquis his monumentis, quidam exsculpere tenta-
m. cf. SCALIGERI *Exerc.* 365. sect. 3.
ldaei post vnum et summum Deum, bonum,
nt paternum quendam fundum, ex tribus
adibus compositum. Quaelibet Trias habet pa-
em, potentiam et mentem. *Psellus* haec plenius
enunciat: Secundum vnum, adfirmant paternam
profunditatem compleri tribus Triadibus, quarum
vnaquaeque primum habet patrem, deinde mediam
potentiam, et tertiam mentem inter eas, quae intra
se claudit Triadem. Haec vocantur etiam ab iis,
intelligibilia, *νοητά*. Tum sunt Intellectuales fon-
tes; hyperarchii vel principia; azoni Dii; zonaei
Dii; angeli, daemones, animi. Chaldaei has om-
nes naturas lucem esse, ab suprema luce emanan-
tes, *daemonas* vero *malos* tenebras aiebant. vid. de
his THOM. STANLEJI Hist. philosophiae Orient. ab
IOH. CLERICO ex anglica lingua in latinam transla-
ta, Opp. philoss. p. 197 — 207. Inprimis digna
sunt, quae notentur, ibidem relata de daemoni-
bus terrenis, vagis, humanitatis inimicis, è
PSELLO in dialogo de operatione daemonum, qui ea
a *Marco* quodam, in Mesopotamia degenti, hausta
profitetur. Fuit hic *Marcus* chaldaeorum quondam
ritibus addictus, et eorum doctrina imbutus, postea
christianam religionem amplexus. Potiora illius
narrationis momenta, multis de caussis heic transferre
et legere non pigebit: „ Hi daemones sunt vario-
„ rum generum, cum ad eorum formas, tum ad
„ corpora quod attinet; et tanto numero, vti et
„ aër supra nos positus et circum ambiens iis refer-
„ tus sit. Iisdem terrae ac maria et abditissimi
„ sinus, occultissimaque spelaea scatent. — Sex
„ sunt

„ sunt eorum praecipua genera. Primum voca-
„ tur Leliurium, h. e. διάπυρος, igneum. I
„ autem per aërem, qui supra nos est, volit
„ nam ex spatio, quod circa lunam est, quasi sa
„ vt profana, omnia Daemonia expulsa sunt.
„ cundum est, quod per nobis contiguum aër
„ vagatur, idque a multis proprie aëreum vocat
„ Tertium, terrestre; quartum aqueum et ma
„ num: quintum, subterraneum; sextum luci
„ gum et terribile, δυσάντητον. — Ceterum om
„ Daemonum genera Dei odio flagrant, atque h
„ minibus adversantur; sunt tamen alia aliis p
„ iora. Nam aqueum, et subterraneum, atque l
„ cifugum, malo gaudentia, et perniciosa pr
„ aliis sunt. Siquidem haec non illusionibus
„ phantasmatibus animos laedunt, sed instar eff
„ ratissimarum belluarum irruentia in hominu
„ perniciem properant. Aqueum quidem nav
„ gantes suffocat. Subterraneum autem et luci
„ fugum, viscerum, si sinatur, penetralibus se
„ insinuat, et in quoscunque homines inciderit
„ eos occupat, suffocat, comitialique morbo e
„ phrenesi exagitat. Daemones vero aërei e
„ terrestres, arte mentes hominum subeunt, et fal
„ lunt, atque ad absonos quosvis adfectus et ille
„ gitimos impellunt. — Haec autem operantur
„ non quod nobis imperent, sed quod suggerant
„ Phantastici enim nostrum spiritum subeuntes
„ quippe spiritus et ipsi, nescio, quos adfectuum
„ voluptatumque sermones insusurrant; non quod
„ voces aërem ferientes et sonoras emittant, sed
„ susurros quosdam, quibus verba sua submittunt
„ Neque fieri non posse, vt sine voce loquantur,
„ videbitur, si reputemus ei, qui loquitur, si si
„ eminus, elatiore vociferatione opus esse; qui
„ cominus, eum in audientis aures vocem insu-
„ sur-

surrare. Quodsi animae queque spiritum subire posset, nullo ei susurro futurum opus, sed sermonem quemlibet, tacita quadam via, sine vllo strepitu, ad excipientem perventurum, quod animis quoque egressis e corporibus, qui intra se citra strepitum colloquuntur, inesse aiunt. [illegible]em prorsus modo ipsi quoque daemones no[illegible]cum clam confabulantur, ita vt ne sentiamus [illegible]dem, vndenam bellum nobis ingruat. Nec [illegible], secundum Chaldaeos, quod super hac re quidquam dubitemus, si, quod in aëre accidit, animadvertamus. Quemadmodum enim, sole lucente, aër varios colores et formas sumit, at-
„ que in corpora eorum capacia transmittit, vt in
„ speculis videre est: sic etiam daemonia colores,
„ et quascunque voluerint formas sumentia, eas
„ in animalem spiritum nostrum traiiciunt. Eo pacto,
„ multa nobis negotia facessunt, dum consilia no-
„ bis suggerunt, voluptatum memoriam refricant,
„ et adfectuum idola, tam vigilantibus, quam dor-
„ mientibus excitant. Immo etiam membra ven-
„ tri subiecta titillationibus demulcent, atque in
„ *vesanos* et illegitimos amores succendunt, po-
„ *tissimum*, si calores humidos nobis a natura
„ insitos cooperatores habeant. — Reliqua daemo-
„ niorum genera nullam artem norunt, neque
„ fallere sciunt; sunt tamen molesta, si excipian-
„ tur, et instar *charonei* spiritus laedunt: corpori-
„ bus et animis, in quos inciderint, nocent, ha-
„ bitus naturales euertunt, nonnumquam etiam
„ igne, aqua et praecipitio non solum homines,
„ verum etiam animalia nonnulla perimunt. —
„ Jn animalia irruunt, non ex odio illorum, aut
„ quod eis nocere volunt, sed quia mirum in
„ modum animali calore capiuntur. Nam cum in
„ profundissimis locis versentur, quae admodum

„ fri-

tempora, in quibus naturae vires ſupra modum moleſta ſedulitate efferuntur, et gratiae deprimuntur, inprimis accommodata, facilius ad alios tranſit, recipiturque celerius et auidius, quam anguſta illa via abnegationis, et cupiditatum mortificationis. Suaues noſtri homines et delicati, cur de Diabolo, in exſilium acto, non laetentur? — Illud vero maximum eſt et fere praecipuum, quod, hoſte hoc eiusque viribus non recte cognitis, liberationis, a Chriſto nobis praeſtitae, amplitudo et dignitas infringatur, et iuſtum illi pretium plane non ſtatui poſſit? Quemadmodum enim *gratiae*, per Chriſtum partae, ſumma vis, excellentia, efficacitas, et remedii huius praeſtantiſſimi vſus et dignitas, non melius perſpicitur atque intelligitur, quam cognito recte et accurate morbo, quîcum conflictabamur omnes, ita nec iuſtum redemtionis ab hoc infenſiſſimo hoſte pretium, niſi cognita prius illius vi et malitia, ſtatuemus vmquam. Profundiſſima, ſub illius imperio, hominum miſeria, arguit ereptionis ab huius tirannide magnitudinem, gratiam atque excellentiam. Pro eo, quo potentior vel imbecillior fuit hoſtis, creſcit vel decreſcit virtus atque gloria victoris. Nec in morum diſciplina et in vitae vere chriſtiane informatione plane inutilis haberi poteſt haec doctrina, ſi quidem veſtigia Scripturae premi, illiusque incitamenta ad virtutem ſequi fas ius ſit. Quamvis aliter viſum ſit philoſopho Halenſi b. G. F. Meyer, *in philoſophiſchen Gedanken von den Wirkungen des Teufels auf dem Erdboden* §. 5. ſſ. qui omnem hanc cauſſam ad pietatem erga Deum & incendendam & alendam, ad officia erga ſe et alios conſeruanda, parum fructuoſam cenſuit, cuius argumenta diluit, b. D. Faber in diſſ. *an adaemoniſmus cum fide et pietate chri-*

christiana conciliari possit? 1763. In fumum abeunt adhortationes apostolorum multae, et ad vitam christianam conformandam prorsus necessariae. Quam elumbes erunt adhortationes ad seriam vitae mentisque mutationem, 2 Tim. II. 25. 20. ad vigilantiam, 1 Petr. V. 8. ad indulgentiam erga lapsos, 2 Cor. II. 11. ad studium humanitatis et precum, 2 Cor. XII. 8. ad prudentiam spiritualem aduersus eius et ministrorum imposturas, 2 Cor. XI. 13. ad sobrietatem et castitatem? 1 Tim. V. 15. Qua remissione animi contra antiquum hunc insidiatorem pugnabimus, illum aut plane è natura rerum tollentes, aut non recte de ipso sentientes? Quam vanum terriculamentum et inane *μορμολύκειον*, ne puerulis quidem iniiciendum, suis obiecit Petrus, quando adversarium, quîcum decertandum ipsis sit, non nisi fide, sobrietate, vigilantia, precum studio vincibilem, *ὡς λέοντα ὠρυόμενον* pinxit? 1 Petr. V. 8. Neruus inciditur his omnibus, et imaginaria illa emolumenta, quae ab Diaboli ignoratione et abnegatione exspectantur, damna, inde in fidem et pietatem oriunda, numquam compensabunt. In theologia, quae dicitur comparatiua, quamuis summum haec doctrina locum non obtineat, nec fundamentum fidei constituat, omnibus tamen illis locis et capitibus, vnde salutis spes certa et explorata proficiscitur, arctissime coniuncta est et copulata. Nos certe malumus cum Scriptura, si Deo placet, errare, quam cum Adaemonistis sapere.



CAP. I.

DE EXSISTENTIA DIABOLI DAEMONUMQUE.

§. I.

Exsistentia Diaboli non ex *ratione*,

Iam vt ab eo ordiamur, quod in hac caussa caput est,& fere praecipuum, *esse Diabolum* daemonasque, ὑπόςασιν quandam, naturam permanentem & personam, spiritum malignum, malorum angelorum principem, euincendum est. Hac enim re non recte adstructa, historiam illius, qui non esset, describeremus, mere σκιαμαχῦντες. Primum non possumus non satis mirari, quampis agnita et defensa librorum sacrorum diuinitate, esse plures et recentioris et antiquioris aeui, qui hanc lucidissimis et manifestissimis dictis confirmatam sententiam impugnent, et quibuscunque ratiunculis conquisitis infirmare audeant. Nescio, num animum ab omni eo, quod vel rationis vi, vel sensuum adminiculo adsequi nequeunt, alienum habeant, an praeiudicatis opinionibus seruiant, si vel singulis sacrarum litterarum paginis falsitatis earum arguantur, an imaginariis quibusdam vtilitatibus, inde in puritatem doctrinae euangelicae redundaturis, ducantur? Diaboli *notionem* inter eas, quas omnium animis impresserit *natura*, nemo facile referat, nec in *ratione*, hac in re μυωπαζύσῃ, confidere tutum videatur. Quamuis enim haec, quod contra dicat, vix habeat, demonstrandae tamen et asserendae huic rei, sic, vt nullis exceptionibus pateat, non sufficit. Non quidem repugnat, vires animi

animi humani limitatas et reſtrictiores intuentem cogitare ſpiritus ſuperiores, quorum perfectio et cognitionis ſubtilitate et rerum perſpectarum multitudine, noſtrâ et naturali et ſummo ſtudio acquiſitâ, amplior ſit et auguſtior, quid? quod ſpiritus perfectiſſimi et infiniti gloriam illuſtrare videtur, mentes tam diuerſorum generum, formarum, graduum producentis, ciuitatemque ſuam hac ratione mirifice augentis et amplificantis. Num vero ratio, non aliunde edocta, ſua vi et intelligentia, in hanc ſuſpicionem veniſſet, de eo vehementer dubitem. Si hiſtoriae documenta conſulas, rationis vel cultiſſimae vis, id quod in gentilium philoſophis videre eſt, numquam eo valuit, vt ad ſpirituum nobis ſublimiorum naturam et exſiſtentiam, certis & indubitatis argumentis probandam, aſcenderet: quamuis nobis, ex alio iam fonte ſapientibus, haud difficile ſit, hanc coniecturam ſubobſcuram in gyrum veritatum ſic ſatis exploratarum euehere, legum *gradationis* & *varietatis*, in hac rerum vniuerſitate ab ſapientiſſimo illius conditore conſeruatarum ope et miniſterio adiutis. „Quoi „qu' il y ait apparemment, inquit LEIBNITIUS *Theod. P.* III. §. 341. en quelques endroits de l' Vnivers des animaux raiſonnables, plus parfaits, que l' homme; l' on peut dire, que Dieu a eu raiſon de créer toute ſorte d' eſpeces, les unes plus parfaites, que les autres.„ — Nec illud ab ratione et ſenſu communi, qui in naturali ſentiendi, intelligendi, iudicandi ratiocinandique facultate continetur, maximopere abhorret, ſtatuere, cum optima quaeuis, ſimpliciſſima, vtiliſſima in Deo, ſummo bono, tamquam principio, vnde emanarunt, videat radicari, et viſibilia maximam partem ab inuiſibilibus progenerari, etiam tot ingentia mala et incommoda, quae mundum et intellectualem et

materialem premant, tot imperfectiones noxias,
virtutibus Dei illiusque conſiliis peregrinas, ab i
puro aliquo fonte, ſi primam originem ſpectes
proficiſci. Ecquis enim illas in Dei, optimi, ſ
pientiſſimique rationes ſine ſumma iniuria referat
Sic, vt hoc vno vtar, naturâ ducimur ad n
ſtram, aliorumque, quibus iungimur, ſocietate qu
dam vel propiori vel remotiori, felicitatem adi
vandam perficiendamque, vnde vero tot vitia, no
biliſſimos hos fines deſtruentia? quo pacto fit, v
ſaepenumero ne ipſi quidem naturae obediamus
illiusque praecepta conſeruemus? Diſſidia certe
odia illa internecina, inuidiae atra lues, vacuita
omnis amoris, quae vtramque remp. & litterariam
et ciuilem diſtrahunt, ipſi naturae humanae inimi-
ca ſunt, cum eâque pugnant. Vel connatam quan-
dam naturae vitioſitatem agnoſcas, vel Deum ipſum,
homines tam diſſonis adpetitibus et cupiditatibus
formantem accuſes oportet. Certe peregrina illa
ſunt naturae, ſi primam eius conſtitutionem ſpe-
ctes, et auctorem inſitae huius corruptionis ar-
guunt malum peſtiferumque. Vel rationi, inpri-
mis ſacrarum litterarum lumine irradiatae, patet,
homines amoris perfectiſſimi et archetypi, qui *in*
Deo eſt, exemplaria & ſimulacra eſſe debere: vn-
de tot ſenſus, tot conatus, tot molimina, quae non
niſi primi homicidae indolem ingeniumque refe-
runt? — His vero ratiociniis, quibus facile plu-
ra addi poſſent, noſtra non ſuperſtruimus, nec illa
confirmationis loco haberi volumus, ſed illuſtratio-
nis et argumenti, rationem hac in re neutrius eſſe
partis, nec illam certo adfirmare, nec certo negare
poſſe.

§. II.

§. II.

— nec ex *traditione*,

Cum igitur haec, de Diaboli daemonumque exſiſtentia quæſtio nec naturalis ſcientiæ ſit, ſeu anticipationis cuiusdam et προλήψεως ſine doctrina, nec rationis, (§. I.) miramur haud immerito, quî fieri potuerit, vt opinio illa omnibus, & Orientis & Occidentis populis, communis, vniuerſum terrarum orbem, quaqua patet, peruagaretur, & omnium, vel ferociſſimorum, et a ceteris ſenſibus humanitatis remotiſſimorum, populorum animos illa de principio quodam mali haud adſpectabili occuparet ſententia? Quæ enim natio, quaeue gens ſub ſole vixit, quae non ad daemonum vim, et praeſentiam in rebus humanis, multa retuliſſet? Profecto, quam poſſum longiſſime regredi cogitando ad memoriam rerum vltimam, inde vsque repetens, inuenio, ſapientiſſimos olim homines, et nobiliſſimos philoſophos, in hanc communi quaſi voce, ſententiam iuiſſe, vt daemonas, in varias ſectas diſtinctos, ob internam naturae praeſtantiam ſtatuerent. (*) *Chaldaei*, omnium antiquiſſimi (**), a quibus initium culti per artes

 et

(*) Fuere, qui ipſum *Angelorum* nomen a profanis ſcriptoribus adhibitum eſſe exiſtimarent. CYPRIANUS atque AUGUSTINUS, a *Platone* vſurpatum id eſſe contendebant. cf. *Petauius* L. I. de angelis c. I. Similius veri id continetur in Or. *Ariſtidis* εἰς Ἀθηνᾶν : ἀγγέλων μὲν γάρ ἐςι μείζων (Minerua) καὶ τῶν ἀγγέλων ἄλλοις ἄλλα ἐπιτάττει. Quamuis etiam hic incertum ſit, vtrum proprie, an adpellatiue vſurpetur. cf. S. V. D. SEMLERI progr. natal. 1754. in Lucae C. I. p. 6. (n. 3.)

(**) *Chaldaei* & *Aegyptii* de antiquitate philoſophiae ſuae certarunt, ſed ſi antiquiſſima monumenta audias, ſecun-

et ſcientias ingenii humani ducendum eſt, co- munibus ſuffragiis in hanc ſententiam conceſſe: Nam Zoroaſtrae (*) diſciplina omnes naturas tres claſſes diuiſit, primum aeternas, deinde illa quae quidem initium habuiſſent, ſed fine caritur ſint, et has theologiae, tum perituras, & has ph ſicae argumentum, conſtituentes. Supremum N men, Deum, *Oromazen* dicunt, ſeu lumen, igne ſplendentem. Hinc *Porphyrius* apud *Euſeb.* Pra par. L. IX. c. 10.

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἑβραῖοι
Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἁγνῶς.

Chaldaeis ſolis ſapientia ceſſit, Hebraeisque
Aeternum caſto veneratis Numen honore.

Secun-

ſecundum chaldaeos pronunciandum eſt. Ab his eruditio, et ſcientiarum expolitio, ad Aegyptios, ab his ad Graecos, ab Graecos ad Romanos tranſiit, vt hanc ſcientiarum viam, et eruditionis quaſi itinerarium et curſum, omnis hiſtorica fides confirmat.

(*) Tot memorantur a Veteribus *Zoroaſtres*, vt ſumma confuſio orta ſit. Nomen honoris et dignitatis, ab inſigni aliquo viro ortum, videtur, iis maxime tributum, qui philoſophiae in aliquo populo primi auctores haberentur. Sic nati ſunt plures *Beli*, *Joves*, *Hercules*, *Bacchi*. Ipſum ἔτυμον hanc ſuſpicionem confirmare videtur. Deſignat enim ἀστροθύτην, ſ. ἀστροθεάτην, et convenit cum aliis nominibus, *Zabradi*, *Nazaratae*, *Zaris*, *Zarati*, *Zaradae*, *Zarduſti*. Thom. Stanleius l. c. quinque potiſſimum Zoroaſtres numerat: Chaldaeum, ſ. Aſſyrium: Bactrianum: et Perſam, ſeu Medo-perſam: Pamphylium: Proconneſium: p. 168 - 175. cf. Morhofii Polyh. T. II. L. I. C. I. 12.

Secunda claſſis, *aeviternarum* rerum ordinibus, continetur, quarum aliae ſunt νοερὰ, νοητὰ, quae triplice Triade abſoluuntur, vnde factum eſſe putem, vt veſtigia trium perſonarum in Deitate, ex antiquis his monumentis, quidam exſculpere tentarent. cf. SCALIGERI *Exerc.* 365. ſect. 3. Chaldaei poſt vnum et ſummum Deum, bonum, colunt paternum quendam fundum, ex tribus Triadibus compoſitum. Quaelibet Trias habet patrem, potentiam et mentem. *Pſellus* haec plenius enunciat: Secundum vnum, adfirmant paternam profunditatem compleri tribus Triadibus, quarum vnaquaeque primum habet patrem, deinde mediam potentiam, et tertiam mentem inter eas, quae intra ſe claudit Triadem. Haec vocantur etiam ab iis, intelligibilia, νοητά. Tum ſunt Intellectuales fontes; hyperarchii vel principia; azoni Dii; zonaei Dii; angeli, daemones, animi. Chaldaei has omnes naturas lucem eſſe, ab ſuprema luce emanantes, *daemonas* vero *malos* tenebras aiebant. vid. de his THOM. STANLEJI Hiſt. philoſophiae Orient. ab IOH. CLERICO ex anglica lingua in latinam tranſlata, Opp. philoſſ. p. 197 — 207. Inprimis digna ſunt, quae notentur, ibidem relata de daemonibus terrenis, vagis, humanitatis inimicis, è PSELLO in dialogo de operatione daemonum, qui ea a *Marco* quodam, in Meſopotamia degenti, hauſta profitetur. Fuit hic *Marcus* chaldaeorum quondam ritibus addictus, et eorum doctrina imbutus, poſtea chriſtianam religionem amplexus. Potiora illius narrationis momenta, multis de cauſis heic transferre et legere non pigebit: „ Hi daemones ſunt variorum generum, cum ad eorum formas, tum ad „ corpora quod attinet; et tanto numero, vti et „ aër ſupra nos poſitus et circum ambiens iis refertus ſit. Iisdem terrae ac maria et abditiſſimi „ ſinus, occultiſſimaque ſpelaea ſcatent. — Sex

„ ſunt

„ ſunt eorum praecipua genera. Primum **vocal**
„ tur Leliurium, h. e. διάπυρος, igneum. **H**
„ autem per aërem, qui ſupra nos eſt, **volita**
„ nam ex ſpatio, quod circa lunam eſt, quaſi **ſac**
„ vt profana, omnia Daemonia expulſa ſunt. S
„ cundum eſt, quod per nobis contiguum **aëre**
„ vagatur, idque a multis proprie aëreum **vocat**
„ Tertium, terreſtre; quartum aqueum et **ma**
„ num: quintum, ſubterraneum; ſextum **lucifi**
„ gum et terribile, δυσάντητον. — Ceterum **omni**
„ Daemonum genera Dei odio flagrant, **atque ho**
„ minibus adverſantur; ſunt tamen alia aliis **pe**
„ iora. Nam aqueum, et ſubterraneum, **atque lu**
„ cifugum, malo gaudentia, et perniciosa **pra**
„ aliis ſunt. Siquidem haec non illuſionibus e
„ phantasmatibus animos laedunt, ſed inſtar *effe*
„ ratiſſimarum belluarum irruentia in hominum
„ perniciem properant. Aqueum quidem *navi-*
„ *gantes* ſuffocat. Subterraneum autem et luci-
„ fugum, viſcerum, ſi ſinatur, penetralibus *ſeſe*
„ inſinuat, et in quoscunque homines *inciderit*,
„ eos occupat, ſuffocat, comitialique morbo et
„ phreneſi exagitat. Daemones vero aërei *et*
„ terreſtres, arte mentes hominum ſubeunt, et *fal-*
„ *lunt*, atque ad abſonos quosvis adfectus et ille-
„ gitimos impellunt. — Haec autem operantur,
„ non quod nobis imperent, ſed quod ſuggerant.
„ Phantaſtici enim noſtrum ſpiritum ſubeuntes,
„ quippe ſpiritus et ipſi, neſcio, quos adfectuum
„ voluptatumque ſermones inſuſurrant; non quod
„ voces aërem ferientes et ſonoras emittant, ſed
„ ſuſurros quosdam, quibus verba ſua ſubmittunt.
„ Neque fieri non poſſe, vt ſine voce loquantur,
„ videbitur, ſi reputemus ei, qui loquitur, ſi ſit
„ eminus, elatiore vociferatione opus eſſe; qui
„ cominus, eum in audientis aures vocem inſu-

„ ſur-

ſurrare. Quodſi animae quoque ſpiritum ſubire poſſet, nullo ei ſuſurro futurum opus, ſed ſermonem quemlibet, tacita quadam via, ſine vllo ſtrepitu, ad excipientem perventurum, quod animis quoque egreſſis e corporibus, qui intra ſe citra ſtrepitum colloquuntur, ineſſe aiunt.
„ Eodem prorſus modo ipſi quoque daemones no-
„ biscum clam confabulantur, ita vt ne ſentiamus
„ quidem, vndenam bellum nobis ingruat. Nec
„ eſt, ſecundum Chaldaeos, quod ſuper hac re quid-
„ quam dubitemus, ſi, quod in aëre accidit, ani-
„ madvertamus. Quemadmodum enim, ſole lu-
„ cente, aër varios colores et formas ſumit, at-
„ que in corpora eorum capacia transmittit, vt in
„ ſpeculis videre eſt: ſic etiam daemonia colores,
„ et quascunque voluerint formas ſumentia, eas
„ in animalem ſpiritum noſtrum traiiciunt. Eo pacto,
„ multa nobis negotia faceſſunt, dum conſilia no-
„ bis ſuggerunt, voluptatum memoriam refricant,
„ et adfectuum idola, tam vigilantibus, quam dor-
„ mientibus excitant. Immo etiam membra ven-
„ tri ſubiecta titillationibus demulcent, atque in
„ *veſanos* et illegitimos amores ſuccendunt, po-
„ *tiſſimum*, ſi calores humidos nobis a natura
„ *inſitos* cooperatores habeant. — Reliqua daemo-
„ *niorum* genera nullam artem norunt, neque
„ fallere ſciunt; ſunt tamen moleſta, ſi excipian-
„ tur, et inſtar *charonei* ſpiritus laedunt: corpori-
„ bus et animis, in quos inciderint, nocent, ha-
„ bitus naturales euertunt, nonnumquam etiam
„ igne, aqua et praecipitio non ſolum homines,
„ verum etiam animalia nonnulla perimunt. —
„ Jn animalia irruunt, non ex odio illorum, aut
„ quod eis nocere volunt, ſed quia mirum in
„ modum animali calore capiuntur. Nam cum in
„ profundiſſimis locis verſentur, quae admodum
„ fri-

„ frigida et ſicca ſunt, fit vt multum ſibi frigo
„ inde contrahant; quo quidem contracti atque a
„ flicti, humidum et animalem calorem adpetun
„ quo vt potiantur, in bruta inſiliunt, in balne
„ concauaque loca: Ignis enim et ſolis caloren
„ quia vrit et exſiccat, auerſantur; animaliu
„ vero, moderatum et humidum, libenter amplexa
„ tur, maxime hominum, in quos infuſi, di
„ non poteſt, quantum tumultum excitent. Po
„ ris nimirum, quibus ſpiritus animales inhae
„ rent, oppletis, ſpirituque ob corporum, qui
„ bus praediti ſunt, craſſitiem, velut in anguſtia
„ redacto et compreſſo; hinc fit, ut corpora con
„ cutiantur, eorumque praecipuae facultates mal
„ adficiantur, motusque obtuſiores fiant et hebe
„ tiores. — Daemon *ſubterraneus* hominem inſeſ
„ ſum concutit et diſtorquet, atque per eum lo-
„ quitur, ſpiritu patientis vtens, non ſecus, atque
„ proprio quodam inſtrumento. *Lucifugus* re-
„ miſſionem membrorum inducit, vocem reprimit,
„ et inuaſum mortuo ſimilem reddit. Genus hoc,
„ daemonum extremum, terrenum eſt, frigidum
„ et ſiccum, et occupati omnem animalem facul-
„ tatem hebetat et obtundit. Rationis vero expers,
„ omnique intellectuali contemplatione deſtitutum,
„ vt animalium efferatiſſima increpationem minime
„ timet, hinc mutum ſurdumque abpellatur; nec
„ fieri poteſt, vt correptorum vllus alio modo li-
(*) De his *numeris Pythagorae* institui posset longa disputatio. *Cicero* de mathematicis numeris voluit intelligi, Acad. IV. 37. "*Pythagorei* ex numeris et mathematicorum initiis proficisci volunt omnia." Si vero *Iamblichum* audias, et *Plutarchum*, de placitis philosophorum L. I. C. III. hos numeros ad mentem *Pythagorae* explicantes, videbis, „ esse principia deriuatiua, (vt verbis vtar Exc. PLOUCQUETI in diss. de speculationibus pythagorae, 1758. p. 7.) in se actiuitatem habentia, et virtute generativa praedita, seu, esse substantias perceptiuas, vim agendi tam in se, quam extra se habentes. „ De his numeris Pythagoricis conferri meretur MORHOFIUS in polyh. T. II. L. II. C. VI.

γένος· δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη, ἀϊδίως λέγοντες ἐφεξῆς τοῖς Θεοῖς, ἤδη πρὸς ἡμᾶς, μεταξὺ Θεῶν τε κ) τȣ͂ ἡμετέρȣ γένȣς. conf. *Plotini* Enn. III. L. V. c. 6. Ex *Porphyrio* et *Iamblicho*, *Diogene Laërtio*, illis vitae & rerum geſtarum Pythagorae, hoc ſententiarum enarratoribus, plenis et copioſis, conſtat, illum rerum reconditarum et obſcurarum cauſas, retuliſſe ad δαίμονας, morbosque ſi non omnes, certe multos, a daemonibus, in corpora ſe inſinuantibus, deriuaſſe, quos ipſe et diſcipuli incantationibus curaviſſent. Memorabilis inprimis eſt locus *Diog. Laert.* l. c. n. XXVI. τὸν ἀνωτάτω ἀέρα, inquientis, ἀεικίνητόν τε εἶναι, κ) καθαρὸν, κ) ὑγιᾶ, κ) πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, ἀθάνατα, κ) διὰ τȣ͂το θεῖα. ἥλιόν τε κ) σελήνην κ) τȣ̀ς ἄλλȣς ἀςέρας εἶναι Θεȣ́ς. ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐςὶ ζωῆς αἴτιον. N. XXXII. εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων κ) τȣ́τȣς δαίμονάς τε κ) ἥρωας νομίζεσθαι. κ) ὑπὸ τȣ́των πέμπεσθαι, ἀνθρώποις, τȣ́ς τε ὀνείρȣς κ) τὰ σημεῖα νόσȣ τε κ) ὑγιείας· κ) ȣ̓ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ κ) προβάτοις, κ) τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν. ἐις τε τȣ́τȣς γίνεσθαι τȣ́ς τε καθαρμȣ̀ς, κ) ἀποτροπιασμȣ̀ς, μαντικήν τε πᾶσαν κ) κληδόνας κ) τὰ ὅμοια. De reliquis doctrinis *Pythagorae*, hic non eſt diſputandi locus, quamuis latiſſime pateat. Inprimis *Magiam*, quae in ſacrificiis, conſecrationibus, et ſimilibus continebatur, *diuinationum* varia genera, *Phyſiognomiam* excoluit, et diſciplinas morales, quarum finem in ὁμοιώσει Θεȣ͂ poſuit, hac inſigni ſententia, a Stoicis, Cynicis, Epicureis arrepta, et ad ſyſtema ſuum pantheiſticum interpretata, locupletauit. Ceterum diſciplinam Pythagorae, et inſtituta illi propria, *ſilentii* duplicis generis, alterius certi definiti temporis, alterius in omni vita obſeruandi, de *fabis* non comedendis, de examine, quo diſciplinae ſuae alumnos ante, quam

quam admitterentur, exploravit, de καθάρσ
huiusque exercitationibus molestis, erudite,
solet, persecutus est Magn. D. COTTA in insig
diss. inaug. de *philosophia exoterica atque esoteric*
Tub. 1733. p. 49 — 72.

§. VI.

Platone. *Plato*, cuius orationis melleam iucunditate apes, in cunis paruulo dormienti in labellis con sedentes, significasse feruntur, inprimis multus est copiosus in *daemonologia*. Ex iisdem, quibus *Pythagoras*, fontibus hausit, Aegypto et Magna Graecia, scientiae caussa, peragratis. Naturam et functiones daemonum in *Symposio* ita definit: *πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι Θεοῦ τε καὶ θνητοῦ· ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ Θεῶν — — ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὐτῷ ξυνδεδέσθαι.* *Marsilius Ficinus*, praestantissimus Platonis interpres, in Argumento, quod Apologiae Socratis praemisit, veterum daemonologiam, ex mente Socratis et Platonis, fusius et ceteris ordinatius recenset, ex quo pauca, compendiariâ quadam viâ, enarrabimus: Antiqui gentium theologi, in tres diuisi sunt sectas: *Alii* daemonibus tantum sacrificabant, diffidentes, vota hominum ad coelestia peruenire; *alii* coelestia quoque colebant, — *alii Deos* in primis venerabantur, iudicantes, a summis rerum caussis, effectus omnes, etiam humanos, tam cognitione quam virtute, perfectissime contineri. Triplicem hi prouidentiam esse putant, vniuersalem in Deo, per quam omnibus omnia prospiciat et praebeat: minus vniversalem in Diis, per quam omnibus quidem consulant, non omnia tamen munera, sed quaedam omnibus exhibentes: particularem in *daemonibus*, quae

quae quaedam quibusdam largiantur. Daemones in totidem distribuunt ordines, quot in caelo sunt stellae, vt alii Saturnii sint, alii Jouiales, alii similiter. Cunctos autem ordines, & in igne collocant, sed ignea ratione, et in aëre puro, sed ratione aërea, & in aëre crasso, ratione aquea. Hos aqueos arbitrantur, alios aliis speciebus viuentium praesidere, sensualique et vegetali vbique naturae fauere. Quos Plato inquit, statim ab initio malorum, plurimis voluptatem immiscuisse. *Aëreos* autem daemones, *rationali* potius fauere potentiae, eamque a vegetali sensualique natura quodammodo segregare. *Igneos* discursum rationis ad sublimiora contemplanda conuertere, atque hoc pacto voluptuosae vitae daemones aqueos, actiuae aëreos, contemplativae igneos dominari. In omnibus adfectus erga corporea collocant: in primis tranquillos, in secundis humanos, sed moderatos; in tertiis ad perturbationes nostras declinantes: Alios plagis terrae maioribus, aliis angustioribus vrbibusque praeesse: quosdam, homines singulos gubernare, quos animae, labentes in corpus, fuerint pro vitae electione sortitae, deinceps electae vitae duces, exploratores, iudices: Animas hominum et corporum complexiones alios saturniorum daemonum, alias Iouialium, alias aliorum tum siderum tum daemonum naturis accommodari, similiter plantas, metalla, lapides distingui, vt alia solaria sint, alia lunaria: in his omnem saerificiorum, oraculorum, divinationum vim, consistere arbitrantur Patonici. — Ab ipsis Aegyptiorum mysteriis acceperat Plato: Iouem impuriores daemones ad inferos deturbasse, qui et homines similiter pro viribus ad ima detorqueant, et a *Pherecyde Syro*, multos ab Ioue daemones rebellasse, quorum exercitus Orphioneus duxerit serpentinus:

ab

ab his maleficis cauendum esse diligentissime. — *Apuleus* de Deo Socratis, describit Daemones hoc modo: sunt quaedam diuinae mediae potestates inter summum aethera et infimas terras, *in isto* interfitae aëris spatio, per quas et desideria nostra et merita ad Deos commeant: — *per eosdem* cuncta denuntiata, et magorum varia miracula omnesque praesagiorum species reguntur — Daemones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiua, corpore aëria, tempore aeterna. —

§. VII.

de daemonio Socratis.

De *daemonio Socratis* multa in vtramque partem disputata sunt omni aeuo. *Socrates*, homo plane singularis, quem prisca et recentior aetas pari veneratione prosequitur, et de cuius ingenuo candore non est, quod dubitemus, a vi quadam haud adspectabili, quod *δαιμόνιον* dixit, se moueri, moneri, pelli, trahi, ab vitae discriminibus reuocari, et accedente disciplinae alumno doceri, quid de eo exspectandum sit, de actionum suarum euentu, non necessario, sed plane fortuito, certiorem fieri, non vna vice, sed constanter, variis occasionibus, audientibus amicis, inimicis, testabatur, id quod in viro, et *ἀκαταληψίας* Academicorum auctore, qui omnem scientiam suam in eo, quod nil sciat, contineri profitebatur, et viam non *δογματικὴν*, sed *ἀπορητικὴν* & *μαιευτικὴν* sequebatur, eo magis mirandum videtur, huic non opinioni, non illusioni, non *φαντασίας* cuidam ludibrio, sed firmae et certae sententiae, tantum tribuisse, et pertinaciter inhaesisse, immo adseuerasse, in casibus dubiis et ancipitibus, vocem sibi ab daemonio emissam esse articulatim. In primis digna sunt, quae

Apo-

Apologiae coram Iudicibus de daemonio suo inseruit Socrates, vt exhibeantur, ed. *Fischeri* T. I. p. 98. ἐμοὶ — θαυμάσιόν τι γέγονεν. ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου, ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παντὶ πάνυ πυκνὴ ἀεὶ ἦν, καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιουμένη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ ὀρθῶς πράξειν· νυνὶ δὲ ξυμβέβηκέ μοι, ἅπερ ὁρᾶτε καὶ αὐτοὶ, ταυτὶ, ἅγε δὴ οἰηθείη ἄν τις, καὶ νομίζεται, ἔσχατα κακῶν εἶναι. ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ Θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον, οὔτε ἐν τῷ λόγῳ οὐδενὶ μέλλοντι τὶ ἐρεῖν. καίτοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δή με ἐπέσχε λέγοντα μεταξύ. νυνὶ δὲ οὐδαμοῦ περὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν οὔτ' ἐν ἔργῳ οὐδενὶ οὔτ' ἐν λόγῳ ἠναντιώθη μοι. τί οὖν αἴτιον εἶναι ὑπολαμβάνω, ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ. Κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο, ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν, ὅσοι οἰόμεθα κακὸν εἶναι τὸ τεθνάναι. μέγα γάρ μοι τεκμήριον τοῦτο γέγονεν. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἠναντιώθη ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μὴ τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν. — Eruditorum de hac re sententiae sibi non constant. Sunt, qui δαιμόνιον hoc de mente interpretentur, aut occultas propensiones, quas Socrates in rerum agendarum consilium adhibuisset, significari putant, vt *Cartesius* Opp. P. I. ep. 15. Sunt, qui de *sensu morali* viuaciori, & praeceptorum eius pia conseruatione confirmato, et hinc contracta recte agendi firma facilitate explicant: sunt, qui ἐνθουσιαστικὴν quandam δύναμιν in eo agnoscant; sunt, qui poëticam hanc sibi licentiam & fictionem, praeceptis suis plus auctoritatis conciliandae studio, indulsisse autument, vt Cel. MOSES MENDELSOHN, Philosophus Berolinensis in Phaedone p. 23. — Vereor, vt hi omnes rem acu tetigisse existimari possint, & omnes omnino effectus mirabiles & extraordinarii, huic dai-

δαιμονίῳ attributi, in vllam harum ſententiarum c
dant. Equidem θεῖον aliquod in Socrate me agn
ſcere non diffiteor. *Prophetae* quodam munere,
vnius Dei praeconis, in gente, ad quaeuis nefan
genera idololatriae et ſuperſtitionis proiecta, fu
ctum fuiſſe, atque adeo diuino quodam praeſidi
et virtutis auctoramento munitum, haud a ve
aliqua ſimilitudine diſiunctum videtur: quamu
longiſſime abſim, vt Socratem faciam propheta
aut θαυματυργὸν veri nominis, cum iis, quo
quondam genti iſraëliticae benigniſſime conceſſiſſe
Deus, comparandum, probe conſcius, — qui
diſtent aera lupinis. cf. *Schwäb. Magaz. 5 Jahrg*
1. Stk. Nemo vir magnus, inquit *Cicero* de N. D. I. 66
ſine aliquo afflatu diuino vmquam fuit, id in principe
philoſophorum cur vſu eueniſſe non probabile ſit?
Vnicuique tantum tribuit Deus, quantum fides et
facultas fert, donorum plus vel minus ſapientiſ-
ſime diſpenſans. *Marſilius Ficinus* l. c. ita: *Daemon*
Socratis fuit *igneus*, quod ad contemplationem ſub-
limium erigebat: *Saturnius*, quod intentionem
mentis quotidie mirum in modum abſtrahebat a
corpore. Attributus ab initio, non acquiſitus. Nam
ſibi a puero dicit adſpirauiſſe. Non prouocabat vn-
quam, quia non *Martius*, ſed reuocabat, quia Sa-
turnius erat: non adhibebat calcaria viro, ſatis per
ſe ad honeſta propenſo, ſed cohibebat freno, vbi in
eligendis ad finem viis, ob coniecturarum fallaciam,
poſſe decipi videretur. Adſpirabat menti, oſtenta
oculis, voces auribus ſuggerebat. Cur Socrates,
paucique ſimiles daemonem ſuum animadnertunt?
Quoniam pauci vel genitura, vel diſciplina daemo-
nici ſunt, plures humani, plerique ferini. — Non
in ſola mente quaerendum eſſe daemonem ait, pro-
pterea quod humanum genus, a diuinis maxime di-
ſtans, media quadam natura indiget, qualis eſt
dae-

daemonica, quasi conciliatrice. Daemones nobis praefecit Deus, propinquiores quasi pastores, siue gubernatores. Homo si quidem, in hac ignorantiae caligine constitutus, innumerisque fortunae vel malis agitatus, vel distractus illecebris, ad constitutum sibi a Deo finem, absque perpetuo Dei auxilio, peruenire non potest. Hinc probat Plato, Deum nos daemonibus purioribus, quasi rectoribus; commendasse, qui vaticiniis, auguriis, somniis, oraculis, vocibus, sacrificiis, inspirationibus adiuuarent. — Si minus placet, familiarem ducem, daemonem adpellare, saltem, vt placet nostris, *bonum angelum* adpellato. cf. Act. XXVII. 23.

§. VIII.

Absoluitur δαιμονολογία gentilium.

Sed gentilium ineptiarum, vt videbitur, nugarumque satis! Taedet, plura addere. Recensuimus hactenus gentium quarundam, philosophorumque principum antiquitatis, de daemonibus decreta, ex quibus efficitur id, quod initio sumsimus,

1) gentem adeo nullam, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem atque barbaram fuisse, quae non antiquissimam hanc sententiam tum omnium populorum et gentium, tum sapientum omnis aeui sequeretur, esse δαίμονας, res intelligentes, hominibus superiores, et in rebus humanis praesentes efficacesque, vt *Plutarchus* de placit. philos. L. I. C. VIII. Θαλῆς, πυθαγόρας, πλάτων, οἱ στωϊκοὶ δαίμονας ὑπάρχειν ὀυσίας ψυχικάς, εἶναι δὲ καὶ ἥρωας, τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων, et Diog. Laërt. in Thalete affirmare

re possent, τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη ὑπεστήσατο, et quod de votis, sacrificiis, vaticinationibus dixit *Plutarchus* πολυμαθέστατος, de daemonum quoque notitia valeat: εὕροις δ' ἂν ἐπιὼν καὶ πόλεις ἀτειχίστους, ἀγραμμάτους, ἀβασιλεύτους, ἀοίκους, ἀχρημάτους, νομίσματος μὴ δεομένας, ἀπείρους θεάτρων καὶ γυμνασίων· ἀνίερου δὲ πόλεως καὶ ἀθέου, μὴ χρωμέναις εὐχαῖς, μηδὲ ὅρκοις, μηδὲ μαντείαις, μηδὲ θυσίαις ἐπ' ἀγαθοῖς, μηδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν οὐδείς ἐστιν οὐδὲ ἔσται γεγονὼς θεατής. Quid, quaeso! communem illam *persuasionem*, de Deo bono maloque, quorum neuter ab altero dependeat, apud Chaldaeos, Persas, *Magos*, Aegyptios, Chinenses magis peperit, quid Manichaeismi ante Manetem, *omnes terras*, ad ortum solis & occasum sitas peruadentis, causa exstitit, quam deprauata illa de auctore mali traditio? Quid celebratissimae illius *philosophiae orientalis* systema coagmentauit, cuius mixtura cum doctrinae christianae capitibus, *Gnosticismi* infelicem partum, & cuius de variis Aeonum emanationibus disciplina, nonnisi peruersa niti videtur de angelis bonis malisque doctrina, a maioribus accepta? (*) Vel nostro-

(*) Gnosticos aliquam coniunctionem scitorum philosophiae chaldaicae et aegyptiacae, cum doctrinis ab Christo Apostolisque traditis, tentasse, ex perspicua illa conuenientia inter vtramque partem manifestum videtur, si memoriâ ea, quae vtriusque partis sententia de *aeonibus*, *spiritibus*, *emanationibus* fuerit, recolantur: quámuis Gnosticarum sectarum natales ad saec. II. demum referendos esse, adeoque apostolorum aetate scriptisque posteriores facile concesserim Ven. C. C. Tittmanno in tract. de vestigiis gnosticorum in N. T. frustra quaesitis. Lips. 1773.

ſtrorum temporum experientia communem hanc opinionem confirmat. Vbi enim gentem, vel ad orientem, vel occidentem, vel ad meridiem ſeptentionemque ſitam, inueneris, in qua non veſtigia huius rei adparuiſſent. Vtriusque orbis *Indi*, Ruſſorum *Woguli*, *Samoiedae*, *Irkutziani*, communi calculo illi ſuffragantur. De *Calecutenſium* ac *Siamenſium*, in India Orientali, *Iaponiorum*, Tartariam incolentium, cultu cacodaemonibus præſtito, itineraria teſtantur. Vel ad Europaeas gentes inſania illa pertigit, *Saxones Slauosque* ante CAROLI M. tempora iisdem ſacra feciſſe G. FABRICIUS L. I. Orig. Sax. p. 62. et BONFINIUS *de rebus hungaricis* L. XII. p. 223. teſtis eſt. — Facile eſſet, eandem omnium opinionem, poëtarum, et graecorum et latinorum, conſenſione comprobare. Quis eorum *δαίμονας ὑποχθονίους, καταχθονίους* neſcit? Quis ſimilitudinem inter latinorum Deos et noſtros angelos non perſpiciat? Quis eos, minorum aut validiorum Deorum nomine, cultos non agnoſcat? cf. Ill. MICHAËLIS *Erkl. des Briefs an die Hebr.* p. 112. Cum vero poëtas et philoſophos ſe mutuo compilaſſe conſtet, qui vnius partis ſententiam cognorit, alterius quoque facile intelligat, neceſſe eſt. Sic PLATONIS in *Cratylo*, HESIODI priſcorumque ſententia, probatiſſimorum animas in aëreos daemones aſcendere contendit, qui et rerum ſapientia polleant, et generi humano prouideant. Hinc SOCRATES in *Phaedone Platonis* teſtatur, ſperare ſe in obitu ad bonos viros, Deosque alios bonos iturum, ſed magis ad bonos Deos, quam ad bonos viros. Quando Deos alios atque valde bonos dicit, intelligit, vt *Marſilius Ficinus* in ar-

vt primum poneret *Deum*, ſeu ſecundum *Diogenem Laërt.* L. VIII. c. I. n. XIX. ἀρχὴν τῶν ἁπάντων, μονάδα, deinde *Deos*, ſeu ἀόριστον δυάδα, ex his vero ἀριθμὸς, ſeu vt probabiliſſimum videtur (*) res ſimplices et intelligentes ſempiternas tum *Daemonas*, denique *Heroas*, illis inferiores, et animis humanis ſuperiores. *Diog. Laërt.* l. c. n. XXIII. Θεοὺς μὲν δαιμόνων προτιμᾶν, ἥρωας δὲ, ἀνθρώπων, praecepiſſe Pythagoram ait. In carminibus *Pythagorae*, quae aurea dicuntur, et incerti auctoris ſunt, ordo hic, poëſeos fortaſſe magis, quam veritatis ſectandae ſtudio, inuerti videtur:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα. Καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυοὺς,
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.

Deos & δαίμονας diſtinxit Pythagoras ſic, vt diceret: τὸ μὲν δὴ Θεῶν ἀπαθὲς λέγομεν καὶ νομίζομεν γένος·

ſterius hoc effatum confirmat etiam *Hieronymus* contra Rufinum L. II. Reſpice omnem oram Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur, et Pythagoreorum dogmatum *inciſa publicis litteris aera* cognoſces.

(*) De his *numeris Pythagorae* inſtitui poſſet longa diſputatio. *Cicero* de mathematicis numeris voluit intelligi, Acad. IV. 37. "*Pythagorei* ex numeris et mathematicorum initiis proficiſci volunt omnia." Si vero *Iamblichum* audias, et *Plutarchum*, de placitis philoſophorum L. I. C. III. hos numeros ad mentem *Pythagorae* explicantes, videbis, „ eſſe principia deriuatiua, (vt verbis vtar Exc. PLOUCQUETI in diſſ. de ſpeculationibus pythagorae, 1758. p. 7.) in ſe actiuitatem habentia, et virtute generatiua praedita, ſeu, eſſe ſubſtantias perceptiuas, vim agendi tam in ſe, quam extra ſe habentes. „ De his numeris Pythagoricis conferri meretur MORHOFIUS in polyh. T. II. L. II. C. VI.

γένος· δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη, ἀϊδίυς λέγοντες ἐφεξῆς τοῖς Θεοῖς, ἤδη πρὸς ἡμᾶς, μεταξὺ Θεῶν τε κ̀ τȣ ἡμετέρȣ γένȣς. conf. *Plotini* Enn. III. L. V. c. 6. Ex *Porphyrio* et *Iamblicho*, *Diogene Laërtio*, illis vitae & rerum geſtarum Pythagorae, hoc ſententiarum enarratoribus, plenis et copioſis, conſtat, illum rerum reconditarum et obſcurarum cauſas, retuliſſe ad δαίμονας, morbosque ſi non omnes, certe multos, a daemonibus, in corpora ſe inſinuantibus, deriuaſſe, quos ipſe et diſcipuli incantationibus curaviſſent. Memorabilis inprimis eſt locus *Diog. Laërt.* l. c. n. XXVI. τὸν ἀνωτάτω ἀέρα, inquientis, ἀεικίνητόν τε εἶναι, κ̀ καθαρὸν, κ̀ ὑγιᾶ. κ̀ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, ἀθάνατα, κ̀ διὰ τȣ̃το θεῖα. ἥλιόν τε κ̀ σελήνην κ̀ τȣ̀ς ἄλλȣς ἀς́ερας εἶναι Θεȣ́ς. ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐς̀ι ζωῆς αἴτιον. N. XXXII. εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων κ̀ τȣ́τȣς δαίμονάς τε κ̀ ἥρωας νομίζεσθαι. κ̀ ὑπὸ τȣ́των πέμπεσθαι, ἀνθρώποις. τȣ́ς τε ὀνείρȣς κ̀ τὰ σημεῖα νόσȣ τε κ̀ ὑγιείας· κ̀ ȣ̓ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ κ̀ προβάτοις, κ̀ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν. εἰς τε τȣ́τȣς γίνεσθαι τȣ́ς τε καθαρμȣ̀ς. κ̀ ἀποτροπιασμȣ̀ς, μαντικήν τε πᾶσαν κ̀ κληδόνας κ̀ τὰ ὅμοια. De reliquis doctrinis *Pythagorae*, hic non eſt diſputandi locus, quamuis latiſſime pateat. Inprimis *Magiam*, quae in ſacrificiis, conſecrationibus, et ſimilibus continebatur, *diuinationum* varia genera, *Phyſiognomiam* excoluit, et diſciplinas morales, quarum finem in ὁμοιώσει Θεȣ̃ poſuit, hac inſigni ſententia, a Stoicis, Cynicis, Epicureis arrepta, et ad ſyſtema ſuum pantheiſticum interpretata, locupletauit. Ceterum diſciplinam Pythagorae, et inſtituta illi propria, *ſilentii* duplicis generis, alterius certi definiti temporis, alterius in omni vita obſeruandi, de *fabis* non comedendis, de examine, quo diſciplinae ſuae alumnos ante, quam

quam admitterentur, exploravit, de καθάρσει huiusque exercitationibus molestis, erudite, solet, persecutus est Magn. D. COTTA in insigni diss. inaug. de *philosophia exoterica atque esoterica* Tub. 1733. p. 49 — 72.

§. VI.

Platone. *Plato*, cuius orationis melleam iucunditatem apes, in cunis paruulo dormienti in labellis considentes, significasse feruntur, inprimis multus est et copiosus in *daemonologia*. Ex iisdem, quibus *Pythagoras*, fontibus hausit, Aegypto et Magna Graecia, scientiae caussa, peragratis. Naturam et functiones daemonum in *Symposio* ita definit: *πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι Θεοῦ τε καὶ θνητοῦ· ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον τὰ παρ᾽ ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ Θεῶν — — ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὐτῷ ξυνδεδέσθαι.* *Marsilius Ficinus*, praestantissimus Platonis interpres, in Argumento, quod Apologiae Socratis praemisit, veterum daemonologiam, ex mente Socratis et Platonis, fusius et ceteris ordinatius recenset, ex quo pauca, compendiariâ quadam viâ, enarrabimus: Antiqui gentium theologi, in tres diuisi sunt sectas: *Alii* daemonibus tantum sacrificabant, diffidentes, vota hominum ad coelestia peruenire; *alii* coelestia quoque colebant, — *alii Deos* in primis venerabantur, iudicantes, a summis rerum caussis, effectus omnes, etiam humanos, tam cognitione quam virtute, perfectissime contineri. Triplicem hi prouidentiam esse putant, vniuersalem in Deo, per quam omnibus omnia prospiciat et praebeat: minus vniversalem in Diis, per quam omnibus quidem consulant, non omnia tamen munera, sed quaedam omnibus exhibentes: particularem in *daemonibus*,

quae

quae quaedam quibusdam largiantur. Daemones in totidem distribuunt ordines, quot in caelo sunt stellae, vt alii Saturnii sint, alii Jouiales, alii similiter. Cunctos autem ordines, & in igne collocant, sed ignea ratione, et in aëre puro, sed ratione aërea, & in aëre crasso, ratione aquea. Hos aqueos arbitrantur, alios aliis speciebus viuentium praesidere, sensualique et vegetali vbique naturae fauere. Quos Plato inquit, statim ab initio malorum, plurimis voluptatem immiscuisse. *Aëreos* autem daemones, *rationali* potius fauere potentiae, eamque a vegetali sensualique natura quodammodo segregare. *Igneos* discursum rationis ad sublimiora contemplanda conuertere, atque hoc pacto voluptuosae vitae daemones aqueos, actiuae aëreos, contemplativae igneos dominari. In omnibus adfectus erga corporea collocant: in primis tranquillos, in secundis humanos, sed moderatos; in tertiis ad perturbationes nostras declinantes: Alios plagis terrae maioribus, aliis angustioribus vrbibusque praeesse: quosdam, homines singulos gubernare, quos animae, labentes in corpus, fuerint pro vitae electione sortitae, deinceps electae vitae duces, exploratores, iudices: Animas hominum et corporum complexiones alios saturniorum daemonum, alias Iouialium, alias aliorum tum siderum tum daemonum naturis accommodari, similiter plantas, metalla, lapides distingui, vt alia solaria sint, alia lunaria: in his omnem saerificiorum, oraculorum, divinationum vim, consistere arbitrantur Patonici. — Ab ipsis Aegyptiorum mysteriis acceperat Plato: Iouem impuriores daemones ad inferos deturbasse, qui et homines similiter pro viribus ad ima detorqueant, et a *Pherecyde Syro*, multos ab Ioue daemones rebellasse, quorum exercitus Orphioneus duxerit serpentinus: ab

ab his maleficis cauendum esse diligentissime. — *Apuleus* de Deo Socratis, describit Daemones h… modo: sunt quaedam diuinae mediae potestate… inter summum aethera et infimas terras, in i… intersitae aëris spatio, per quas et desideria nost… et merita ad Deos commeant: — per eosde… cuncta denuntiata, et magorum varia miracula omnesque praesagiorum species reguntur — Dae mones sunt genere animalia, ingenio rationabili… animo passiua, corpore aëria, tempore aeterna. —

§. VII.

de daemonio Socratis.

De *daemonio Socratis* multa in v… tramque partem disputata sunt omni aeuo. *Socrates*, homo plane singularis, quem prisca et recentior aetas pari veneratione prosequitur, et de cuius ingenuo candore non est, quod dubitemus, a vi quadam haud adspectabili, quod δαιμόνιον dixit, se moueri, moneri, pelli, trahi, ab vitae discriminibus reuocari, et accedente disciplinae alumno doceri, quid de eo exspectandum sit, de actionum suarum euentu, non necessario, sed plane fortuito, certiorem fieri, non vna vice, sed constanter, variis occasionibus, audientibus amicis, inimicis, testabatur, id quod in viro, et ἀκαταληψίας Academicorum auctore, qui omnem scientiam suam in eo, quod nil sciat, contineri profitebatur, et viam non δογματικὴν, sed ἀπορητικὴν & μαιευτικὴν sequebatur, eo magis mirandum videtur, huic non opinioni, non illusioni, non φαντασίας cuidam ludibrio, sed firmae et certae sententiae, tantum tribuisse, et pertinaciter inhaesisse, immo adseuerasse, in casibus dubiis et ancipitibus, vocem sibi ab daemonio emissam esse articulatim. In primis digna sunt, quae

Apo-

pologiae coram Iudicibus de daemonio suo inse- Socrates, vt exhibeantur, ed. *Fischeri* T. I. p. ἐμοὶ — θαυμάσιόν τι γέγονεν. ἡ γὰρ εἰωθυῖά μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου, ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παντὶ πάνυ πυκνὴ ἀεὶ ἦν, καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιουμένη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ ὀρθῶς πράξειν· νυνὶ συμβέβηκέ μοι, ἅπερ ὁρᾶτε καὶ αὐτοί, ταυτί, ἅ γε δὴ οἰηθείη ἄν τις, καὶ νομίζεται, ἔσχατα κακῶν εἶναι· ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον, οὔτε ἐν τῷ λόγῳ οὐδενὶ μέλλοντι τὶ ἐρεῖν. καίτοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δή με ἐπέσχε λέγοντα μεταξύ. νυνὶ δὲ οὐδαμοῦ περὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν οὔτ' ἐν ἔργῳ οὐδενὶ οὔτ' ἐν λόγῳ ἠναντίωταί μοι. τί οὖν αἴτιον εἶναι ὑπολαμβάνω, ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ. Κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο, ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν, ὅσοι οἰόμεθα κακὸν εἶναι τὸ τεθνάναι. μέγα γάρ μοι τεκμήριον τοῦτο γέγονεν. οὐ γὰρ ἐσθ' ὅπως οὐκ ἠναντιώθη ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μή τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν. — Eruditorum de hac re sententiae sibi non constant. Sunt, qui δαιμόνιον hoc de mente interpretentur, aut occultas propensiones, quas Socrates in rerum agendarum consilium adhibuisset, significari putant, vt *Cartesius* Opp. P. I. ep. 15. Sunt, qui de *sensu morali* viuaciori, & praeceptorum eius pia conseruatione confirmato, et hinc contracta recte agendi firma facilitate explicant: sunt, qui ἐνθουσιαστικὴν quandam δύναμιν in eo agnoscant; sunt, qui poëticam hanc sibi licentiam & fictionem, praeceptis suis plus auctoritatis conciliandae studio, indulsisse autument, vt Cel. Moses Mendelsohn, Philosophus Berolinensis in Phaedone p. 23. — Vereor, vt hi omnes rem acu tetigisse existimari possint, & omnes omnino effectus mirabiles & extraordinarii, huic

δαι-

δαιμονίῳ attributi, in vllam harum ſententiarum dant. Equidem θεῖον aliquod in Socrate me agn ſcere non diffiteor. *Prophetae* quodam munere, vnius Dei praeconis, in gente, ad quaeuis *nefan* genera idololatriae et ſuperſtitionis projecta, fu ctum fuiſſe, atque adeo diuino quodam *praeſidi* et virtutis auctoramento munitum, haud a ve aliqua ſimilitudine diſiunctum videtur: *quam* longiſſime abſim, vt Socratem faciam prophe aut θαυματουργὸν veri nominis, cum *iis*, quondam genti iſraëliticae benigniſſime conceſſit Deus, comparandum, probe conſcius, — qu diſtent aera lupinis. cf. *Schwäb. Magaz. 5 Jahrg 1. Stk. Nemo vir magnus*, inquit *Cicero* de *N. D. I.* 66 *ſine aliquo afflatu diuino vmquam fuit*, id in princip philoſophorum cur vſu eueniſſe non *probabile ſit*: Vnicuique tantum tribuit Deus, quantum fides et facultas fert, donorum plus vel minus *ſapienti ſime* diſpenſans. *Marſilius Ficinus* l. c. ita: *Daem Socratis* fuit *igneus*, quod ad contemplationem ſublimium erigebat: *Saturnius*, quod intentionem mentis quotidie mirum in modum abſtrahebat a corpore. Attributus ab initio, non acquiſitus. Nam ſibi a puero dicit adſpirauiſſe. Non prouocabat vnquam, quia non *Martius*, ſed reuocabat, quia Saturnius erat: non adhibebat calcaria viro, ſatis per ſe ad honeſta propenſo, ſed cohibebat freno, vbi in eligendis ad finem viis, ob coniecturarum fallaciam, poſſe decipi videretur. Adſpirabat menti, oſtenta oculis, voces auribus ſuggerebat. Cur Socrates, paucique ſimiles daemonem ſuum animadnertunt? Quoniam pauci vel genitura, vel diſciplina daemonici ſunt, plures humani, plerique ferini. — Non in ſola mente quaerendum eſſe daemonem ait, propterea quod humanum genus, a diuinis maxime diſtans, media quadam natura indiget, qualis eſt dae-

emonica, quaſi conciliatrice. Daemones nobis aefecit Deus, propinquiores quaſi paſtores, ſiue ubernatores. Homo ſi quidem, in hac ignorantiae ligine conſtitutus, innumerisque fortunae vel ma- s agitatus, vel diſtractus illecebris, ad conſtitu- m ſibi a Deo finem, absque perpetuo Dei auxilio, eruenire non poteſt. Hinc probat Plato, Deum nos daemonibus purioribus, quaſi rectoribus; commendaſſe, qui vaticiniis, auguriis, ſomniis, oraculis, vocibus, ſacrificiis, inſpirationibus ad- iuuarent. — Si minus placet, familiarem ducem, daemonem adpellare, ſaltem, vt placet noſtris, *bonum angelum* adpellato. cf. Act. XXVII. 23.

§. VIII.

Abſoluitur δαιμονολογία gentilium.

Sed gentilium ineptiarum, vt videbitur, nugarumque ſatis! Taedet, plura addere. Recenſuimus hactenus gentium quarundam, philoſophorumque principum antiquitatis, de daemonibus decreta, ex quibus efficitur id, quod initio ſumſimus,

1) gentem adeo nullam, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem atque barbaram fuiſſe, quae non antiquiſſimam hanc ſententiam tum omnium populorum et gentium, tum ſapientum omnis aeui ſequeretur, eſſe δαίμονας, res intelligentes, hominibus ſuperiores, et in rebus humanis praeſentes efficacesque, vt *Plutarchus* de placit. philoſ. L. I. C. VIII. Θαλῆς, πυθαγόρας, πλάτων, οἱ στωϊκοὶ δαίμονας ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικάς, εἶναι δὲ καὶ ἥρωας, τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων, et Diog. Laërt. in Thalete affirma- re

re possent, τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη ὑπεστήσατο, et quod de votis, sacrificiis, vaticinationibus dixit *Plutarchus* πολυμαθέστατος, de daemonum quoque notitia valeat: εὕροις δ' ἂν ἐπιὼν καὶ πόλεις ἀτειχίστους, ἀγραμμάτους, ἀβασιλεύτους, ἀοίκους, ἀχρημάτους, νομίσματος μὴ δεομένας, ἀπείρους θεάτρων καὶ γυμνασίων· ἀνίερου δὲ πόλεως καὶ ἀθέου, μὴ χρωμέναις εὐχαῖς, μηδὲ ὅρκοις, μηδὲ μαντείαις, μηδὲ θυσίαις ἐπ' ἀγαθοῖς, μηδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν οὐδείς ἐστιν οὐδὲ ἔσται γεγονὼς θεατής. Quid, quaeso! communem illam persuasionem, de Deo bono maloque, quorum neuter ab altero dependeat, apud Chaldaeos, Persas, *Magos*, Aegyptios, Chinenses magis peperit, quid Manichaeismi ante Manetem, *omnes terras*, ad ortum solis & occasum sitas peruadentis, causa exstitit, quam deprauata illa de auctore mali traditio? Quid celebratissimae illius *philosophiae orientalis* systema coagmentauit, cuius mixtura cum doctrinae christianae capitibus, *Gnosticismi* infelicem partum, & cuius de variis Aeonum emanationibus disciplina, nonnisi peruersa niti videtur de angelis bonis malisque doctrina, a maioribus accepta? (*) Vel nostro-

(*) Gnosticos aliquam coniunctionem scitorum philosophiae chaldaicae et aegyptiacae, cum doctrinis ab Christo Apostolisque traditis, tentasse, ex perspicua illa conuenientia inter vtramque partem manifestum videtur, si memoriâ ea, quae vtriusque partis sententia de *aeonibus*, *spiritibus*, *emanationibus* fuerit, recolantur: quámuis Gnosticarum sectarum natales ad saec. II. demum referendos esse, adeoque apostolorum aetate scriptisque posteriores facile concesserim Ven. C. C. TITTMANNO in tract. de vestigiis gnosticorum in N. T. frustra quaesitis. Lips. 1773.

ſtrorum temporum experientia communem hanc opinionem confirmat. Vbi enim gentem, vel ad orientem, vel occidentem, vel ad meridiem ſeptentionemque ſitam, inueneris, in qua non veſtigia huius rei adparuiſſent. Vtriusque orbis *Indi*, Ruſſorum *Woguli*, *Samoiedae*, *Irkutziani*, communi calculo illi ſuffragantur. De *Calecutenſium* ac *Siamenſium*, in India Orientali, *Iaponiorum*, Tartariam incolentium, cultu cacodaemonibus præſtito, itineraria teſtantur. Vel ad Europaeas gentes inſania illa pertigit, *Saxones Slauosque* ante CAROLI M. tempora iisdem ſacra feciſſe G. FABRICIUS L. I. Orig. Sax. p. 62. et BONFINIUS *de rebus hungaricis* L. XII. p. 223. teſtis eſt. — Facile eſſet, eandem omnium opinionem, poëtarum, et graecorum et latinorum, conſenſione comprobare. Quis eorum δαίμονας ὑποχθονίους, καταχθονίους neſcit? Quis ſimilitudinem inter latinorum Deos et noſtros angelos non perſpiciat? Quis eos, minorum aut validiorum Deorum nomine, cultos non agnoſcat? cf. Ill. MICHAËLIS *Erkl. des Briefs an die Hebr.* p. 112. Cum vero poëtas et philoſophos ſe mutuo compilaſſe conſtet, qui vnius partis ſententiam cognorit, alterius quoque facile intelligat, neceſſe eſt. Sic PLATONIS in *Cratylo*, HESIODI priſcorumque ſententia, probatiſſimorum animas in aëreos daemones aſcendere contendit, qui et rerum ſapientia polleant, et generi humano prouideant. Hinc SOCRATES in *Phaedone Platonis* teſtatur, ſperare ſe in obitu ad bonos viros, Deosque alios bonos iturum, ſed magis ad bonos Deos, quam ad bonos viros. Quando Deos alios atque valde bonos dicit, intelligit, vt *Marſilius Ficinus* in ar-

argumento explicat, praeter sphaerarum ani
esse mentes angelicas, sphaeris sublimior
in quarum familiaritatem animas quoque
stras quandoque admitti posse sperat (*).

2) Omnis haec cognitio, si veterum scripta s
ctes, multis est obstructa difficultatibus,
variis caussis, praeter illas commun
rerum ipsarum, ab sensibus remotarum, o
scuritatem, et iudicii nostri infirmitaten
potissimum ex *inconstantia* auctorum repetend
qua de daemonibus loqui solent, id quod e
quae dedimus, attente legenti luculenter p
tebit, tum ex ambiguitate vocis ipsius, δα
μονος, qua Deum, spiritum Deo inferioren
genium, fortunam secundam et aduersam
gnificarunt. (**) Faciunt igitur recte hactenu
rece

(*) Ab antiquis *mortuos homines*, corporis vinculis sol
tos, maiori adeo & intelligendi & efficiendi
praeditos, δαίμονας nuncupatos esse, SEMLE
RO, V. S. R. non abnuerim: quamvis non hanc v
nam huic voci subiectam esse significationem, à grae
cis, cum poëtis tum scriptoribus prosaicis, & ea
quae nos dedimus, & ipsa illa loca quaedam, qua
in Comment. de *Daemoniacis* p. 7. (Not. 6.) colle
cta sunt, euincunt. Si distincte rem expresser
graeci, δαίμονας et ἥρωας accurate distinxisse
illosque genus spirituum superius, hos inferius ad
pellasse constat. Inconstantia graecorum, qua d
daemonibus loquuntur, difficultatem, mentis eoru
perspiciendae, auget, et ambiguitatem vocis, qu
caussam et effectum vno vocabulo significarunt
probat, id quod in aliis nominibus saepissime vsu
venire constat.

(**) Voci, δαίμων, δαιμόνιον, varii significatus a
tributi sunt a Poëtis. Concedimus S. V. D. SEM
LER

centiores, quod has gentilium δαιμονολογίας repudient, nec easdem cum sacris litteris comparandas esse contendant, earum corruptelarum memores, quae temeraria quaedam philosophicorum placitorum cum doctrinis reuelatis

...LERO in comment. de daemoniacis, p. 8. subiectam illi esse significationem *mortuorum hominum*. *Hesiodus* in Εργ. κ̀ ἡμερ. L. I. p. 8. de primo hominum genere, quod aureum dicit, loquitur, & post mortem δαίμονας factos esse dicit:

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας κ̀ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται, κ̀ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔχον.

Idem V. Cel. nobis etiam concedet illud, ab *Homero*, aliisque Deos, aut Deorum quoddam inferius genus hac voce adpellari, et πολύσημον esse quam maxime; hominem improborum, infelicem, improuisum, admirabilem, diuinum δαιμόνιον dixere saepiuscule. In vniuersum, si quid insolens, extraordinarium, e rationibus certis & obuiis non facile constans, ab vi haud adspectabili, vel bona vel mala, ortum videbatur, illud communi adpellatione a graecis, poëtis, philosophis, physicis, medicis δαίμων, δαιμόνιον dictum fuit: id quod loca tam a V. Cel. in medium allata, quam innumera alia luculenter probant.

latis contentio, ecclesiae per omnia saecula tulisset. Certare enim possunt *Plato* et *Aristoteles*, et de multitudine et magnitudine no... rum, quas praeposterum sectatorum studii ecclesiae doctrinisque coelestibus attulisse c... stat. Accedit et id, quod theologiae gent... et θεογονίας mysteria, a paucis penetrari po... putem, adeo compleuit omnia opinionum ... meritate et stultitia ingenium hominum, ... vna illa et necessaria veri cognoscendi viden... que via, reuelatione diuina, alienum, ... *enim est vulgus, ex veritate pauca, ex opinio... multa aestimat. Cicero pro Rosc. Comoedo.* Singularis denique erat philosophorum gentiliu... disciplina, qua sublimiores scientias de De... et naturalibus rebus, in vulgus emanare no... sinebant, & non nisi cum initiatis et interior... admissionis discipulis easdem communicaban... Aut allegoriis, aenigmatis, figuris et meta... phoris, ita inuoluebant, vt ad eas resoluenda... denudandasque non Dauo opus esset, sed *Oe*dipo. Nulla gens inter veteres erat, qua... non talibus philosophis inclaruisset. Chaldae... Persae, Phoenices, Indi, Aethiopes, quorum Brahmanes, seu Gymnosophistae praeter morum disciplinam, physiologiam et astronomiam co... luere. *Druides* apud Gallos, *Bardi* apud Celtas, genus hoc sapientiae *esotericae* amaban... Harum vnaquaeque gens sua habuit ἀπόῤῥητα... ad fallendum populum apta. Omnibus ver... palmam praeripiunt *Aegyptii*, quorum *Hermes Trismegistus*, *s. Thautus*, *Thot*, artium hieroglyphicarum inuentor fertur. *Roma*... magnifice de ipsis sensere, vt Aegyptios o... mnium philosophiae disciplinarum parentes atque solos diuinarum rerum conscios nun... cu...

apparent. Disciplinas morales, politicam, geometriam ad ἐξωτερικὸν genus philosophandi referebant, sublimiorem theologiam, astrologiam, medicam artem, chymiam, magiam, proprie sic dictam, quae in conciliatione et remotione daemonum spectabatur, ad ἐσωτερικόν (*). Ex his fontibus sapuit *Orpheus*, Thrax, de quo *Horat.* A. P. ℣. 391. ss.

Syluestres homines sacer interpresque Deorum

(*) Hanc Veterum disciplinam pluribus persequitur Magn. D. Cotta in diss. cit. de *philosophia exoterica & esoterica.* Tub. 1733. p. 13-72. & Wilh. Warbvrton *Göttliche Sendung Mosis* T. I. *Buch* III. *Abschn.* IV. p. 160-367. Per omnia saecula, vel in Judaeis & Christianis, eiusmodi quaedam *disciplina arcani* obtinuit, illis a traditione Mosis orali, his ab apostolorum aetate & instituto, illam ducentibus, qua altiora quaedam mysteria non omnibus, sed perfectis tantum, voluisse innotescere finguntur. Ἰδιωτισμοσύνης σοφὸν φαρμακὸν, & errorum palliandorum insigne artificium, in Mysticis, Quietistis, Fanaticis, Theosophis, quod semper in scripturae aliquem contemtum desiit denique! Ab eodem instituto non alieni sunt Chemici quidam paracelsistae; Societas olim illa, quae a communitate cum Jesu, nomen habuit, in moralibus; & Societas quaedam, latius indies serpens, quae a re *architectonica* nuncupatur, et Franco-gallis audit Franc-Maçons. Profitentur hi omnes sua ἀπόρρητα, non nisi cum initiatis et τετελεσμένοις communicanda. Num his arcanis cum mente Christi conueniat, Matth. V. 14-16. altioris est indaginis. Nec inepte cum antiquissimis his institutis contuleris votum monasticorum, quo se *sacrae regenerationis mysteriis* innouari iactant *religionis* illius μεμυημένοι. cf. eruditam diss. S. R. D. Semleri *de regeneratione monastica, ad illustrandos LL.* SS. 1754.

Caedibus et victu foedo deterruit Orp
Dictus ab hoc lenire tigres, rapid
leones,

et *Pythagoras*, ad omnia Aegyptiorum n
ria, multis antea et difficillimis experim
probatus (*). Hae sunt forsitan praecipua
scuritatis δαιμονολογίας veterum caussae.

3) Multum igitur abest, vt in demonstr
hac, quam agimus caussa, de Diaboli dae
numque exsistentia, dubiis his, incertis
gis nitamur testimoniis. *Non quidem sumu
quibus*, vt cum *Cicerone* loquar de N. D. I.
*hil veri illis inesse videatur, sed ii, qui omn
veris falsa quaedam adiuncta esse dicamus, ta
similitudine, vt in iis nulla insit certa iudicand
assentiendi nota.* Communem igitur hunc om
um populorum consensum, non quidem
voce naturae declaramus, sed pro eiusm
sententia, quae nemini, vel intelligentissi
repugnans, sed admodum probabilis visa fu
Quemadmodum igitur argumentum pro ex
stent

(*) In hac re magnis me auctoribus tueri possem. Jo
SCHEFFERVS, Suecus, rerum pythagoricarum int
pres ille plenus et copiosus; sic persuasum habemus
inquit, pleraque, quae *Pythagoras*, *Plato*, senseri
originem suam habere è sacris litteris; siue ben
siue perperam intellectis, vel quod ipse illas h
buit *Pythagoras*, vel quod habuerunt illi, quoru
disciplina ipse fuit imbutus ac doctrina, et qu
Plato, *Aristotelesque*, Capita et quasi Coriphaei qu
dam omnis sapientiae inter paganos atque erud
tionis, sua habuerunt a Pythagora, ita tandem sci
tur, quibus debeantur initiis, quae a gentib
bene, sanctisque doctrinis conuenienter, tradi
tantopere apud eas admiramur et extollimus.

stentia Dei, a consensu omnium gentium petitum, non plane contemnendum videtur, ita etiam in hac re omnium gentium omniumque temporum consensus, non prorsus omitti debet. Et id etiam boni ex hac opinionum vanitate exsistit, vt argumentum haud leue praebeant demonstrandae eius rei, de qua nobis disquiritur, δαίμονας esse antiquissimis philosophis vitia non tantum vel animi vel corporis, morbos insolentiores, sed spirituum, rerum intelligentium quoddam genus, si intellectum spectes, hominibus superius, si voluntatem, vel bene vel male adfectum, vel salutare, vel noxium.

§. IX.

orta ex traditione quadam.

Euidentius haec adparebunt, si in *Origines* antiquissimae huius sententiae inquisiuerimus. Mihi quidem videtur opinio, ab incorruptis temporibus ducta et relicta a maioribus, è disciplina *patriarcharum* deriuanda, quae ad *omnes* eorum posteros variis subinde, vt fit, accessionibus et imminutionibus aucta et deprauata transiit. Nec enim homines a natura in hanc suspicionem atque opinionem deducti videntur, sed suam quaeque gens ingenium et mores, etiam in hac re, secuta, in quaeuis commenta, stultitiae et superstitionis genera dilapsa est, vt eandem fortunam experta sit haec sententia cum omnibus, quae non per litterarum quasi manus traduntur posteris, in iis semper aut demat aliquid negligentia hominum et obliuio, aut addat fingendi libido, neque veram retinere speciem possint. Prisci fideles, de quibus historia mosaica lineas tantum quasdam du-

cit, per viam reuelationis, traditionis fidelis, munionis cum Deo, et institutionem viuae v quae infanti ecclesiae inprimis apta erat et sentanea, rectissime sciuerant, quaenam esset gio, qui cultus, quem diuinum Numen ab postularet, quaenam visibilium et inuisibilium rum arcta et intima copulatio? Testes huius sunt *Abelis* fides, sacrificiis declarata, *Enochi* Deo digna, et prospectus ad iudicium vltimum Spiritus Sancti ministerium in docendis, et re guendis prioris mundi hominibus, quo non misso, aut incuriose neglecto, haud miramur, dem contabuisse, caritatem refrixisse, et summ perniciem accelerasse. Hebr. XI. 4. 5. Jud. v. 14. Gen. VI. 3. Praecipuae hinc veritates, quae in pientibus extra ecclesiam hominibus reperiuntu traditionem potius et reliquias veritatis, olim Deo reuelatae, qualitercunque retentas et prop gatas, sapere mihi videntur, quam quicquam aliu Ex hoc igitur cognitionis sonte, non depurato i quidem, sed vt sit, ingenii humani additame tis aucto et inquinato, originem sacrificiorum, erum festorum, diluuii, daemonumque notiti ducere non dubitem, et inde omnia, quae de h idolorum cultoribus innotuissent, repetere(*). Co se

(*) Facile esset, haec omnia fusius & luculentius con probare, & pluribus exemplis illustrare: impi apud inferos pœnas praeparatas esse, bonis omn fausta euentura, igne aliquando consumtum i hanc rerum vniuersitatem, *Ouidius* Met. L. I. v. 256.

Esse quoque in fastis reminiscitur, adfore tempu
Quo mare, quo tellus correptaque regia cœli
Ardeat; et mundi moles operosa laboret,

tib. D. FABER in diss. c. p. 2. n. 1. "Vetustis-
a illa gentium opinio, quae daemones inter
um et homines quasi medios collocauit, è fon-
is diuinis in omnes nationes videtur dimanas-
" Nec abnuit *Weismannus* in orat. acad. p. 85.
Traditionis orientalis testimonium ostendit,
omnes reliquas corruptiones religionis primi-
conseruatam fuisse cum admiratione ideam
mundi statuum, primitiui, deprauati, re-
randi. Has veritates primitiuas in Oriente,
quam sede originali, veneratio et memoria an-
e reuelationis, et doctrinae traditae conserua-

et *Lucanus* L. I. testantur:

— Si cum compage soluta
Saecula tot mundi suprema coëgerit hora,
Antiquum repetent iterum chaos omnia: mistis
Sidera sideribus concurrent, ignea pontum
Astra petent: tellus extendere littora nolet
Excutietque fretum. — —

Haec aliunde, quam ex traditione maiorum hausta quis exstimauerit? Recte hinc MORHOFIVS in Polyh. T. I. L. I. c. X. p. 91. gentilis theologia, traditionum tenacissima, initio sincera, tractu temporis variis superstitionibus et damnandis ritibus incrustata est. Cum enim sacerdotes inter se secretiores haberent magiae disciplinas, populum falso cultu in diuersa actum, non modo non cohibuerunt, sed et vltro permiserunt, ne in sacra illa abscondita inuolarent. Paullatim et ipsi sacerdotes, in deteriora prolapsi, occultas diabolo insidias struente, a via regia deuiarunt. — cf. Reu. G. MÜLLER praep. Kemberg. in diss. inaug. *de artt. fidei, temporibus V. T. magis cognitis, quam scripto expressis.* p. 32. §. XXII.

uit: posteriorum vero temporum tenebrae, m rae, corruptelae deprauarunt." Recentiorum que suffragia facile colligas. III. IERVSALEM S. V. HERDER multa eruditione, religionem p archalem traditionum omnium fontem esse et ginem, ostendunt, mythologiae et hieroglyphic sciplinae mysteria peruadentem; ille quidem *trachtungen der vornehmsten Wahrheiten*, *hic ältesten Vrkunden des Menschengeschlechtes.* Hinc *stinus Martyr* in fabulis *Homeri*, *Hesiodi*, *alio* que, aliquam veri vmbram inuenisse sibi visus cum nihil facile in S. S. praesertim de *Christo* mitteretur, cuius impletionem non aliqua in tione peruerterint daemones. Traxit *huc fab* de filiis Deorum, de Aesculapii arte salutari, Herculis robore atque exustulatione, *de Persei* Danaë susceptione, ac Mineruae ex celebro Ioui natiuitate; baptismum lotionibus variis, euchari stiam Mitrae sacris, imitatos eos esse, ratus est philo sophus christianus. Inprimis nosse et legere iuua bit H. GROTIVM in incomparabili libro de V. R. C L. I. §. XVI. vbi Mosis veracitatem et antiquitatem extraneorum testimoniis confirmat, et euidentibus locis ostendit, apertam eorum consensionem cum historia mosaica, quoad originem mundi; hominis ad diuinam effigiem, exstructionem, illiusque in caetera animantia dominium; λόγυ Dei, mundi effectoris vim; solem, non lucem primigeniam, sed lucis receptaculum; tenebras, luce priores; hexaëmeron; septimi diei honorem; primi hominis simplicitatem et nuditatem; vitam paradisiacam; serpentis tragicam artem; patriarcharum longaeuitatem; visa diuinitus concessa; gigantum ferinam vitam; diluvium, Noachum emissamque eius ex arca columbam; Iaphetum s. Iavan, Europaeorum, Chamum, s. Hammonem, Afrorum parentem; Sodo-

rum incendium; circumcisionis ritum, Mo- resque gestas; exitum ex Aegypto, Pha- s interitum, vt alia multa taceam. *Isaaci* or- in fabula *Orionis* vestigia, ostendit Cl. H. A. ZEI- H III. RUTH. P. P. in prol. 1776. et aliquas scin- tillulas veritatis antiquissimae, è fabulis poëtarum emicantibus, ibidem tetigit et detexit. Δαιμονολο- γίας veterum ex iisdem fontibus origines quin du- cendae sint, vix dubium esse videtur, quae, quo propius loca illa, vbi vera de angelis bonis malis- que sententia viguit, et tempora primaeua attingit, eo purior defaecatiorque videri possit, sed, pauci temporis et variorum ingeniorum interuentu, ita de- formata, vt vix veram et sanctam illius sententiae ori- ginem agnoscas. Postquam, (illa enim res quomo- do acciderit, coniecturâ facile assequimur,) pa- triarchae, et qui hos insecuti erant, aetatum pris- carum homines, qui magna Dei opera, benefa- cta, pœnas, præcepta et promissa, et vaticinia, per omnes rerum classes, vel suis viderant ocu- lis, audituque ipsimet acceperant, vel per traditio- nem fidissimam ad sese deriuata, fide non minore conseruauerant, defuncti iam essent, nouae plane generationes, rerum praeteritarum et antiquarum non aeque consciae, vel etiam propria sua culpa i- gnarae, surrexerunt. Hae veritatis reliquiae, et scintillulae superstites, cum additamentis ingenii humani, et luxuriantis phantasiae figmentis mix- tae, religionis priscorum hominum partem maxi- mam constituunt. Etsi enim Deus illis, quemad- modum omnium temporum hominibus, qui in i- pso uiuebant, mouebantur, et erant, cognoscendum sese, et palpandum offerebat, non tamen ipsum, et res ab illo profectas, quaerebant, sed suas, ab in- genio suo et imaginationis vi praescriptas, vias, quas tererent, sibi eligebant, et cum in suaemet ipso-

ipsorum rationis vi, de ipsius impotentia, et to frustrata, ab omnis erroris periculo, *immunita* commonefacti, non considerent, diuinae reu tionis auctoritas vt accederet, necesse erat, qu quouis modo fingere, et veri aliqua specie et si litudine ornare, allaborarunt. Hinc nulla vnqu natio sub sole vixit, quae religionem mere n lem constituisset, nec eam, quam coleret, di reuelatione innotuisse sibi persuasisset. omnino praetextu gratiam, suisque *inuentis* ctoritatem, apud plebem imperitam, conc tentarunt, non legislatores tantum, *sed et ii*, religiones informandae prouinciam sibi sumse sacerdotes (*), qui, longis et difficillimis pe grinationibus susceptis, veri videndi, et apud mnes gentes, quae cultiores audiebant, con rendi studio, nec inhonesto desiderio detineb tur, vnde tot et inter se dissitas religiones cons cinarunt, et in vnam aliquam compagem co mentarunt. Nec inanis videtur illorum labor, qu vestigia priscae et primaeuae religionis, vel ex abditis et summis idololatriae tenebris emicantia, eruunt, et in origines suas, vnde orta sunt, deriuant.

§. X.

— nec ex *Judaeorum* scriptis,

Ex his, quae modo recensuimus, non multum lucrati sumus, fateor, pro ea, quam agimus, caussa, pro asserenda sic, vt conscientiae satisfaciat, diaboli daemonumque exsistentia.

(*) Insigne hoc artificium, et legislatorum et sacerdotum, pluribus persequitur W. WARBURTONUS in: *göttlicher Sendung Mosis*, I *Th.* II. *Buch* II. *Abschn.* p. 147-158.

nichts von Sünden der guten Engel, und von Abgefallenen ist hier offenbar nicht die Rede; auch t, sich auf einen nicht verlassen, noch gar nicht, für einen Verbrecher erklären. Vielmehr ist die nung des Orakels: GOtt verläßt sich auf seine En-nicht dergestalt, daß er ihnen, wie der abergläu-he Orient wollte, und davon Gelegenheit zur Abgöt-i nahm, die Regierung der Unterwelt anvertraue, sie gleichsam zu seinen bevollmächtigten Amtleuten . Die Regierung der Welt ist viel zu schwer und worren für sie, und selbst bei disen erhabenen Gei-n findet die unendliche Weisheit GOttes Thorheit, sich zu einem solchen Geschäfte untüchtig macht. ie Regierung der Welt gehört blos für den unendlichen erstand, der alles übersiehet. Verstehen aber diese here Wesen nicht einmal, warum GOtt die Welt so, nd nicht anders regieret, wie viel weniger werden enn wir niedrige Sterbliche über die Austheilung von Glük und Unglük urtheilen können.

§. VI.

continuatur. Ex his, fateor, non multum profecimus, quod ad enodationem quaestionis propositae fecisset. Aliam itaque viam ingredi necesse est. --- Concipiamus spiritum, eminentibus dotibus a Deo instructum, naturae & gratiae muneribus praestantissimis auctum, rerum multarum intelligentia & libertate praeditum, spiritum, cuius virtutibus & perfectioni aut addi aliquid aut demi poterat, concipiamus in eo principium agendi, & perceptiones statusque mutandi, nouas res quaerendi, desiderium bona praesentia viuidius sentiendi, percipiendique alia, quod omni Spiritui naturale est, nonne haec omnia virium adplicationem, agendi vigo-

gorem, spem nobiliorum dotum potiundarum stulant, alunt, incenduntque, adde libertatem, num illud excellentissimum, sine quo trunci stipitibus assimilarentur spiritus, & ration qua Creatori tenentur, nonne haec ipsa natura rum intelligentium & liberarum, nonne *ἀναλ* viarum Domini, in ratione modoque, quem Spiritibus ad felicitatis augmenta ducendis ing solet, semper sui similis, nonne communis lex, omni spirituum generi sapientissime sanc qua non nisi *habenti datur*, Matth. XIII. 12. perimentum aliquod virtutis, fidei & pietatis tique animi, vel in ipsis angelis, poposcere? si in dine diuino minora bona, in quorum vsu fide versamur, semper paratiorem viam ad consequ da maiora reddunt, quis, quæso! messem ante mentem, praemia ante labores, triumphum a victoriam iure aliquo efflagitauerit? Quis pal manus, quis lauro capita cingi velit, nisi p clitanda? Et qualis est fides sine tentamini quale obsequium sine praeceptis, qualis lib sine rerum electibilium pluralitate, qualis a sine propriae voluntatis abnegatione, qualis obeundis officiis alacritas sine impedimentorum su perandorum remotione? Quis, nisi victoria legiti me parta, coronabitur vmquam? 1. Tim. II. quale obsequium nisi lubentissimum, qualem amo rem, nisi euidentibus speciminibus testatum, qua lem fidem, nisi certis tentaminibus exploratam remunerari Deus possit? Haec ipsae rationes, cu singulos angelorum ordines *statui* cuidam *probatio nis* subiecerit Deus, amoris, partium studiosi, plane nescius, satis aperte ostendunt. Infinita sapien tia, aequitate, iustitia digna lex agendique ratio, quam nec in primo, nec secundo Adamo exceptio nem passam esse scimus, immo cui stabiliendae tu

en-

que tota hominum vita inseruit, cuius alte-
partem tentationes occupant, alteram bene-
iuina, quae pro fidelitate in illis praestita
vel minori copia dispensari solent. In
duo genera dispescitur, quam in praesentia
s, aetas. Exercemur per aduersas & se-
res, & praesens semper est grauidum futu-
eo in distribuendis suis bonis muneribus
n admittit *saltum* diuina liberalitas, vt po-
nis gratiae donorumque ampliorum dispen-
rdini sapientissimo adstricta sit. Consulit hoc
iustitiae suae & sanctitati Deus, qui nec glo-
nec laudem, nec fidelitatem, nec amorem,
tutem necessariam & vi quasi extortam, sed
& liberrime praestitam, amare solet, &
atura in suis viribus, propensionibus, fa-
s tum demum sibi innotescit, cum earum
factum est, quae hac ipsa exercitatio-
tur, augentur, perficiuntur. Et si gra-
& naturae in vnoquoque spiritu recte
tur, illa magis in potestate vtentis sita
ur, quam haec ipsa; illorum augmenta
ium usus, & fidelitas promouet, quae
tatem augent & imperfectiones minuunt,
ora, illa potiora sequuntur, iisdemque sub-
, & in amica cum illis coniunctione &
perficiuntur. Fuit igitur status & tem-
in quo etiam angeli suae in Deum pietatis spe-
, suae fidelitatis experimentum, sui obse-
argumentum darent, status, inquam, in
de virtutibus suis vel perdendis minuendisue,
fidelitate rite praestita, augendis perficiendis-
periclitarentur. Anceps quidem erat hic sta-
, sed per omnes ciuitatis Dei leges necessarius,
gloriae diuinae illustrandae, & exercitio fidei ma-
me consentaneus. Quae vero occasio exercendae
hoc

hoc modo virtutis & pietatis angelicae ab diuino bitrio posita fuerit & suppeditata, definire non hominis, vltra id, quod scriptum est, non entis. Etiam heic, secundum IOS. SCALI RVM:

> Nescire velle, quae magister optimus
> Docere non vult, erudita inscitia est.

Fuit certe occasio, naturae angelicae & statui bationis adcommodata, si vel primo intuitu ua & minoris momenti adparuisset. Libera nim spiritus naturae conuenienter semper ag imperat Deus, & Deo sancto & iusto obedie praestari nequit, nisi libera sit, nec praemia quidem tanta, quanta promisit liberatissime, tuti necessariae & mechanicae impertire vllo m potest. --- (*) *Praeuisio* igitur lapsus, immo ximae hostilitatis inde secuturae, non debuit i dire Deum, quo minus angelos crearet lapsu in ipsa etiam ἀποςασία sua sponte perseuera Id enim argumentum si valeret, Deum ab omni rum intelligentium ciuitate constituenda & cr da deterrere debebat, propterea quod omne sp tuum genus statui probationis exponendum e qui, si mentem diuinam & consilium spectes, se per ad optima, ad vtilissima tendit. Et hac q dem ratione mundus spiritualis, adeoque *eti* mundus corporeus, cuius gratia factus est, nu quam exstitisset. Quot, quaeso! diuinae *bonita* documenta, quot diuinae potentiae artificia, qu sapientiae infinitae τεκμήρια vna litura delere n dubitant, quicunque se tales viarum Domini im peritos censores & ineptos consiliarios sistunt. *Sa* u

(*) cf. b. D. FABRI *Einl.* p. 293. --- 384.

gitur perfectione summa, et rerum intelligen- natura, absolute impedire lapsum angelorum potuit nec voluit Deus. — Labi potuisse Sata- et angelos malos, qui naturae, quamuis prae- ssimae, sed finitae limites, ab infinita perfe- e infinite distantes recte considerauerit, non bit vllus. "*Dieu*, inquit LEIBNITIVS in . § 31. *ne pouvoit pas à la creature donner tout, n faire un Dieu; il falloit donc, qu'il y eût de tions de toute sorte.* — His rite expensis non vt eorum insaniam moremur, qui plane non peccatum autumant, adeoque lapsum ange- sannis et ludibrio excipiunt. cf. WEISMAN- s. *Horrenda insania docendi apud Christianos, Deum et hominem non dari peccatum.* 1746. p. . s. 23. n. 15. 16. Nec DAMMII, aliorumque onismi crassioris patronorum, acumen capi- qui notionem Diaboli in se pugnantem, nec ationi intelligibilem statuunt. cf. C. I. § 12. — inus inepta est eorum ratio, qui ex eo, quod n statu suo primo in caelis essent, adeo- Dei beatissima fruerentur, non facile posse lapsus possibilitatem inferunt. (*) am de caeli immensa latitudine et infinitis ibus, in accessu ad Deum vel remotioribus opinquioribus, facile distingui potest, inter em Dei, tempore probationis gradu quodam iore dispensatam, atque inter eandem, vt per- am, et coniunctam, ratione spiritus Deum vi- den-

(*) cf. WEISMANNI *Inst. theol. dogm.* p. 280. 300. Ej. diss. *Confirmatio bonorum angelorum in N. T. et fine mundi non demum futura.*

dentis, cum exercitata et confirmata consue
cum Deo conuersandi. (*)

§. VII.

continuatur. Ipsius *peccati*, quo tam g
culpam et noxarum multitudinem
traxere angeli, *generatim* men
in sacris litteris. In *veritate* non perstitisse Sat
Christus asseuerat, Ioh. VIII. 44. Veritate,
tueri, conseruare, immo huic fundamento
cte et recte posito, inniti, et superstruere
uis cogitanda faciendaque debebat, sine dub

(*) *Rationi* quoque, non Scripturae tantum et
giae viarum Domini consentaneam esse han
mae mali originis expositionem, pro eo, qu
proprium est, acumine vidit et confirmauit
PLOVCQVET, diss. *de viribus primitiuis* §§ LXXX
s. p. 35. s. " *Nostra sententia nonnisi vnum intelli
est principium, idemque summe bonum. Hoc pro
spiritus verae felicitatis capaces. Capacitas autem
supponit statum, quo sentiri potest, quid sit amor ve
Sed quid sit amor verus, spirituum limitatorum n
sentire et experiri potest, nisi norit suas vires,
autem easdem non potest sine sui exploratione, explo
autem sui sine aduersitate fieri non potest. Necessa
igitur est moraliter, vt quilibet spiritus aduersitat
ponatur. Quae aduersitas ponitur in vincendis iis,
a vero et sincero Dei amore spiritum auocare po
Deus autem tantum vnicuique spirituum largitur vi
vt aduersitatem siue in voluptate, siue in dolore, si
alia re et alio statu eadem ponatur, vincere possit.
vincunt, felicitatem acquirunt, qui non vincunt, si
ipsis imperfectionem et miseriam, imperfectionis sequ
inferunt, ita tamen, vt ab hisce sequelis funestis a
quo mundus dirigitur, summo liberari possint.* "
in diss. de *natura boni et mali.* 1777. p. 32. "
*vt non omnia mala moralia physice impediat, pos
ipsum regnum morale, vt fundamentum amoris ge
et spurii manifestetur, atque ipsa moralitas seruetur*

igitur primi ſtatus rectitudo, ſanctitas et iuſti- totiusque naturae cum mente et conſilio Crea- s conformitas, ſtatus ſinceritatis et puritatis in ndo, amandoque Deo, quemadmodum innu- ris locis frugifera hac notione plenus conſen- totius animi habitus, voluntatis, affectuum, penſionum, linguae, cum mente, verbis, vo- tate Domini exprimitur, et contra oppoſito ver- *mendacii* omne id, quod ab illius mente alienum et abhorrens, ſignificatur. h. l. Rom. I. 25. A- c. XXII. 15. Sin malis hebraicae vocis אֱמֶת cui aecorum ἀλήθεια reſpondet, ſignificatum ſequi, i notiones fidei, conſtantiae, integritatis ſubie- ae ſunt, idem ſenſus, quem ante diximus, ex- let: *In veritate non perſtitit Satanas:* Lautam il- m, quam Creatori debuit, conditionem fide, nſtantia, integritate non tuitus eſt, ſed facta ab mmo bono diſceſſione, ſui iuris, ſuae poteſtatis ſe coepit, concreata luce cum tenebris, ſtatu a- imi inordinato, fluctuante, inſtabili, prauo, aeco, cum negligentia Dei ipſiusque voluntatis coniuncto, infeliciſſime commutata. Quemadmo- dum enim ſummam felicitatis et finem bonorum, quae in ſpiritum finitum cadunt, in eo ſemper poni decet, vt omni ſua vi, proprio niſu, ſpon- taneo obſequio, in Deum, omnium bonorum fon- tem inexhauſtum feratur, et in eius voluntate ple- ne acquieſcat, ita vel leuiſſima, quidni tam atrox, tam enormis, tam voluntaria et προαιρετικὴ ſum- mi boni negligentia, ſtatum miſeriae induxit et te- nebrarum, vanitatis et mendacii. (*) Sic inter- pre-

(*) In cardinali hoc dicto vindicando, et ab iniqua interpretatione, immo audaciſſima adplicatione ad ſuam hypotheſin, quam Anonymus: *Verſuch einer bibl.*

pretati sunt verba haec interpretum plu LVTHERVS, AEGID. HVNNIVS, GROT LAMPIVS, alii. Si vero curatius inspi textus, et similes loci, in quibus vox ἕστηκ currit, Ioh. I. 26. Apoc. III. 20 et sequenti ba, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ, solicitiu tendantur, non tam *lapsum*, quam *statum* D describi a Christo putes, vt dicti huius pal hic emergat sensus: " Vana est et inanis v nobilitatis, a patre Abrahamo oriundae, iact Nec Abrahami, v. 39 - 41. nec Dei v. 42 lios vos geritis: alius est, quem imitamini, v. 38. 41. cuius opera facitis: hunc vobis rabo: pater vester Diabolus est, istius indole geniumque prauum exacte refertis, ad eius tem et desideria, studia vestra factaque com tis, ita, vt diabolicam eius laruam et simula ad viuum exprimatis, capitali odio prosequ eum, qui caelestis veritatis studio vobis propon dae intentus est. Diabolus enim ab omni tem

bibl. Daemonologie p. 102 - 112. ei summa cum tura verborum Christi affinxit, liberando m est et copiosus b. Canc. D. REVSS in diss. *de ratione interpretandi dicta N. T. de malis spiritib* 15 - 45. Melius longe et contextui multo a παραφράζει SEMLERVS, V. S. V. " *is*, inqu *veritatis et perfectionis tam non fuit studiosus*, *vt ab ea recesserit; itaque et antiquum obtinet*, *mend que et falsum, vt maxime potest, adiuuat.* Et in *veritatem, qua mens regi debet, auersatus est; a fertur simul, ad perfectionem integritatemque; p sus et malus ipse factus, pati et ferre non potest qui propius absunt a via perfectionis.* „ Ceterum nymi exceptiones, quibus hunc locum decl ita quaesitae sunt, vt lectorem non auferre, confirmare debeant.

quo rebellis factus est, et natura humana inno-
vitae hominum tam naturali, quam spirituali
eternae insidiatur, et ab omni veritate plane
us est. Hanc nec tenet, nec amat, nec co-
veritatis enim totus expers est, nil integrita-
nil conformitatis cum Deo, veri fonte, in eo
igitur. Totus in eo est, vt falsa, mendacia,
ersa dicat, propugnet, imbuat, palliet, haec
sunt propria, haec ex se ipse elicuit, haec ab
inuenta sunt et mundo turpiter illata. Totus,
tus est, in mendacium conuersus, huius geni-
fons, dux et fax meretur dici. -- Quae Pe-
ad summam exponit, 2 Ep. II. 4. de ἀγγέλοις
ρτήσασι dicens, qui a recto tramite et via di-
tus proposita deflexissent, voluntati diuinae re-
gnassent, a scopo aberrassent, praescriptasque li-
is, (vt CICERO naturam peccati definit,) mi-
uissent, actibus suo statui et officio contrariis
um grauiter offendissent, in atrox denique at-
e ingens crimen laesae Maiestatis diuinae incur-
ent, ea Iudas, Petri epitomator, paullo plenius
unciat, v. 6. non retinuisse suam ἀρχὴν, sed
roprium domicilium dereliquisse. Ἀρχὴ, cui fi-
e et constantiâ conseruandae dare operam debe-
ant, denotat statum primum, cum aliquo impe-
o coniunctum, semel ipsis sub angelorum capi-
, Col. I. 16. II. 10. coll. Eph. I. 10. sub filio Dei
signatum. Excessere igitur ex ordine, in quo in-
r infinitas naturarum intelligentium myriadas
nstituti erant, et regno Dei, rebellione facta, re-
to, suae ditionis, suae potestatis esse coepere,
iam defectionem, in animo ortam fotamque se-
ta est domicilii proprii, conuenientis naturae
ae, et lucidi derelictio, et fuga lucis, Dei, filii,
mniumque, quae in veritate perstitissent, ange-

lorum cohortium. (*) Porro, 1 Ioh. III. 8. dici
ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει, ex quo non
v

(*) Loca haec, 2 Petr. II. 4. Iud. v. 6. nemine con
dicente, similia, quî de exploratoribus terrae
naaniticae explicari possint, non constat. Inu
haec expositio a BALTH. BEKKERO, DAILLO
theologis reformatis, illo Belga, hoc Fra
gallo, ab recentioribus adaemonistis auide arr
est, et ab Anonymo: *Untersuchung über die Be
tung des Worts Teufel und Satan*, recantata; *Ga
die Boten, die die Israeliten voraus nach Canaan ges
mit fürchterlichen Strafen für ihre Treulosigkeit be*
immo a nonnullis librorum censoribus, e. g. F
cofurtano, publico adplausu cohonestata est;
noch niemanden diese so leichte natürliche *Ueb
zung beigefallen, ist mir unbegreiflich.* Vsitatior, p
sertim N. T. vocis, αγγελος significatus, *ipse*
do iudiciorum, quem Petrus exacte seruat, co
munem interpretationem sustinent, et quî de
lemni illa legatione, Num. XIII. XIV. nutu di
no suscepta et nobilissima dici potest, eam nonse
uasse ἀρχὴν, dereliquisse proprium domicilium
et cum morte naturali, sed diuinitus inflicta,
to praematuro obirent isti exploratores, si a Io
et Caleb discesseris, omnes, Num. XIV. 36-
ad magni diei iudicium aeternis vinculis sub
nebris seruandos curatos esse? Sensus certe hu
insignis iudicii, quem paullo post videbimus, c
illa clade non consentire videtur, ni valde dep
matur, eundemque minutim interpretemur. Pr
conceptis iam opinionibus seruiant, necesse e
qui his gustandis pares se profitentur. Et in
hominibus saepius vsu venit, quod b. WEISMA
NVS dixit: "malunt totam Scripturam, quam co
ceptulos suos philosophicos, quibus toti innitu
tur, prostituere.,, Nec serio rem egisse pute
censorem Francofurtanum, quando ita: *Nun
ich ihn endlich auch, wie einen Bliz vom Himmel,
den Vulkan aus dem Olymp, stürzen sehen! Das A.
weiß nichts von einem Teufel, und das* N. T. *dem m
soge*

tis ſpecie coniicimus, non diu tenuiſſe ſtatum primum, et primae fortaſſis tentationi, ipſi mo obortae, ſuccubuiſſe. -- Sed quî factum rtaſſis non immerito aliquis quaerat, vt creaobiliſſima, excellentiſſima, et tam inſigni bon et gratiae diuinae documentorum copia orſine externa inſtigatione, ſine ſtimulis et ſolionibus aliunde ſuperuenientibus, è ſtatu ſuo iuo excideret, et tam enorme peccatum, vti , quae id conſecuta ſunt, videre eſt, comret? Si quidem ſtatum probationis, animae, uis praeſtantiſſimae, finitas vires, voluntatem, fidelitatis teſtimonio confirmatam, et ſanctin, quamuis congenitam, ſed variis ſubinde minibus augendam et comprobandam, in anim, vt par eſt, recte induxerimus, liquido pa-, peccatum ex ſeſe elicuiſſe, oboriri potuiſſe aeſentationum confuſionem, ad aliena adpetenrauam inclinationem, aliarum nouarumque um experiundarum adpetitum, a voluntate dia diſſenſionem, φιλαυτίας inordinatae & amori ei contrariae generationem, virtutum ſuarum, ſie originis ſuae a Deo dependentis viua recordane, intuitum quam maxime pernicioſum, aliam creaturarum, fortaſſis nobiliorum, cum ſuis ribus collationem, et qui inde ſequitur, in diitatis, poteſtatis et gloriae ſuae menſura, diuius conceſſa, non contentum animi ſtatum, et limiórem gradum conſcendendi propoſitum. (*)

 Hac

ſogern eine Geſchichte ſeiner Entſtehung hat andichten, ankommentiren wollen, weiß von allem dieſem Vorgeben --- Nichts. Schwäb. Magaz. 1775. 2 St. p. 150. Cf. quoque prol. natal. Gieſſae 1776.

(*) BENGELIVS in Gn. ad Luc. X. 20. μὴ χαίρετε Monitum in prima experientia ſalutare, de tempe-

pe-

Hac ipsa mente postea protoplastos imbuit ir
cissime, eandemque ipsi Christo ingenerare n
rubuit. Quod quidem peccatum, vt fit, ex
ta sua vi et ἀπάτῃ, Hebr. III. 13. a paruis i
ortum, nec in prima origine suppressum et
catum, fouendo, eundo et longius progredi
vires sumsit, et in plenam a Deo, Creatore o
et sapientissimo, defectionem erupit, quae
aliis spiritibus, inferioris ordinis et dignita
minorum virium communicata, exemplo tam
nentis et praestantissimi Ducis, variis speci
misque sollicitationibus propagata, ad multos
siit et latius serpsit, et communione, quae a
inter Deum et angelos obtinuisset, soluta, st
peccati induxit. -- Quin in statu probationis
stitutos angelos Deus variis gratiae auxiliis a
uerit, et tantum adiuuerit, quantum Deo dign
libertati consentaneum, et statui probationis ap
esset et accommodatum, nullus dubito, cum
bonitate et sanctitate Dei facile quiuis, vir
Domini conscius, exspectauerit. *Imaginatio* igitu
& *libertatis abusus* sunt radix peccati, et *tene*
rum, Diabolum ingressarum, quae legem in
nam, qua omnes facultates colligatae erant e
vnum finem tendebant, disturbarunt, et vt
mum extra orbitam euagarentur hae vires, *fec*
Non abludunt ab his, quae Ven. Abbas OET
GERVS tradit in Comp. p. 192. " Vt *primu*
" inquit, aliquis principatus hoc crimen com
" sit, vt noluerit ἀρχὴν vitae in principali *suo*
" nere, sed gerere se, ac si vitam haberet in
" ipso, zelus pro vita, toti Trinitati *commu*
"

perando gaudio. Gaudium non vetatur, sed
ordinem redigitur. Qui per philautiam nimis g
dent, possunt Satanae similes fieri.

decentiis Dei consuluit, excussit a systemate rerum hanc rebellionem.

§. VIII.

continuatur.

His generalioribus rite intelle-s et expensis non opus est, vt alio-m de primo peccato Diaboli ma-umque angelorum diuersas sententias vel recen-mus, vel diiudicemus. Ageremus egregie a-im ab Magn. Canc. D. COTTA in diss. II. *historia* *cincta dogmatis theol. de angelis* p. 8 - 42. Mira nt et inficeta, quae hac in re commenti sunt pa-um multi, et testimonio inseruiunt, quantum in octrina de Daemonibus ingenio indulserint: con-ito nimirum mundo, aiunt, cum terrena et sidera ad rugum prouentum, et temporum vicissitudines roducta hominibus subiecisset Deus, angelis ho-minum ipsorum rerumque, quae sub caelo essent, curam cessisse: at hos, amore victos mulierum, Dae-mones procreasse, et hominum genus reliquum magiae, suppliciorum aliorumque terriculamen-torum fraudibus sibi subiecisse: namque ipsos cu-piditatum seruos effectos, victimarum, suffimento-rum atque libaminum indiguisse: hinc factum es-se, vt tot caedes, bella, adulteria, libidines et mala denique omnia sequerentur, haec idolola-triae et poëtarum figmentis originem dedisse. Mi-re in hoc commento consensere veteres, IRENAEVS, ATHENAGORAS, CLEMENS ALEX. TERTVL-LIANVS, LACTANTIVS, alii, quorum verba vid. l. c. et in PETAVII *theol. dogm.* T. III. Loc. III. de angelis p. 23. ss. Pudendam vero originem ha-bet hic ipse error, inscitiam loci Gen. VI. 1 - 4. vbi οἱ ὁ בְּנֵי אֱלֹהִים vertêre per ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ. Cum

 et

et Iudaeorum et Christianorum multi ex LXX vi ce saperent, mirum non est, in vtriusque par scholas transiisse. Vel IOSEPHVM in Ant. Iu L. I. c. 14. vel PHILONEM, L. de *gigantibus*, lum fouisse constat. Nostra quidem aetate vix censeri mereretur, nisi alio foecundus fuisse nimirum inficeto illo et iure exploso commen de *daemonibus incubis et succubis*, de quibus Io WIERVS adeatur, *de praestigiis daemonum* p. 322. ss. -- *Inuidia* peccasse Diabolum, qua vel genus humanum vniuersum, imagine diuina d tatum, METHODIVS, GREGORIVS NYSS NVS, AVGVSTINVS, vel in ipsum Christum, humanam naturam ad diuinitatis consortium a quando euehendam exarserit, LACTANTIVS, liique statuêre. -- *Superbiam* primum angeloru peccatum faciunt ATHANASIVS, GREGORI NAZIANZ. CHRYSOSTOMVS, CYRILLVS THEODORETVS, BASILIVS SELEVC. DAMA SCENVS, HIERONYMVS, AMBROSIVS, *Cas*SIANVS, LEO M. FVLGENTIVS, GREG. M. BERNHARDVS, RABANVS MAVRVS, HAYMO PETRVS LOMBARDVS, nostrûm denique et Re formatorum et R. Catholicorum plerique. Et hae quidem sententia ad veri similitudinem omnium maxime accedit, cum superbia vitium sit eius modi, quod proprie in naturam intelligentem ca dat, quamuis non eo gradu et audacia intumuis se putem, vt aequalitatem cum Deo vel κατ᾽ ἰσό τητα vel καθ᾽ ὁμοιότητα adfectauerit, sed forsitan praestantiores dotes, ampliorem dignitatem, ma ius imperium, gloriam potestatemque, cum o mnibus iis vitiis, quae hanc arrogantiam et an tegredi et comitari solent. Praesidio haud conte mnendo huic sententiae est locus, 1 Tim. III. 6. in quo Paullus inter caeteras virtutes, quibus epi-

sco-

us emineat, etiam hanc ponit; *non ſit νεόφυτος*, tius, recens conuerſus, addita ratione, ἵνα υφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τȣ̃ διαβόλȣ, ne opi-e ſcientiae et faſtu inflatus in idem, quod olus, iudicium incurrat, addit Apoſtolus, debere quoque honeſto alienorum teſtimonio nendabilem eſſe epiſcopum, ne in probrum, olique laqueum incidat. Si frequentior vo-όλω vſus, quo ſaepius in N. T. paſſiue, quam e adhibetur, & ſimilis locus, 2 Tim. II. 26. uo idem apoſtolus παγίδος τȣ̃ διαβόλȣ memi-vbi apertiſſime de malorum angelorum prin-agit, curatius adtendantur, non poteſt non n h. l. de eodem intelligi. Praecipit igitur llus, non admoueri debere dignitati epiſcopa-ominem, recens ab ethnicismo conuerſum, ſubito tantos honores nactus, veluti Diabolus ipſo lautiſſimi ſui ſtatus initio, intumeſcat, et eccleſia, quemadmodum hic è caelis, deiici-dus ſit, nec laborare debere malis teſtimoniis ternis, quibus ipſi vita ante acta exprobretur, ariaeque peccandi occaſiones exſiſtant, quibus rretitus Diabolo ſui capiendi, et miniſterii fru-tuum interuertendorum praebeat copiam. -- A-am viam in hac cauſſa ingreſſus eſt HIER. ZAN-HIVS, qui in L. *de operibus Dei inter ſpatium ſex erum creatis*, Neoſtadii MDXCI. p. 155. theſ. IV. eccatum angelorum in eo conſtitiſſe aſſerit, quod veritate euangelii, iam inde ab initio ipſis pro-ſita, de Chriſto incarnando, de eius gratia o-nibus ad ſalutem neceſſaria, de humana natu-ſuper omnes angelorum ordines exaltanda, quieſcere noluiſſent, atque ita noluiſſent, vt aluerint potius primam ſuam originem ſuumque omicilium deſerere, quam illi veritati ſubſcribe-: Perpetraſſe hoc modo angelos peccatum ſuper-biae

biae

biae, rebellionis in Deum, inuidiae, immo mnium atrocissimum, blasphemiam Spir. S. q numquam condonari possit. Supponit haec tentia lapsum hominum, non modo a Deo p uisum, sed tamquam caussam decretorum nec riam, a Deo ipso procuratam, Zanchii a rumque Reformatorum, Supralapsariorum m me, πρῶτον ψεῦδος, quare etiam haec sente illi superstructa sponte cadit. -- Minus prob lis etiam est eorum ratio, qui primum Dia peccatum in seductione protoplastorum pon omnis enim illa tragica res arguit seductor iam pessima mente praeditum. -- Per ἐθελοθ κείαν Diabolum primum peccasse, nimis subtil ab nonnullis excogitatum est, eo consilio, vt dinem peccandi, et modum, quo peccatum statu integro committi potuerit, facilius atque e dentius declararent. -- Omnium minime in situm erat, quod hominem πρωτόπλαστον adora detrectarent, id quod multi ex populis, ad orie tem sitis, communi consensu existimarunt, vnd hae nugae cum aliis pluribus in Coranum transi re. cf. Ill. Michaëlis *Erkl. des Briefs an d Hebr.* p. 107. ss. (n. 14.)

§. IX.

-- derelictio domicilii proprii.

Peccatum Diaboli in animo ortum viresque nactum, § VI. VII. c mitata est *derelictio domicilii propri* in qua partem praeuaricationis dæ moniacae positam fuisse, Iudas docuit, v. 6. D *situ* huius domicilii variae exstitere opiniones con iecturaeque, quae vltra probabilitatis speciem, a que adeo ne huius quidem, euehi numquam pos sunt. Sunt, qui *systema* quoddam *planetarum*, sol

suo collustratum fuisse opinantur, his angelis domicilii concessum; quo sponte relicto, alio-, missa praecepti diuini reuerentia, occupa- tellurem nostram, et eius incolas inuasisse. entiam hanc Briani Tvrneri, Angli, ex-ndam propugnandamque in se suscepit I. H. nervs, Theologus Giessensis, V. S. V. in *ia salutis*, Part. I. c. III. §. 276. Schol. 2. p. 529. hoc domicilium in ipsa *terra* nostra reperisse visi sunt, qui Gen. I. non tam institutionem et mam mundi creationem describi, quam resti-ionem illius ex lapsu angelico existimarent. *My*-i in primis, quantum sibi hac hypothesi pla-ant, dici non potest, qui illam quouis modo or-re, et cum aliis veritatibus certo cognitis copu-re annisi sunt. Leibnitivs eandem, tamquam tem incredibilis illius *harmoniae naturae* et *gra-ae*, s. mundi materialis et pneumatici, alterius omine proposuit, Theod. §. 18. coll. §§ 244. 245. Alii rationes suas sic subducunt: Geneseos C. I. 1. aiunt, describi rerum vniuersitatis creationem, et quidem multo tempore ante factam, quam nostrae telluris, cuius delineationem, interposito ingenti hiatu, incipere v. 2. Multis annis ante habitatam fuisse, et facta ingenti rerum καταστροφῇ, in chaos, in illud תֹהוּ וָבֹהוּ mutatam; id chaos indigestamque molem sex dierum spatio nouis colonis, hominibus coaptatum, ipsisque conueniens domicilium concessum esse. Bvrnetvs, Whistonvs, Patrick, Angli, I. G. Krüger, *Geschichte der Erden in den ältesten Zeiten*, 1740. Auct. anonymus, *Essai sur cette question*, quand et comment l'Amerique a-t-elle été peuplée d'animaux T. I-V. ad hanc sententiam stabiliendam omnes ingenii vires contulere. Cum porro valde probabile sit, prioris systematis incolas malos fuisse ange-

ge-

gelos, -- hinc illae lacrymae, -- hinc in
Diaboli, Sap. II. 24. in protoplastos, in ipl
cum surrogatos exarsisse, propterea quod fer
posset, nouos hos colonos inhabitare terram
olim domicilio apto concessam, è ruinis no
uinae bonitatis et potentiae documentis resti
mirifice ornatam, et infinitis sapientiae
vestigiis nobilitatam, immo, addunt, int
ipsi visum esse, homines, luteum et ign
lud figmentum, ipsius locum in caelestibus
stita rite fidelitate, aliquando occupaturos
expleturos esse, atque ita summum in caelis N
iacturae ingentis ciuium partis, et decentiss
sapientissime resarciendae, prouidisse. Anti
haec hypothesis, etiam nostra aetate multis
mata; Saec. X. rex Angliae EDGAR legem
WALDI sua auctoritate muniit, in cuius in
seritur, loco angelorum lapsorum substitutos
Deum homines. STACKHOUSE *Betrachtung*
das apostolische Glaubensbekäntniß, et Cl. SEM
Versuch, die Versezung der begnadigten Men
die Stelle der gefallenen Engel, schriftmäßig zu
sen, eidem sententiae fauent. cf. S. V. D. ERN
N. Bibl. T. I. p. 457. T. IV. p. 45. T. VI. *p. 3*
Est omnino moderationis theologicae, his in r
ingenio hominum atque imaginationi *aliqui*
re, vt vnicuique sua constet vis iudicandi,
endique facultas et libertas, si iustis se *contine*
nibus, nec grauioribus exploratioribusque do
nis inde quid iniuriae periculique inferatur.
his aduentitiis rebus nec iusto tenaciorem e
nec aliis easdem tuentibus, infensiorem *seu*
remque par est. -- Telluris nostrae exsistentia
sex fere millenniis illis, quae ab descriptione
formationis terrae mosaica duci solent, antiqu
rem, vel internis argumentis et recentiorum

tionibus efficitur. Vniuersum *Silicum* genus
mque durities diuturnius spatium poscere vi-
ir, quam quidem telluris nostrae aetas, è
collecta, admittit, (*) et innocentem esse,
n vllam doctrinarum reuelatarum iniuriam
onem, de exsistentia systematis alicuius rerum
rum, ab infinito tempore perfectiones Dei
estantium, nec philosophia repugnat, nec
a. Si *rationem* audias, illustrandae gloriae
aptiorem esse seriem operum diuinorum,
ab

(*) *A. D. Bibl.* T. XXXI. *1 St. p. 94. Moses redet im Cap. seiner Bücher nicht von dem Entstehen des Weltalls, sondern nur von unserer Erde. Daß die Schöpfung des Vniuersi vor 6000 Iahren geschehen, wie gewöhnlich angenommen wird, hat richtige Gründe gegen sich. Aber auch blos der* ERDE *ein Alter von 6000 Iahren zugeben, welches noch gangbarer ist, ist mit mancherlei Schwierigkeiten verbunden. Von einer* Veränderung, *Erneurung, (oder wie man sie nennen will,) unsers Erdes redet Moses, und dieser mag eher ein solches Alter schrieben werden. Nahe bei einem Gewölbe, schre br Brydone, (in seiner Reise durch Sicilien und Malta, S. 123. f.) das nur 30 Fuß tief unter der Erde, und ublich ein Begräbnißplaz gewesen, ist ein Ziehbrun- wo verschiedene Lagen von* Lava *sind, und die Oläche einer ieden Lage ist mit zimmlicher diker Erde gen. Wann 2000 Iahre, u mehr darzu gehören, ur ein sehr dünnes, sparsames Erdreich auf der Oberfläche einer Lava anzulegen; so muß eine noch längere Zeit zwischen iedem Ausbruch, woraus diese Lager entstanden, verflossen seyn. Bei* Iaci *grub man durch 7 verschiedene auf einander liegende Streken von Lava, deren Oberfläche parallel lief, und davon die meisten mit einem diken Bette von guter, fruchtbarer Erde bedekt waren. Wann wir nach der Analogie schließen dörfen, so muß der Ausbruch, wovon die unterste Lava entstanden, wenigstens vor 14000 Iahr aus dem Berge Aetna geflossen seyn, u. s. w. Und dergleichen Data, die auf eine ältere, als 6000 iährige Existenz der Erde schließen machen, giebts mehr.*

ab infinito tempore exsistentium, quam bre-
rem illam sex, et quod forsitan excurret, mil-
niorum, pronunciare videtur, sin doctrinam
uelatam spectes, nec VAL. SMALCIVS, I
VOLCKELIVS, SCHLICHTINGIVS, nec vn
sa Socinianorum familia habent, quo hac hyp
si admodum laetentur. Vnigeniti enim Dei fi
πρωτοτόκυ πάσης κτίσεως, Col. I. 15. summ
uinitas illâ declaratur potius, quam exten
per quem, *λόγον*, in principio rerum omi
perantem, condita esse tam adspectabilia, q
inadspectabilia, et Iohannes et Paullus co
dunt, Ioh. I. 2-3. Col. I. 16. 17. haec gloriam
καταβολῆς κόσμυ ad filium pertinentem, illu
rem, haec argumentum diuinitatis Christi, ex
πάρξει ipsius ante iacta mundi fundamenta
probandum firmius reddunt: nec video, si
quam detrimenti ex hac hypothesi in vllam d
narum diuinitus reuelatarum partem redun
qui fieri potuisset, vt *patrum* plerique crea
angelorum, et lapsum ante omnes res adspe
et totum illud opificium, quod Gen. I. II. co
moratur, contigisse existimarent, v. c. ORI
NES, BASILIVS M. GREGORIVS NAZIA
NVS, CHRYSOSTOMVS, IOH. DAMASCEN
HIERONYMVS, qui in comment. in ep. ad
C. I. opp. T. IX. p. 190. "*Sex mille*, *inquit*,
dum nostri orbis implentur anni, *et quantas prius*
ternitates, *quanta tempora*, *quantas saeculorum*
gines fuisse arbitrandum est, *in quibus angeli*, *thro*
dominationes, *caeteraeque virtutes seruierint Deo*
absque temporum vicibus atque mensuris Deo iub
subsiterint;" HILARIVS, qui L. XII. de *Trini*
te, Opp. p. 274. *angelorum origo*, inquit, *ter*
creatione reperitur antiquior, AMBROSIVS, qui
hexaëmer. L. I. c. V. T. I. p. 7. ita: *angeli*, *domi*
tion

& potestates etsi aliquando coeperunt, erant tamen, quando hic mundus est factus. Quamuis essent, qui creationem, lapsum, confirmationem angelorum intra hexaëmeron concluderent, vide diss. I. Magn. D. Cottae: *historia do... de angelis*, p. 17. ss. Ex quo Lutherus ...iorem sententiam suam facere, & Sociniani ... abuti coepere, illam inter nos dominium ...isse constat. *Arminiani*, qui hoc loco inno...s, quam in caeteris, cum Socinianis faciunt, ...em sustinent. Simon Episcopius, in *in... theol.* L. IV. c. I. p. 346. principium, Gen. I. intelligit, vt creationem caeli ac terrae mul... tempore factam esse contendat, quam or... mundi dispositio propter hominem a Deo susceptа. Iam his præmissis admodum pro... esse arbitratur, Deum, cum caelum hoc ...disset, angelos etiam condidisse, vt non an...atim essent ministri, sed caeli istius incolae ...elici quasi sui ac contubernales. Ange...m istos non breui aut exiguo tempore ...domicilio fuisse, sed diu admodum in eo ..., tandem siue superbia, siue alia liberta... nimia, vt putabant, circumscriptione & ...ione adductos, magnam partem, veluti con...ione facta, a Deo defecisse. Nec admo... alienus videtur b. Weismannus, qui in ... theol. p. 372. *Communiter creditur*, inquit, *ho...es fuisse in locum lapsorum angelorum surrogatos, ...que caussa tantae inuidiae & odii solet repeti; quo ...posito iterum certum est, inuidiam erga primum ...inem, adhuc creandum, primum angelorum peccatum ...non potuisse.* „ Nec a veri similitudine abhor... eorum sententia, quae bonis angelis cum iis, ... mali nunc sunt, societatem olim communita...que fuisse statuit, quam, cum ex horum defe-

ctione ciuitas Dei detrimentum cepisset, e
tutione gentis humanae sapienter resarsen
gnissimum in caelis Numen.

§. IX.

Status Diaboli *post* lapsum.

Atque ita in regno Dei quam latissime patet, orta ante plane incognita, nemi nemini audita, noui quid & diti, --- *peccatum*, tristissima mo bono discessio, & alienae voluntatis, aduersae, constitutio, primus ab amore pe simo dissensus, & vinculi, omnes naturas gentes ad vnum idemque summum bonum tis amice consociantis, dissolutio, quae qua gicis rerum mutationibus foecunda fuerit non potest. Sic exstitit mentium creatarum quae vires benignissime concessas ad res, e tori et ciuitatis spirituum saluti aduersas, li tis abusu direxisset. Haec prima mali flam Si in aestimando bono maloque, ratio vtrius in vniuersum, ad ciuitatis Dei vel salutem v trimentum referri debet, eo grauius et per sius hoc peccatum adparebit, quo magis e colligatio omnium ad vnum eundemque finem bata conspicitur, et omnium malorum, mu et intelligentem, et non intelligentem premen origo inde duci debet. Consecuta est ciuitati rituum in duas partes sibi contrarias scissio uisio, status peccati in statum sanctitatis atq nocentiae congenitae successio, voluntatis sen recto tramite deflectentis plenior subinde c ptio, profundior deprauatio, et summa den vitiositas, donorum gratiae, quae amplissima nuit, (§ 3.) amissio, et donorum naturae,

exſiſtentiae radice exſtirpanda exui non po-
nt, ad prauos actus, ad nefaria quaeuis fa-
a inuerſio, veritatis abiuratio, et mendacii
et imaginationis luxuriantis et fortioris im-
liciti inuentio, ſumma denique omnium a-
e facultatum; è gyro rationis et ſuperiorum
m imperio deturbatarum, peruerſitas, et ad
Deo et legibus, quibus ciuitas Dei regi ſo-
contrarios adplicatio, et quae optimo maxi-
nditori ſuo debuiſſet, honoris et gloriae quo-
odo ſignificandae documentorum in ſe ſuam-
gloriam inducta et inuerſa detorſio. Quem-
dum, vt ſupra diximus, § 7. quiuis ſpiri-
ordines eo conſilio aduerſitati, ſtatuique pro-
nis expoſiti ſunt, vt et ſui explorandorum,
mque ſuarum cognoſcendarum fieret copia,
que vſu atque experientia confirmarentur, at-
adeo eos, qui in ſua erga Deum fide perſe-
ſſent, conſecuta ſunt et naturalia, virtutis pe-
qua, et arbitraria praemia, vlterior menſura
iae, et plenioris luminis diſpenſatio, diuinae
muneratíones, vt per fortes illos et generoſos
us fidei ad facilitatem bene agendi et ſummam
ritatem pergerent, et diuinitus adiuti gratiae
riaeque gradum conſcenderent eiusmodi, quo
grauiori lapſu nec peccatis infirmitatis labi
quam, ſtatusque ſui lauti, ſancti, beati iactu-
facere vllo modo poſſint; ita malos angelos,
mmunione Dei bonorumque ciuium abaliena-
adfectuum vehementiorum turbine abreptos,
i bene agendi et ſtudia ſua in honorem Dei
uertendi facultate infeliciſſime excidentes, con-
tae ſunt *poenae* et naturales, neceſſariae pec-
conſecutiones, et arbitrariae, pro menſura cul-
ab iudice iuſto ſanctoque immiſſae. Pecca-
enim pro ea, quae ipſi naturâ ineſt, vi peſti-

sera et mortali id effecit, vt spiritualibus
naturalia quidem dona retinerentur, sed c
ipsis connexus esset status vanitatis, mend
praetextuum, status *tenebrarum*, qui cogn
Dei viuae et salutaris defectu, et negligenti
uitate et caecitate constat, coniuncta cum i
diuini pungenti et excruciante conscientia,
ipsi adest, et grauios adhuc imminet locus
tus sub ira Dei, iustissime et vehementissime
descente. Quam misera, infelix et omnium
lorum foecundissima conditio sit, necesse e
illa et influxu, quo amor Dei in creaturas i
gentes, sui quasi generis, fertur, et quo finis
rum absoluitur, sublato, et in ipsius locum
tenebris et quibusuis vitiorum generibus
dentibus! Peccatum, graue inprimis et πε
τικὸν, sua natura et indole inquietat, vrit,
bat, miscet, ad actus subinde vitiosiores p
trahit, poenae commeritae praesensione te
et centro communi, quo studia mentium int
gentium exeant et continuo remeent, amisso
omnia vagatur, incertum, instabile, tumu
rium, ab vno extremo ad alterum pergens,
genium referens, modo elatum ad summa,
depressum ad ima, modo concitatius, mod
gidius languidiusque, vt harmonia virium
numque turbata, nil inconstantius, humilius
iectius, nil efflatius tumidiusque fingi possit
gitarique. Motus animi, perturbationes, d
sa studia, inter se contraria, in quascunque
misere trahunt, nil pacis, nil tranquillitatis
amoris diuini superesse sinunt, adeo, vt talis
per omnia misere exagitetur, numquam sa
nulla voluptate durabili et constanti pasta et
fusa. Quo acriores fuere et iucundiores
boni, quo purior atque innocentior voluptas

ntorumque bonorum copia redundans, eo a-
res sint dolores, eo acerbior aegritudo, ex
entis status miseria et infelicitate oriunda. Quid
r status praeteriti memoria, tot donorum gra-
nefario ausu decoctorum, recordatio, condi-
praesentis intuitio, et futurae horrenda exspe-
, veritatis reliquiarum, quas penitus eiura-
n potest, vis et summa potestas in Diabolo
endo excruciandoque valeant, verbis aut o-
e quis persequatur? Sistitur hoc modo Dia-
vere ἑαυτοντιμωρέμενος, internis castigatio-
, reprehensionibus, ignominiis acerbissime
s.

hre Milton: *verlohrnes Paradieß*:

-- -- Die verwirrten Gedanken
Werden von Grausen und Zweifel zerrissen, die in ihm die Hölle
In sich und rund um sich her; und durch die Veründrung des Ortes
... er der Hölle so wenig, als wie vor sich selber entfliehen,
Das Gewissen wekt iezt die Verzweiflung, die in ihm geschlummert,
Wekt in ihm die bittre Erinnrung des vorigen Zustands,
Was er war, was er ist, und was ihm noch schlimmers bevorsteht,
Denn auf schlimmere Thaten, erfolgen noch schlimmere Strafen.

ec minus recte b. Haller: *Gedichte* p. m. 174.

Die Wahrheit, deren Kraft der Welt Gewühl verhindert,

Findt nichts, daß ihr Gefühl in dieser W
mindert,
Ihr fressend Feu'r durchgräbt das Inn're
Natur,
Und sucht im tiefsten Mark des U
mind'ste Spur:
Das Gute, das versäumt, das Böse, so
gangen,
Die Mittel, die verscherzt, sind eitel Fo
Zangen,
Von stäter Nachreu heiß. Er leidet
Frist,
Weil er gepeiniget, und auch der He
ist.

His quoque consentanea sunt, quae b. You *Nachtged.* IV. p m. 337. mira ingenii foecundita vt solet, cecinit: *Schwarze Plagegeistern und chende Hydern sollen ihres Amts entlassen seyn; durchdringende Blize der hellen Wahrheit --- sind d Hölle; eine vollkommen richtige Beschreibung, wen sie gleich von keinen Schulen gelehret wird: wiede um: Sage mir, mein kleiner Philosoph! was ist Hölle? Sie ist nichts anders, als die völlige Erkent niß der Wahrheit, wenn die lange bestrittene Wa heit sich für unsern Feind erklärt, und die Ewigk um Rache anfleht.* --- Internam hoc modo Nem sin, qua quoduis peccatum suos patitur manes sentit Diabolus, et conscientia teste simul et iud ce, pro ratione sui sceleris poenas luit *αὐτοκατ κριτος.* (*)

§. I

(*) Si parua licet componere magnis: faciem hui mendaciorum patris et animum videamus licet illis prolibus, quae in terris versantur, et patr su

§. X.

ec vero nos ii sumus, qui miseriam caco-
num, libertatis abusu et propria culpa con-
M 4 tra-

ui imaginem exacte referunt, in hominibus, gradum altiorem in malitia, odio veritatis, illiusque professorum, mendaciis, πανȣργίαις, hypocrisi consecutis, qui γεννήματα ἐχιδνῶν audiunt, Matth. III. 7. XXIII. 33. Luc. III. 7. quae quidem adpellatio peruersitatem, a malis maioribus cum augmento in ipsos deriuatam, progeniem auis vitiosiorem, significat, nec tamen diabolicam quandam generationem excludi debere, ex Ioh. VIII. 44. Matth. XXIII. 15. patet. Quis in *Caino*, 1 Ioh. III. 12. *Saulo*, 1 Sam. XVI. 14. ss. XVIII. 10. XIX. 9. *Iuda* proditore, Ioh. XIII. 2. Luc. XXII. 3. Matth. XXVI. 14. peccati illiusque principis auctoris horrendam imaginem et funestissima consectaria non agnoscat? In aliis quoque hominibus, Apostatis, malitiosis omnium generum et graduum, idem genus tormentorum videre saepius iam contigit, adeo, vt suppliciorum horrore et metu concussi, ad praesignificationem conscientiae et praesensionem poenae aeternae toti contremiscerent. Tale est FRANC. SPIERAE triste exemplum, de quo SLEIDANVS L. XXI. p. m. 629. "*Eum post publicam veritatis euangelicae abnegationem, omnem consolationem, tamquam ad se non pertinentem, respuisse et dixisse, sese, quod agnitam veritatem abiurasset, metu periculi, destinatum esse cruciatibus aeternis, atque illos iam animo sese persentiscere atque videre, neque Deum amare posse, verum horribiliter odisse.*" B. BENGELIVS in Gnom. ad Act. XXVI. 11. de eodem ita: *si* FRANC. SPIERA, *cui vis allata, tam grauiter luit, quid tandem iis fiet, qui vim afferunt, nec cum Saulo resipiscunt.* Vel gentilium conscientiam haec peccati vis mortalis ferire putanda est: *Cic.* Fin. I. 16. "*quod si qui satis sibi contra hominum conscientiam septi esse et muniti viden*

tractam, solis naturalibus conscientiae poenis cumscribamus, quin aliis maioribus malis iusto iudice sanctissime illatis, auctam esse exis mus. In his certe, si in vlla alia natura i gente, vsu venit, vt Deus peccata peccatis ret, quamuis me hac locutione, inconcinna dem et durum quid et aequiuoci alente, lib contineam, non nisi ea mente admittenda, pios confessores in *Form. Concord.* p. m. 73 (ed. Walch.) eandem admisisse constat. (*) uia enim sunt, et quae solicitius expendar dignissima, quae de poenis angelorum agun crarum litterarum testimonia. Capite II. alt ep. Petri ψευδοδιδάσκαλοι delineantur, eccl mox infestaturi, eo quidem consilio, ne fidel recta via, quam ingressi essent, horum pe exemplo ablati, deflectant, sed seuero iudi quod eos maneret, deterriti saniorem mentem duant, et alienis periculis et damnis cauti sapi Hi ipsi vero falsi magistri perspicuis notis ita stinguuntur, vt eorum internoscendorum fac tas facilis esset et parata: fore nimirum, vt bertatem euangelii, caro pretio emtam, in li tiam carnis libidinosae conuertant, v. 19. erro castitati atque innocentiae doctrinae christia perniciosos, introducant, Seruatorem suum vi cem et herum abnegent, v. 1. fore, vt praua

dentur, Deorum tamen horrent, easque ipsas solici nes, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntu Diis immortalibus supplicii caussa importari putant.

(*) Quid de hac locutione sentiendum sit, et quo su illa admitti possit, vid. in C. M. Pfaffii *Num Deus peccata peccatis puniat?* 1748. et Ill. C D. Cottae *Not. ad Gerh. LL. Theol.* T. V. L. c. XIII. b. D. Fabri *Einl.* T. II. p. 408. (n.

doctrina, cum scelestissima vita coniuncta, ad
es serpat, eosque in societatem perniciei tra-
, adeo vt religioni christianae labes inde et
ma infamia inuratur, v. 2. fore, vt simulata
euolentia, et verbis fucatis, nil nisi amorem,
ia et officia spirantibus, christianos homines
auaritiam nundinentur, bonis suis emungant
ue exedant, v. 3. eademque in materiam per-
ssimae vitae, et omnium generum libidinum ef-
natarum cumulum conuertant, v. 13. vt mori-
impudentissimis tumida verba, et singularis sa-
ntiae arcana prae se ferentia, ad amoliendam
um infamiam et turpitudinem, et excusanda
scelera praetendant, atque ita alios, minus
ne munitos, libidinosi corporis cupiditatibus in-
cent, v. 18. fore, vt propterea magistratuum iu-
um detrectent, iussa contemnant, ἀδεσπότυ vi-
ae sibi parandae rationem ineant, v. 10. horum
oena atque interitus, tantum abesse, vt dormi-
et, vt potius supplicium eorum grauissimum,
plena pernicies, proxime instet, v. 3. (*) id quod
eo certius futurum esse, quo grauius in pecca-
tores eiusmodi nullo non tempore animaduersum
sit. Recogitent varia diuinae vindictae exempla,
in his maxime illud, quod quondam in angelos
apostatas editum sit: his, quamuis nobilissimis

 natu-

(*) Mirum est, fuisse interpretes, qui hanc descriptionem ad Gnosticos adplicarent, v. c. Ill. MICHAËLIS *Einleitung in die göttliche Schriften N. B.* p. 1675 ss. ed. II. et in *Synt. Comment.* P. II. *Gött.* 1767. p. 227 - 293. in quos, vt austerae alicuius virtutis et seuerae disciplinae praeceptores et commendatores plane non conuenit. cf. Ven. D. TITTMANNI Tr. *de vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quaesitis*, Lips. 1773. p. 187 - 198. S. V. D. ERNESTI *Nste Bibl.* T. III. p. 129 - 144.

naturis, non pepercisse Deum, ἀλλὰ -- τηρε-
νȣς. v. 4. hanc ipsam poenam Iudas, v. 6. eode
consilio, cum de iisdem hominibus egisset, simili
enunciat, ἀγγέλȣς -- τετήρηκεν. (*) Impediti h
ius loci, in quo genus dicendi sublimius quo
dam et magnificentius, quale prophetarum e
regnare videtur, phrases quaedam et verba di
cidanda sunt. Angelos praeuaricatores tradidi
dicitur Deus, παρέδωκεν. Intelligitur hac voce
diuinae vindictae pars, qua mentes, ἴδια qua
rentes, suaue et salutare imperium sui Conditor
spernentes, sui quasi iuris, suae ditionis esse
uit, a sua communione exclusos propriae phanta
siae reliquit, peccati dominio permisit, deserto
res deseruit, facere eos siuit, quae luberent, i
quod nulli diuinarum virtutum, nec sanctitati nec
boni-

(*) His locis, arce quadam caussae nostrae, paucis se expediuit Anonymus: *Versuch einer bibl. Daemonologie* p. 163. ss. III., 2 Petr. II. 4. misso, de altero, Iud. v. 6. more suo commentatur; *Im Briefe Iuda sind Erzälungen aus iüdischen Schriften, die durchgängig bekannt waren, und im Ansehen stunden; aber keine göttliche Offenb. enthielten, ob sie gleich fälschlich für prophetische Schriften ausgegeben worden. Daher kann das, was aus dergl. unterschobenen und erdichteten Schriften, von den Engeln angeführet wird, kein eigentlicher und positiver Unterricht von den Engeln für alle Menschen seyn.* Cum haec omnia auctoritatem apostolicam proculcent, fidem sanctorum hominum deprimant, traditionis etiam purae reliquias, quarum distinguendarum apostolis certe vis erat et potestas, et praeconcepta opinio reuelationis iudex, (at quam corruptus ille et cupidus!) constituatur, et ecclesiae israëliticae, etiam antiquioris, multa oretenus per prophetas edoctae, conditio, cum vltimis suis temporibus, quibus omnia fingendi audendique aequa potestas esset, confundatur, vix digna sunt, quae recenseantur, aut pluribus diiudicentur.

itati repugnat, Rom. I, 24. 28. Act. XIV. 31.
I. 30. Ps. LXXXI. 13 Alia praeterea accessere
tiae vindicatiuae documenta: ἀγγέλυς - σει-
ζόφυ ταρταρώσας παρέδωκεν, aut quae Iud. v.
erba sunt, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν.
ος, hebr. ערפל חשך צלמות denotat tenebras,
ue spissiores et crassiores, quales in carceri-
, sole et luce priuatis, esse solent. Translata
ad mentes intelligentes significat conditionem
modi, quae coniuncta sit cum abalienatione
i a Deo, tamquam purissima et clarissima lu-
1 Ioh. I. 5. iisque malis omnibus, quae ean-
n continuo excipere solent, libertatis, quae in
nis, immo optimis rebus, maxime exercetur,
issione, et ad male agendum, ad prauiora sub-
de molimina quasi venditione et necessitate, con-
ua illa peccati, insita sua vi et ἐνεργείᾳ πλάνης,
a suis tamquam mancipiis vtitur, ad grauiora
elera incitatione, qua districtae mentes non pos-
nt non, quemadmodum ipsorum coryphaeus,
eccare ab initio, 1 Ioh. III. 8. cumulatiore indi-
es reatu, et ad peccandum inducere, numquam
feriari, numquam satiari. Quemadmodum *tene-
rae*, si vsum vocis scripturarium spectes, statum
nimi inordinatum, animi vires turbatas, e sub-
rdinatione deiectas, veritatis salutaris, quae
amquam diuina lux in mente radiat, et ignoran-
iam, saepe voluntariam, et abnegationem, et
eruertendae illius studium, ad omnia vel atrocis-
imorum vitiorum genera proiectum animi statum
lenotant, ita voci ζόφος eadem notio conditionis
prauae et miserae subiicienda est. (*) Huic con-
ditioni

(*) Omnium fere linguarum communis est Metapho-
ra, qua *tenebris* conditionem miseram, perturba-
tam,

ditioni mentis tenebricosae tribuuntur σειραὶ,
ἄλυσις, (quemadmodum Sap. XVII. 17. de C
meriis tenebris Aegypti dicitur, μιᾷ γὰρ ἁλ
σκότους πάντες ἐδέθησαν,) ex simili metaphora
terpretandae. Similitudine ab iis, qui vt Cic
quit, *aeternis tenebris vinculisque damnati sunt*,
Schlange wird als eine Verführerin zur Sün und als die Veranlassung des Falles der er Menschen vorgestellet. Moses meldet gar ni ob die Schlange der Teufel selbst, oder das W zeug eines bösen Geistes gewesen sei. --- p. *Der Fall der ersten Menschen ist völlig begreif und die Erzälung desselben bleibt für alle M schen sehr lehrreich, sie stimmet mit allen U ständen genau zusammen, die Wahrheit der schichte wird nicht verdächtig, alle Worte M können leichter und eigentlicher verstanden wer wenn man annimmt, daß die Worte, die Schlange von Mose in den Mund gelegt werd keine wirkliche eigentliche Worte der Schlange ren, sondern nur Vorstellungen der Eva, die Schlange durch ihre Gestalt, Gegenwart, S lung und Bewegung veranlassete. Freilich f alsdann der Teufel weg, der hat auch bei de Sündenfalle der Menschen wirklich nichts zu thu gehabt. Es ist blosses Vorurtheil, daß der Sün denfall ohne Teufel, nicht möglich und begreifli sei.* --- Eadem chorda oberrant Biblia Wer heimensia ad h. l. nec ab hac expositione ali nus est b. VOGELIVS in iis dilucidationibu quas GROTII annott. in V. T. adspersit, *qu serioribus*, inquit ad v. 15. *temporibus serp de Diabolo sit explicatus, id nos quidem non git, eum hic vere agnoscere, et huic loco quasi ferre.* Diaboli vero praesentiam, ministeriun artes in hoc grauissimo negotio, quo de sal te aut pernicie humani generis agebatur, n excludi posse, non probamus ex continua tr ditione, sed ex ipso vniuersae Scripturae co sensu, ex oratione Christi, δογματικῶς, n οἰκονομικῶς dicta. Vnde, quaeso, Satanas e ipsa mente Christi, planis et perspicuis ve

bi

bis locuti, nomen *homicidae*, eiusdemque ab initio, Ioh. VIII. 44. traxit, quanam in re mendacem, immo mendacii patrem ſe praeſtitit, ſi ab hac tragica hiſtoria diſceſſeris? Euidenter ſatis ad hoc artium diabolicarum et ſtratagematum primum ſpecimen reſpexit Chriſtus. Et qualis fuerit ſerpens, Iohannes Apoſtolus aperte declarauit, Apoc. XII. 9. XX. 2. nec Paullus alienus eſt, 2 Cor. XI. 3. qui, quae ſerpens in paradiſo perpetrauiſſet, vt Eua illius aſtutia deciperetur, eadem a falſis Apoſtolis, Satanae miniſtris, v. 15. ne Corinthii paterentur, timuit et prouidit, ne ipſorum mentes ab ingenua illa ſimplicitate, qua in Chriſtum Dominum et Soſpitatorem toti ferrentur, corruptae deflecterent, illorumque animi, horum lenociniis vitiati, noxam labemque contraherent. Quis aequo animo oracula eiusmodi ad ludentis ingenii arbitrium torqueri, et fingi a vero ſenſu longe abhorrentia ferat? Quis ſtudium ὑποθέσεως non in omnibus his interpretationibus manibus quaſi palpet? Si omnia recte conſideraueris, omnis fictio poëtica, qualem h. l. ſtatuunt, exulabit, nec facile Euae, ſoli, ſine externo duce et face, ſine ſublimiori ſpiritu, in ſua natiua ſimplicitate et integritate naturae, talia in mentem veniſſent, quae diffidentiam, auerſionem a Deo, cupiditatem, ſuperbiam, adpetitionem bonorum extra ordinem capiendorum, ſtudium ſubtrahendi ſe imperio diuino, amorem ſui inordinatum arguerent. Adde, ſi ſerpens ſolo adſpectu eſuque arboris vetitae, figura et hilari quadam forma, quam prae ſe ferebat, Euam illexit, illiusque cupiditatem incendit, nil tale meditans

 animal,

animal, ratione haud praeditum, cur i
astutiae tam clara sit mentio? Gen. II
2 Cor. XI. 3. qui innocens animal illi n
dictioni, quae a Deo ipsi annunciatur v.
iuste et legitime subiici poterat? Haec n
existimabit, nisi qui Mosen in breui et
cisa dictione, inter summi ponderis mom
et narrationem, rem omnium leuissim
v. c. serpentum incessus super ventrem o
nem, naturalem hominum, quo erga ser
tes feruntur, horrorem et odium expo
putauerit: quid, quaeso in mulierem, v
illiusque posteros inde redundaturum fu
vtilitatis aut damni, si serpentis naturalis
put contritum, et hic vel ille morsu in
a serpente laesus esset? Haec certe nemin
mentem veniant, nisi qui Mosen Aesopic
quandam fabulam scripsisse, et narrationi
rebus summi momenti, ortum mundi, in
tia humani generis, vniuersae illius labis
sub qua per omnem vitam ingemiscimus
cernentibus, frigidum et ineptum, nec v
modo commodum, et ceteris doctrinis re
latis consentaneum sensum relinqui existi
uerit. Adeo nihil est tam stultum atque
lienum, quod non dicere audeant homine
quibus fixum est, defendere suam opinion
tam gratam tam iucundam, in his saepissi
fit, vt vmbram pro Iunone amplexentur,
sapidissimis cibis palato corrupto nauseae
ctis, vescantur paleis. -- Auctoritatem ha
leuem conciliat communi sententiae, qua p
cati malorumque, inde in genus humanu
profectorum, originem, si Mosen et conse
sum tabularum sacrarum audias, vix co
mode explicari posse statuimus, ni natu
quaedam

quaedam sublimior tragicae rei frigidam suffudisse existimetur, ex eo, quod nec ii ipsi, qui ceteroquin vim potestatemque hostis admodum restringunt, ministerium Cacodaemonis, in hoc primo suo tirocinio agnoscendum, repudient. Sic BALTH. BEKKERVS, Adaemonistarum patriarcha, *gewiß*, inquit, *ist der Fall vom Teufel*, *aber ungewiß*, *wie der Teufel ihn zuwegengebracht. Bezaub. W. §. XXVII.* Vel si figuris, hieroglyphicis symbolis et emblematibus inuolutam narrationem Mosis de rerum principiis, de corruptelis vitiorum, in genus humanum ductis, intelligas, ad formam id pertinet et speciem, nequaquam ad veritatem rei ipsius, qua subfuisse scenae illi tragicae perniciosam aliquam mentem superiorem statuitur.

3) Quæstio valde impedita, de *serpente seductore*, vniuersae narrationi Mosaicae insignem lucem adfundit, quare eandem praetermitti in historia Diaboli, nefas esset. Dictio Mosis, Cap. III. symbolica est et figurata, nec mere propria, qualem mixturam admittit stilus historicus. Inter hanc et illam medium tenuere beati. Absit igitur a nobis *Philonis*, Iudaei, *ἀλληγορίας* sectandi studium, qui in L. *περὶ κοσμοποιΐας*, (f. 36. Francof. 1691.) *ὄφιν εἶναι ἡδονῆς σύμβολον* dixit, non ea quidem audacia intumescens, vt relationem Mosis referret ad *πλάσματα μύθου*, *οἷς τὸ ποιητικὸν καὶ σοφιστικὸν χαίρει γένος*, sed potius ad *δείγματα τύπων*, *ἐπ' ἀλληγορίαν καλοῦντων*, *κατὰ τὰς δι' ὑπονοιῶν ἀποδόσεις*. Eandem viam ingressi sunt quoque alii, vt MIDDLETONVS, *par Adam*, inquit, il faut enten-

dre la raison ou l'esprit de l'Homme; *Eve*, la Chair ou les sens, et par le ser la concupiscence ou le plaisir. cf. Bibl. T. I. P. II. Act. III. nec refragatur *A.* T. VIII. P. II. p. 112. -- Absit Co GRIPPAE et HADR. BEVERLANDI landi, I. V. D. temeritas et spurcities. *phitarum*, haereticorum Saec. II. ca qui serpentem seductorem maioris aesti quam Christum, immo ipsum Christu pentem adpellasse perhibentur, propterea omnis scientiae auctor hominibus exstitiss insaniae prolapsi, vt serpentem naturalem, spelunca, siue in capsula nutritum colerent diebus sacerdotum incantationibus euo altari imponerent, maioris sanctitatis ciis conciliandae caussa. (*) Nec ni

(*) Incredibilem hanc *Ophitarum* stultitiam THEODORETVS, L. I. c. XIV. T LIANVS L. de *praescriptionibus haere* PHILASTRIVS Haer. I. AVGVSTINVS XVII. ORIGENES L. VI. VII. adu. sum. EPIPHANIVS haer. XXXVII. qu ἔχουσι φύσει ὄφιν, τρέφοντες ἐν κίστῃ τινί πρὸς τὴν ὥραν τῶν αὐτῶν μυστηρίων τοῦ λεοῦ προσφέροντες καὶ στιβάζοντες ἐπὶ τρα ζης ἄρτους προσκαλοῦνται τὸν ὄφιν. -- ο νον κλῶσι τοὺς ἄρτους, ἐν οἷς ὁ αὐτὸς εἰλήθη, ἀλλ' ἐπιδιδόασι τοῖς λαμβάνουσ καὶ ἕκαστος ἀσπάζεται τὸν ὄφιν ἐκ στόματ ἤτοι γοητείᾳ τινὶ ἐπαυθέντος τοῦ ὄφεως εἰς μερότητα, ἢ ἐξ ἑτέρας ἐνεργείας διαβόλου π ἀπάτην τούτων ὑποκοριζομένου τοῦ ζ προσκυνοῦσι δὲ τὸν τοιοῦτον κ. τ. Ex his hausit sua GODOF. ARNOLD K. K. Hist. T. I. L. II. C. IV. § 13. p. m. 68. (Schafh.)

mus illa quorundam coniectura, qua ſerpentes, ante illam vindictam et poenam v. 14. ſingularibus quibusdam virtutibus, gradu quodam intelligentiae et rationis praediti, finguntur, adeo vt ſermone, affectibus, homini, quam ceteris brutis, viciniores eſſent, et pedibus erecti incederent. Nec CAIETANI, aut BALTH. BEKKERI ſententia ſatis praeſidii habet in contexto, quae Diabolum ſerpentem per metaphoram dici, ob lubricitatem, fallendi artes, calliditatem, quemadmodum Chriſtum ob patientiam agnum, ob fortitudinem Leonem, ſtatuit. Nec BOCHARTI opinio ſatis munita videtur, quae ſerpentem, ſicut Bileami aſinum, non ſua ipſius virtute, ſed aliena Cacodaemonis ad loquendum idoneum factum eſſe affirmat, quae quidem ſententia proxime ad communem accedit eorum, qui Satanam et ſerpentem coniungunt, et hunc ἐνεργούμενον, obſeſſum, inhabitatum dicunt; quae ipſa vero explicatio ingentibus difficultatibus premitur, partim a natura ſerpentum ducendis, qui, vt ARISTOTELES de part. anim L. II. c. XVII. confirmat, ζῶα ſunt ἄχρηστα πρὸς τὴν τῆς φωνῆς ἐργασίαν, ad ſermonis, articulatim pronunciandi, formationem inepta, nec ab vlla finita vi immutanda, partim a defectu vel vnius exempli obſeſſionis eiusmodi, in ſacris libris narratae, partim ab abſentia illius tantae aſtutiae, qua omnibus ceteris animantibus praeſtitiſſet. Nec enim comparatione cum aliis animantibus hanc ſententiam adiuuari putem: quot, quaeſo, comparationes rerum et perſonarum, non eiusdem generis, occurrunt in ſacris, Luc. XVIII. 14. Col. I. 15.

2 Sam. XIV. 17. 20. XXIV. 18. nec
v. 14. ad ſerpentem naturalem pertinet,
brutum, idemque culpae expers, a
iudicium vocari, eique ſententiam p
gari abſonum ſit, nec ſerpentes pul
lingere viſi ſint. (*) Nil itaque ſanae
que interpretationis reſtat, quam miſ
pentis naturalis idea, ad ſolum Diabol
mnem hanc tragoediam deuolui. Hic
primas partes ſuſtinet, et quidem form
dam ſerpentina, aut *ſeraphica* potius, e
indutus. Sub hac primis parentibus v
me impoſuit, huic calliditatis mentio,
in hoc triſti negotio verſatus eſt, et tan
tiocinandi facultas competit, quam in
ris animantibus, ſerpentibus quoque,
γοις et ἀφώνοις, fruſtra quaeſiueris, hui
rat percipere, loqui, iudicare, *ratioci*
excipere, opponere, decipere, ver*bum*
peruertere, malitioſe occidere, tanta v
tie aciem inſtruere, ad hunc poena, v.
15. vt videbimus Cap. III. pertinet ex
Praeſto vero ſunt quoque argumenta,
ad probandam ſententiam noſtram, q
illa fulciri munirique poſſit. Coniuncta
vocabula נחש et שׂרף planum fit ex Num.
6. quo in loco הַנְּחָשִׁים הַשְּׂרָפִים comme
rantur, a Deo, in peruicaciam Iſraëlita
animaduertente, immiſſi. Ies. XIV. 29. מְעוֹפֵף
occurrit, quem Ill. Michaëlis vertit:
die Vögel fangender Ceraſte, *O. und E.*
T. I. p. 50. (n. 1.) LXX. ὄφεις πετ

(*) Varias has ſententias pluribus recenſet et
dicat I. R. Rusius in comment. *de ſerpente*
ctore, non naturali, ſed ſolo Diabolo, ad Gen. III.
Ienae 1728.

νοι. (*) Nec ab excellentiſſimis naturis, Deo quaſi proximis, alienam eſſe formam quandam et ſpeciem, ab animantium ſimilitudine ductam, ζῶα illa demonſtrant, quibus thronus Dei cinctus dicitur, Apoc. IV. 6-8. Ez. I. 10. coll. Ies. VI. 3. Hanc perſonam ſibi ſumſit Satanas, μετασχηματιζόμενος εἰς ἄγγελον φωτός, 2 Cor. XI. 14. qua ipſa μεταμορφώσει incaute ab Eua, alias forte angelorum lucis conſuetudine vſa, admiſſus omnem diabolicarum artium vim et vafritiem in eam effudit. Si enim vlla, certe hac occaſione haec transformatio locum habuit, qua ſanctam innocentiam et ſimplicitatem Euae fefellit. Inſignem haec ſententia commendationem habet ex eo, quod plurimas difficultates, illa recte ſtabilita, euaneſcere videas. Comparatio cum ceteris animantibus, calliditatis mentis, v. 1. poenae et intentatae maledictionis conuenientia, v. 14. ſeminis ſer-

(*) De his ſerpentum nominibus et generibus, שָׂרָף Num. XXI. 6. שְׁפִיפֹן Gen. XLIX. 17. שָׂרָף מְעוֹפֵף Ies. XIV. 29. Haemorrhoo, Ceraſte vel Baſiliſco, aut Regulo pluribus agit Ill. MICHAËLIS: *Fragen an die Arab. Geſellſch. Nr.* LXII. p. 172 - 180. coll. *Anmerk. zur. D. U. d. A. T.* ad Num. XXI. 6. p. 42. ad Gen. XLIX. 17. p. 201. ſ. Effigiem Ceraſtae in: philoſophical Transactions A. 1766. ab IOH. ELLIS propoſitam lectoribus ſuis dedit Vir ſummus ad Num. XXI. 6. Interea שָׂרָף מְעוֹפֵף dici videtur, non quod auceps ſit, aut alis inſtructus, qualem ignorant itineraria fide digna, ſed miro ſaltu ab vna arbore ad alteram tranſiliat, eique ſe adglutinet. cf. Cel. NIEBVHR *Beſchr. Arab.* p. 177.

ſerpentini ratio, v. 15. ſenſus narrationi
ſaicae, quae rem retulit, prout adparu
ſymbolice tantum, ſed proprie, illa e
adiuuatur, nec coniecturis illis atque
litionibus, tamquam ſupplementis, opu
quibus dictionem breuem et conciſam
complere et ornare adgreſſi ſunt multi.
pitis III. verſui 1. hic mihi ſubeſſe videtu
ſus: in ceteris animantibus, primoru
minum obtutui et vſui oblatis, eminu
pens quidam eximii ordinis, ſingularis
ſtantiae, admirabilis pulcritudinis, ſer
quadam ſpecie et forma commendabilis
in הַנָּחָשׁ articulum notari velim,) qui
mnibus ſuis geſtibus et actionibus ſubli
quid ſpirare et ſignificare videbatur, ad
in quaſcunque partes vertit, hominum
ſuetudinem et familiaritatem affectans,
rumque amorem et beneuolentiam ſibi co
lians, in id vnice intentus, vt hominum o
los, mentem, attentionem in ſe conuerte
manifeſta prae ceteris animantibus et in
gentiae et venuſtatis ſpecie inſignis, qui
eo loquendi facultate, cum ceteris anim
bus deeſſet, in innocentem, nec mali quid
mentem, animum Euae callide ſe inſinuaba
Intelligitur hoc modo, cur ſerpenti huic
tum dederit et conceſſerit Eua, cur Sata
non quidem ab inſtrumento, quod rariſſ
fit, ſed ab forma et ſpecie externa ſplen
diore, et ſimilitudinem quandam cum S
phim prae ſe ferente, denominetur ſerpe
cur omnibus adſpectabilibus rebus et ani
tis callidior, verſutior, artificioſior dicat
Similia his tradidit Collier, *Einl. zum ri*
tigen Verſtande der H. Schr. Roſtok 1763.

46. *Vermuthlich war die Schlange, deren Ge-alt der Teufel annahm, eine Art fliegender Schlan-n, die im Morgenlande, und sonderlich in A-bien angetroffen werden, und die in der Luft urig aussehen, und daher den Seraphim ähnlich aren, wodurch denn die Eva desto leichter be-ogen werden konnte, weil sie dieselben für ei-en Engel von der Begleitung GOttes hielt, als erselbe ihr und Adam erschienen. Und weil ihr achher der Fluch angekündigt wurde*, auf dem Bauche wirst du gehen, *so wird damit ange-zeigt, daß sie nachher die vorige Art der Bewe-gung nicht behalten.* (*)

Cum serpens Euam astutia sua deceperit, 2 Cor. XI. 3. operae pretium est, ad τέχνας adtendere, quibus in funesto hoc consilio v-sus est. Hoc ipso magisterio, et ϛροφῶν prin-cipe documento, mentem, consilia, mali-tiam, versutiam tam euidenter declarauit, vt vniuersae Euae posteritati quid ab eo ex-spectari posset, luculenter pateret. Specio-sam illam formam Seraphicam, quam emen-titus erat, transfigurationem in angelum lu-cis, qua hominibus suspicienda, amica et quasi familiari vaferrime vtebatur, vidimus. Adgreditur Euam, quam ὡς ἀσθενέϛερον σκεύ-ος,

(*) Non certamus auctoritatibus, quibus ὑποθέσεων in medium allatarum nulla caret. Nobis suffra-gantur H. WITSIVS *Oecon. foed.* L. IV. c. I. § 3. GVSSETIVS, SEB. SCHMID, D. MAIVS in *Oecon. Temp. V. T.* c. 4. I. WINCKLERVS in celebri illa Orat. sacr. contra BEKKERVM habita, 1694. RV-SIVS l. c. III. Canc. D. COTTA in nott. ad *Gerhar-di LL. theol.* T. IV. p. 295. s. b. D. FABER *Einl.* p. 586. ss.

ος, 1 Pet. III. 7. cognita quadam natu
subilitate, mobilitate, sensuum tene
et hinc naturali quadam ingenii mulieb
constantia, facilius a mente, ratione,
quio ergá praeceptum Dei dimoueri
argute satis auguratus est. 1 Tim. II.
recte ominamur, v. 1. non tam ser
tionis initium, quam progressus desc
אַף כִּי אָמַר — הַגִּ׳ן Enimuero, quid est,
τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεός), -- Nimirum cu
falsa ad circumueniendum non videre
donea, curiose et problematice in leger
inquisiuit, et addubitatione sua fidem fir
certam, stabilem loco mouere satagit.
terdictum illud tamquam rem leuissimam
ctat, per cuniculos quasi et captiose ill
mente euellere, dubiamque de vero eius
reddere allaborat, ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θ
κεία τῶν ἀγγέλων Col. II. 18. affectatae
ignorationis et modestiae velum, docilitat
quandam obtendit, aequitatem legis soll
tat, diffidentiam quandam erga optimum C
torem, illiusque beneuolam erga protopl
voluntatem, insusurrat, et cum ἁμαρτία
μὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, Rom. VI
decipere soleat, secundum tritum illud

Nitimur in vetitum semper, cupim
negata,

naturalem hanc curiositatemciere, et
foecundam peccatorum scaturiginem a
re omni opera studioque annititur.
paruis initiis, in se innocentibus
hac subdola interrogatione, Eua cr
Satanae inuoluta fuisse videtur, nam se
in colloquium admissus, propositum stud
persequitur. Respondit quidem animose E

t verbo Dei innixa, fide quadam heroica, nfallibili ſcuto et propugnaculo, haec βέλη ȣ πονηρȣ πεπυρωμένα excepit. v. 2. 3. Sed um in hac ipſa reſponſione aliquid eſſet, menio mortis intentatae, cuius ſolo metu, non ltiori quodam religionis et pietatis in Deum inculo, deterreri Euam ab fructu arboris inrdictae vidiſſet Satanas, iam animoſior fatus ſe ψεύςην & πατέρα τȣ ψεύδȣς, Ioh. VIII. 44. falſorumque prophetarum coryphaeum et patriarcham facit, comminationi diuiae directe contradicit, לא מות תְּמֻתוּן v. 4. 5. nuidiae Deum inſimulat, quod interdixerit pſis arbore tam amoena, tam vtili, et ad augendam ſuam cognitionem neceſſaria; abutitur ipſa arboris adpellatione, tamquam apta quadam occaſione, maioris luminis et cognitionis, confeſtim, praeter ambages, adipiſcendae: falſa de Deo perſuadet, falſa promittit; pingit Deum tamquam durum et maioris ipſorum perfectionis inuidum Dominum, interdicentem eſu arboris, tam multiplici bonorum copia affluentis: meliora docere ſe ſimulat, ſuperiorem ſe ſapientia fingit, Deum mendaciſſimus ſpiritus in mendacii ſuſpicionem adducit, eumque, qui ipſe amor eſt, ἀνθρωποκτόνος, odii et inimicitiae poſtulat, tamquam futurae protoplaſtorum excellentiae et praeſtantiae aduerſantem; ſuam naturam Deo, Deique naturam virtutesque ſibi ſumit et inſolentiſſime arrogat: ex eſu arboris vetitae reduntatura bona multa et illuſtria promittit, maioris cum ipſo ſummo Numine, aut certe ſuperioribus naturis, (אֱלֹהִים) conformitatis ſpe allicit, inſitam quandam natura-

turaliter gloriae cupiditatem excitat, [illegible]
ris sapientiae ampliorisque cognitionis [illegible]
perientia duce oriundae, exspectation[illegible]
ponit, immo forsitan suo etiam exemp[illegible]
nocuum arboris fructum vsumque [illegible]
illius singularem praestantiam, amoen[illegible]
commoda, oratione extollit, vt ver[illegible]
Domini incuriosa et negligens ipso vs[illegible]
periundorum eius fructuum desiderio i[illegible]
deretur, conditionis suae perficiendae, [illegible]
tatis amplificandae, cognitionis arcan[illegible]
naturae, consiliorumque Domini continu[illegible]
uehendae, vana spe & inani illecta. H[illegible]
infausti illi paralogismi, quibus Eua *in*[illegible]
uersum acta, et retibus Satanae implici[illegible]
felicissime succubuit, illa artificia, [illegible]
δαιμονιώδει digna, Iac. III. 15. sine du[illegible]
gulari quadam *ἐνεργείᾳ πλάνης*, et p[illegible]
vi atque efficacia tincta, quibus, ta[illegible]
laqueis, animus Euae irretitus fascina[illegible]
sibi et vniuersae posteritati mortem et [illegible]
incommoda intulit. Adde, quod orati[illegible]
tanae scateat ambiguitatibus et *ἀμφιβολ*[illegible]
quas ab interpretibus illis Anglis inge[illegible]
detectas iu compendio exhibet b. D. F[illegible]
Einl. T. I. p. 631. (n. *) Omnes vero pa[illegible]
tantum abest, vt soli Diabolo tribuamus, [illegible]
potius nulla alia facile occasione *peccati* in[illegible]
ginem et ortum cum omnibus illis actibu[illegible]
qui tam antecedunt, quam consequunt[illegible]
apertius intelligi, quam sub eius in mund[illegible]
introitum, statuamus. Hîc *ἁμαρτιγένεια* [illegible]
mentem Iacobi C. I. 14. 15. a paruis ini[illegible]
orta, ad illicita quaeuis et vetita progre[illegible]
exitio denique et morte terminata sistitu[illegible]
Quis omnes eius gradus et genera, quib[illegible]
eund[illegible]

undo creuit, accurate enumeret, incuriae, negligentiae, imaginis diuinae eclipſeos, viſus, reliquorumque ſenſuum externorum, quaqua verſus vagantium, praetermiſſae cuſtodiae, delectationis, conſenſionis, conſultationis, maioris boni, praeter ordinem ſapientiſſime praeſcriptum, nanciſcundi adpetitionis, voluptatis, auaritiae, faſtûs, ἀπάτης peccati, tam blanda ſpecie, tam multa, tam egregia, in fumum denique, immo perniciem deſinentia, polliciti, tam callide ſe in animos inſinuantis, verborum Domini, immo ſeuerae illius comminationis, C. II. 17. מוֹת תָּמוּת obliuionis. (*)

(*) De ſenſu huius comminationis diſputatum eſſe noſtra aetate, apud omnes conſtat. Si vſum vocis: *mors*, *mori*, *mortuum eſſe*, ſcripturarium ſpectes, tam late eum patere intelliges, quam oppoſitum eius, *viuere*, *vita*, quae tam naturalis eſt, quam ſpiritualis et aeterna. Mortis igitur poena ea omnia complectitur, quae vitae tam naturali, quam ſpirituali et aeternae aduerſa ſunt et contraria, ea omnia mala et incommoda, quae felicitati hominum inſidiantur, omnem miſeriam, tam naturalem peccati comitem, quam ab Dei, iudicis arbitrio immiſſam, imaginis diuinae, quae luce, ſpiritu, vita abſoluebatur, priuationem, naturae corruptionem et vitioſitatem, virium animi et corporis perturbationem, et hinc natam quandam diſſolutionis partium corporis et reditus in puluerem neceſſitatem.

CAPVT III.

DE VARIIS PERIODIS IVDICII DIVI IN DIABOLVM STATVTI.

§. I.

Potestas Satanae variis *iudiciis* fracta.

Iam haec artificia, quae C vidimus, id effecere, vt Satai antiquus ille serpens, suo quo iure, in terram recens conditam mittendus, homines, eiusdem turae peccatricis participes, ir deret, iisque potestati suae subiiciendis, suae inter eos dominationi, imperioque quouis m firmando, daret operam, quemadmodum id *Caino*, qui erat ἐκ τοῦ πονηροῦ, 1 Ioh. III. 12. p mi homicidae vera prole, & viua imagine, pe spicuum est. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλω ται. 2 Petr. II. 19. In peccato, suo opere & i uento, regnat Satanas, quo si quis infectus fi subiicitur potestati eius, cuius naturam, menter consilia, exactam similitudinem iniit. Nec ve inde aliud exsistere videtur *iuris* genus, qua quale est tiranni, praedonis, vsurpatoris, tira nicum, praetensum, commentitium, nullo leg timo titulo & idonea ratione nixum, nec è conse su peccatoris, & arbitraria quasi sui vendition & voluntaria deditione, quae in naturam creatan omnibus, quae intelligi possunt, verae obligation vinculis Deo, Domino, Conditori, Conseruato soli, cuius homo totus, quantus est, benefici rius sistitur, adstrict m non cadit, nec è sententi iudicis summi, quae ex traditione illa in potestaten Sata

e, 1 Cor. V. 5. 1 Tim. I. 20. temporaria,
atori salutari, probari nequit, nec ex alia
iuris specie & fonte ducendum. (*) -- Ad-
lem vero *οἰκονομίαν*, qua sapiens & iustus
index aduersus hunc refractarium & contu-
n hostem vtitur, qui recte considerauerit,
ue proposuerit, scenam meditationum ape-
n se iucundam, Deo gloriosam, conscientiae
i perutilem. Nos vero non sumus ii, qui
rsum ambitum occultarum Dei viarum ab ho-
ius capi & perspici posse existimemus. Mul-
hoc quoque genere pertinent ad *βάθη τῦ*
in primis ea, quae insignem illam longani-
tem spectant, qua hunc aduersarium, vt o-
s suas artes, vires, studia experiatur, pro-
dat et quasi exhauriat, tolerat, et vt legitime
P 2 tan-

(*) Notiones *iuris*, *veri*, *praetensi*, *praesumti*, *dominii*, *imperii*, *obligationis*, *consensus expressi*, *taciti*, *interpretandi*, si nimis premantur, multa adfingenda sunt huic caussae, quae sanctae tabulae nesciunt: id quod in iis, qui oeconomiam diuinam *foederibus* absolui putant, et hanc viam nimis vrgent, similiter vsu venire intelligitur. Testis sit dissertatio, ceteroquin egregia, Theologi Bremensis Cel. D. Nicol. Nonnen, *de iuribus Satanae veris et praetensis in genus humanum*, *Bremae* 1748. in qua fundamentum omnis potestatis Satanae et omnium prauorum eius moliminum, ius et verum et praetensum eruitur, et ex emblematis, è iudiciis et rebus iudicialibus petitis, nominibus *διαβόλυ*, *ἀντιδίκυ*, *κατηγόρυ*, et actionibus, quas hominibus coram Deo intentat, illustratur. Alii, vt Voëtius diss. T. I. p. 912. distinguunt inter imperium proprie sic dictum, simile vtili et directo, quo gaudeat in impios, atque in improprie dictum, quod in antiqui vestigiis, reliquiis et vmbra, ad tentandum et vexandum tantum consistat, quo gaudeat in pios.

tandem omni poteſtate in mundum illiusq
las excidat, ſapientiſſime prouidet. Nos
denda τὰ ἐπουράνια multo tardiores, τὰ ἐπί
admittimus. Ioh. III. 12. Et myſteria mun
ſibilis quis paucis verbis ediſſeri potuiſſe
cum, vt b. D. Crvsivs annotat, in Com
vera notione pietatis chriſtianae, p. 21. ne
rum quidem imperiorum, et vnius ſplendida
apparatus, molimina et ratio ſtatus, ſine
molis voluminibus, ordine deſcribi poſſint
itaque tantum ſibi ſumat, vt quaeuis inſti
in mundo viſibili atque inuiſibili, phyſica,
lia, ſpiritualia, politica, oeconomica, re
quibus hoſtis huius continuae machination
pediuntur, limitantur, coërcentur, euert
" *Inſtituit Deus*, inquit diuinus vir, Lvt
in *Comm. ad Gen. C. XIX. tres ordines, qui*
datum dedit, ne peccata ſinant impune abir
mus eſt parentum, qui domus ſuae diſciplin
dire debent, in regenda familia et liberis.
ordo eſt politicus; Magiſtratus enim gladium g
contumaces et negligentes diſciplinae vi cogat
tius eſt eccleſiaſticus, qui verbo gubernat. S
ſus Diabolum, carnem et mundum muniuit
nus humanum hac triplici auctoritate, in eum
ne ſcandala creſcerent, ſed praeciderentur. R
ſunt ceu paedagogi; hos, qui adulti ſunt et negl
coërcet magiſtratus per carnificem, in eccleſia con
ces qui ſunt, excommunicantur." -- Illud por
cile intelligitur, in hac quoque re conſpici le
illam communem, ad quam omnia opera
verba, reuelationes, facta attemperata ſunt
per varios et multos gradus, per longas pr
rationes ab imis ad ſumma deueniat, et omnia
termedia iuſto ordine, et ea, qua par eſt, ſap
tia emetiatur. Grauiſſimas ſubinde conquaſſa

assum est regnum diabolicum, quae futuram destructionem omnibus numeris absolutam, uam praenunciae facti omnium nobilissimi, et plena fide significant, si sapientiae diui-ubitum fuerit, pugnam hanc, per tot saecula nuatam, victoriâ nomini suo maiestatico glo-simâ, coram vniuersa ciuitate sua sollemniter nare. Notabiles igitur aliquas *periodos*, qui-otestas Diaboli admodum fracta sit et limita-describere haud abs re futurum esse puto, quae *iudicii* nomine veniunt, vsu vocis et sacris is et rei naturae consentaneo.

§ II.

Vix contagio peccati et lues, codaemone cum primis parenti-infeliciter communicata, ani-s eorum infecerat, vix nouos hos onos communione suae naturae, peccato depra-tae, imbuerat, eandemque, quae ipsi propria t, ad male agendum, ad resistendum Deo, vo-ntatemque eius negligendam, indiderat procli-tatem, cum, re quasi bene gesta, plenam in eos, nquam mancipia a se victa, potestatem exerce-, suumque in terris recens occupatis imperium ouis modo firmare, homines ciuibus suis asso-re, et liberum sibi aditum ad eorum animos, suggerenda quaeuis mala, parare adgrederetur, iutus in funesto consilio vel ipsa hominum post psum conditione, qui iram Dei mortemque i-am dirissimam extimescere, Θεοςυγεῖς facti, Deum gere, summis conscientiae angoribus excrucia-coepissent, nisi, qua est admirabili benignitate incredibili bonitate Deus, diuinitus subuentum set tristi huic conditioni, hominibus ad salutarem

1) in *prot-euangelio.*

poenitentiam, fidemque in Deum, firm
ſpem recuperandae ſalutis reuocatis, et
gratiae excitatâ, inſigni quadam promiſſion
ſteque grauiſſima comminatione interpellat
ius nouum delictum noua ſequebatur poen
cum primae partes in tragica illa hiſtori
antur ipſi, primus in vindictam diuinam in
eoque acerbius luit, quo exploratius eſt,
pem fuiſſe auctorem, ſuaſoremque ſceleris c
ſi. Vel ratio poenae, v. 14. 15. notionem
uet ſerpentis naturalis, cui vix competer
tur. Quis enim ſerpentem omnium animali
feliciſſimum, ſummae maledictioni obnoxiu
ſecrabiliſſimum, quis eundem, quamdiu
puluerem comedere dixerit? Accedit, quod
ra ſint ſerpentum, non ſemper humi rep
ſed arbores ſubinde adſcendentium, im
ctorum incedentium. Quid Eua, commiſ
nis conſcientiâ perterrita, deiectione ſerp
turalis, eiusque capitis contritione ma
laetari et erigi facile poterat? *Mais cette*
inquit BAYLE in Diction. voc. Ophites, *a*
ſurde, que l'eſt étonnant, qu'un Auteur, tel q
ſephe n'ait pas honte de l'avancer. Vel prima v
זאת עָשִׂית repudiari ſerpentis naturalis ideam
cipiunt. Serpens enim naturalis nil feciſſe
meruiſſet, poenâ, et quidem tantâ, digni, ſe
lens, volens conceſſiſſet, Diabolum ſe inſtru
to vti. Nec *σύγκρισις* illa, qua cum omnib
ſtiis terreſtribus comparatur, nos valde mo
Aſſumſerat formam aliquam et ſimilitudinem
Seraphim Diabolus, coniuncti quid cum ſerpe
ſpecie prae ſe ferentibus, hinc in eadem fo
quam aſſumſit, qua ſe callide in animos paren
inſinuauit, qua coram Deo, mali vindice, ſ
illi intentatur poena, eadem ſimilitudine, q

ementitus eſſet, ab animalibus ducta. Quo-
es non eiusdem, ſed diuerſi generis, inter ſe
oni, quoties in ipſis libris ſacris homines cum
s comparari, immo in ruborem agi videas?
3. 2 Petr. II. 12. Matth. X. 16. Quid triſtem
Nabuchodonoſoris μεταμόρφωσιν, et condi-
m efferatam, indomitam, delirantem, men-
ptam exactius refert, quam illa cum bubus,
ine veſcentibus, contentio? Dan. IV. 30.
–אָרוּר Minatur hîc Deus Diabolo ſummam
riam, vel illâ, qua laborare vnquam poſſint
alia rationis expertia, intenſiorem, illam pro-
iſſimam deiectionem, qua ab eminenti et lau-
nditione deiectus, vel brutis vilior, miſerior,
rior futurus ſit, qua is, qui imperium quon-
obtinuiſſet, eique iam ſummâ malitiâ, et in-
â in Deum, in orbe recens condito, recuperan-
ſtuduiſſet, infra brutorum ſortem deprimen-
ſit, illius maledictionis ſummo gradui ob-
xius, cuius participes parentes infeliciſſime red-
diſſet, a communione Dei ſanctorumque ciuium
lenus, omnium opprobrio, contumeliae, hor-
ri et abominationi ſubiiciendus. Quae quidem
ndicta in paradiſo inchoata, per omnes oeco-
omiae diuinae periodos continuata, omni ſua vi
poteſtate implebitur tum, cum, ſub omnium dia-
licarum artium infauſte exantlatarum exitum,
aeuis artificia, conatus, machinationes, con-
ia in gloriam Dei Chriſtique, tentatorumque ſa-
tem terminata conſpicientur. Ne vllius quidem
uti, reique creatae conditio infelicitate illam,
uae Diaboli erit, adaequabit. --- Altera poenae
enunciatae pars huc redit: עַל – גְּחֹנְךָ תֵלֵךְ Ser-
entis ſeraphicam formam ementitus es, huius et-
am indolem ingeniumque referas, è ſtatu nobi-

 liſſimo

lissimo deiectus humi repas, amissâ pristinâ d
tate et potestate amplissimâ, in depresso et hu
limo statu viuas. Quemadmodum haec loc
similis illi, quae Ps. XLIV. 25. exstat, infel
tem, inopiam consilii, conditionem solatii, c
tis, gaudii expertem, significat, ita summa
ctio eâdem intentatur Diabolo, qua humillime
tiat, pessime agat et quouis se nequitiarum
sordibusque polluat. „ Incedebas erectus, p
cipatus eras, in vniuersa ciuitate Dei venerab
iam depressus sis et humilis, omnibus abomi
lis; fruebaris summo bono, iam huius *com*
nione exclusus, per quaeuis vagaberis, volat
tumultuarius, inconstans, quoad intellectum,
mine diuinae cognitionis salutaris collustratus,
ra sapientia praeditus, quoad voluntatem, *sa*
tate, innocentia eximius quondam eras, iam
telligentia tenebris, voluntas malitia, *illis spi*
ribus, hac subinde profundiore corrumpentu
voluptatis verae expers turpitudine, *caducis*
abiectis rebus delectaberis. Angelus olim, po
stas splendida, princeps et vis quaedam *emine*
inter excellentissimarum naturarum myriadas c
stituta, tantam infamiae notam, tam *indelebil*
incurres, vt nonnisi latro, hostis, homicid
mendax mendaciique pater audias. -- חַיֶּיךָ -
Proprie haec verba sumi, vetat vsus et experie
tia, quae ne vllum quidem serpentium genu
nec viperam, nec Scytalen, nec Basiliscum, n
Draconem, puluere vesci probat. Non vero du
tamus, quin etiam h. l. Scriptura sui optima
interpres. Haec variis locutionibus vtitur, a pu
uere desumtis. *Depressa est anima nostra in pul*
rem, pectoribus adhaeremus terrae, inquit Psalt
XLIV. 25. de statu valde adflicto, et calamitoso
sic *se puluere vesci* dicit Dauides *pro pane* Ps. CII. 1

e *hostibus* vsurpetur phrasis, statum humilem otat, in quem praelio inferiores fractique inunt, vbi puluerem quasi terrae sub victorum ibus deuorare videbantur, deposita omni fero nocendique vi. Sic de hostibus Messiae praeitur, Ps. LXXII. 9. וְאוֹיְבָיו עָפָר יְלַחֵכוּ abiecta omni uicacia et hostilitate; regi illi totius vniuersitarerum se submittent, et a pedes eius prouoi, pacem, salutem, prosperitatem expetent. ich. VII. 17. de gentibus dicitur, ad illa mira, ae Deus in gratiam populi praestiturus sit, obdescentibus: יְלַחֲכוּ עָפָר כַּנָּחָשׁ Demittent se gen, abiecta naturali sua ferocia mansuefient, et propheta addit, Iehouam Deum nostrum reebuntur. Ies. XLIX. 23. de regibus, ecclesiae ecatoribus, et feminis principibus, ecclesiae nucibus, vaticinatur propheta, demisso ad terram ltu te venerabuntur וַעֲפַר רַגְלַיִךְ יְלַחֵכוּ pedum tuoum puluerem lingent, venerationis significanae caussa, coram te toto corpore se prosternent. Prophetia haec si tempora Messiae spectat, vti vix aliter commode explicari posse, per v. 6. 12. 21. videtur, nisi cum GROTIO historici sensus dulcedine nimis captus sis, ea ecclesiae felicitas significatur, qua reges et principes, verae religioni summum honorem delaturi, maiestatem suam non in illius detrimentum, et contumeliam, sed decus, amplitudinem, propagationem adhibituri sunt. Cap. LXV. 25. aurei saeculi summa felicitas inter alia describitur sic, vt lupus et agnus simul pascantur, leo et bos stramen comedant, serpentisque victus sit puluis. Improprie haec sumenda esse, euidentissime patet. Propria significatio ecclesiae quid interesset? Testatur propheta, in illo felicissimo saeculo, efferos et barbaros homines,

virtute verbi diuini conuersos et mites, pios, deposita omni ferocia, barbarie, hostilitate, praedae cupiditate, tractabiles futuros, in mutuam amicitiam coalituros esse, serpens vero, fore, vt ad extremum humilietur. Indigitari hac voce ipsum Diabolum, existimant b. RVSIVS l. c. p. 52 b. CRVSIVS in *hypomn.* T. III. p. 537. quod bonorum spiritualium expers, in illa aurei saeculi felicitate in Abyssum includendus sit. Apoc. XX. 1 - 3. Iam quid ex his efficitur aliud, quam intelligi hac comminationis diuinae parte eam miseriam summam, qua Diabolus omnis boni, veraeque felicitatis expers, rebus abiectissimis tenuissimisque fruatur, et ineffabili irae diuinae pondere pressus, eandem subiturus sit sortem, quae hostium est deuictorum, triumphatorum, potestate, nocendique virtute exutorum, qui humi repant, a nutu et indulgentia victoris toti pendeant, nil tentare amplius, nil conari noui valeant. Intelligitur deploranda illa conditio, qua sordibus scelerum et nequitiarum, tamquam suauissimo cibo, pascatur, aliorum, terrae glebaeque addictorum, seductione et miseria laetabundus incedat, alienus a gustu et fructu eorum bonorum, quibus solis naturarum intelligentium felicitas absoluitur. Sunt etiam, vt H. WITSIVS in *Oecon. foed.* p. 450. § X. b. RVSIVS l. c. p. 76. maxime NICOLAVS NONNEN, *diss.* cit. p. 21. qui hac phrasi innui illam potestatem existiment, quae Satanae κράτος τȣ̃ θανάτȣ habenti, Hebr. II. 14. competat, in corpora putrefacta, in resolutionem partium machinae nostrae humanae, in qua mirifice delectetur, vanitatique rerum nostrarum insultet. Qua in re in subsidium vocant eam gentilium opinionem, quae δαίμονας aëreos, distinctos ab aethereis, mortuorum carnes comedere pronunciauisset. Sed vereor, vt haec

haec interpretatio iustis rationibus fulciri, et idoneis argumentis comprobari possit, illa certe, quae adduci videas, non satis facere videntur. Alii hanc dictionem sic intelligunt, vt *puluerem* de *peccatoribus* interpretentur, quos Satanas seducendo et perdendo quasi deglutiat. Quis vero apertas has καταχρήσεις facile deglutiat? -- At, dices, hoc modo, cum v. 14. ad solum cacodaemonem, nec ad duplex coniunctumque subiectum pertineant, quod illi maxime pugnant, qui serpentis naturalis notionem non mittendam censent, omnia improprie & figurate exponi, de miserrima et abiectissima superbi genii conditione, quod ab stilo historico alienum sit, nec videri, cur, cum in illa primae praeuaricationis narratione sensus proprius maxime teneatur, h. l. ab eo recedendum sit. " *Non vero mirum est*, inquit WEISMANNVS *Inst. theol. exeg.* p. 386 *figuratum sermonem hic adhiberi, cum figura serpentis per totam hanc historiam vsus sit Moses. Gradiri ergo super ventrem, puluerem comedere &c. nihil aliud est, quam summe esse deiectum et vilem; victum esse, efficaciter sentire miserandam suae conditionis infelicitatem &c. quod vtique statui diaboli sub iudicio diuino quam maxime conuenit.* "

§ III.

Accedimus ad arcem caussae, ad πρωτευαγγέλιον, omnium promissionum primam, basin et fundamentum sequentium, antiquitate ipsam mundi originem attingens. Certe non audiendi sunt, qui cum *Iudaeis*, CLERICO, *Socinianis*, b. VOGELIO in *Annott.* GROTII ad h. l. Christum non agnoscunt, sed augustissimam hanc sententiam

-- continuatur.

tiam more suo λεπτύνεσι. Nec dubium
huius dicti sensum sic penetrasse protoplastos
et remissionis peccati, et salutis consequendae
inde conciperent, quid? quod vlteriorem eiu
planationem diuinitus additam fuisse verisi
mum sit. Nec ab ipsa protoplastorum intell
tia ad nostram recte concluderetur, cum om
vaticiniorum indoles sit eiusmodi, vt initi
scura, lucem accipiant euentu. Quamuis en
V. T. paullo obscurius, et tantum non aeni
ce pronunciata videatur promissio, in luce
considerata, non modo sensum fundit egreg
sed etiam summam evangelii illa contineri
ligitur. Hinc LVTHERVS: *die deutlichste und
keiste Verheissung.* Admirabilis est illa in re
do Messia, et ea, quae auspiciis illius speran
salute gradatio, quae facile omnibus, in
prophetico vel leuiter versatis, illucescit. P
nil aliud promitti placuit Deo, quam ho
per quem salus redderetur, id quod par
commissi criminis poenitentia ductis, inte
bissimos conscientiae morsus, vitae molestias,
ditionis praesentis rationes, cum iis, quae a
cessissent, non comparandas, consolationi fuit et
spei, fore, vt salus amissa reparetur, et bona
quorum iacturam fecissent, locupletissime resti-
tuantur. Quae v. 14. symbolice et figurate prae-
dicta sunt, deuictum iri hostem, et sortem trium-
phati subiturum, vt prostratus et conculcatus pul-
uerem quasi deuorare cogatur, ea iam v. 15. ma-
gis proprie et explicatius traduntur. Minatur
Deus Satanae *inimicitiam* inter se mulieremque,
quam ipse conciliaturus, conseruaturus, aliturus
sit. Haec inimicitia illi amicitiae opponitur, quam
mulier cum serpente contraxerat. Cum enim E-
ua, decerpto ab arbore vetita fructu, Diabolo ob-
tem-

temperauiſſet, et in eandem mentem cum Cacodaemone conſpirauiſſet, peccatique ἀπάτῃ venenoque imbuta, naturam ſuam, ante bonam ſanctamque, infeciſſet, corrupiſſetque, adeoque inclinationem voluntatemque, Deo praeceptisque eius repugnandi, concepiſſet, in caſtra hoſtis tranſiit, et ingenium eius, mentem, indolem exacte retulit. Agnita vero peccati peſtifera vi, cum ſe deceptam magnopere doleret, v. 13. illa cum Satana conſpirandi propenſio per inimicitiam, ab ſanctiſſimo Numine illatam, et frangenda et delenda erat. Qua quidem ſententia cum Deus interceſſiſſet, fine ſuo et conſilio excidit hoſtis, quod ad firmandum ſuum inter homines imperium ſpectabat, Euaeque poenitentis, gratiae diuinae auxiliis erectae, mutatione mentis quin valde vſtus ſit aduerſarius, vix dubium relinquitur. Quid enim impedit, quo minus perſuaſum habeamus, homines cognita huius ſeductoris peſſima mente, natura et vafritie, in eundem ſummo odio et implacabili quadam ira exarſiſſe, cuius artificiis ſe ab ſua felicitate, gloria, bonorumque largiſſimorum fructu, infeliciter deturbatos viderent. (*) Haec vero inimicitia non

(*) Inepte faciunt, nec ſanctitati diuinae, huius inimicitiae auctrici, nec naturae rei conſulunt, qui illam per odium illud naturale et horrorem, quo erga ſerpentes ferantur homines, interpretantur. Sunt certe animalia plura, homini et nocentiora, infenſiora, abiectiora, adeoque abominabiliora, horribiliora. Aegyptios et Troglodytas ſerpentium carnes comediſſe, *Plinius* auctor eſt, H. N. L. V. C. VIII. p. m. 188. " *Troglodytae ſpecus excauant. Hae illis domus, victus ſerpentium carnes, ſtridorque, non vox.* „ Sic ib. L. VI. C. XXIX. p. m. 272. " *introrſus Candei, quos Ophiophagos vocant, ſerpentibus veſci aſſueti.* Nec ſerpentes omnibus hominibus infeſtos eſſe, AELIANVS teſtis eſt, *Hiſt. anim.* L.

non intra Euae tantum animum ſubſtitura praedicitur, ſed haereditate quadam ad ipſius poſteritatem tranſitura. Hanc enim *mulieris ſemine* intelligi, ex continuo librorum ſacrorum vſu manifeſtum eſt. Audita hac oratione Eua illud primum exiſtimauerit neceſſe eſt, innui et ſignificari, non vniuerſam ſuam poſteritatem colluſuram eſſe cum hoſte, fore potius, vt exſiſtat vnus alterue, qui ſe poenitentem in odio hoſtis ſequatur, nec huius lenociniis abripi ſe patiatur. Intelligitur illa maxime Euae poſteritas, quae veſtigia ſui in ſerpentem odii ἀσπόνδȣ non tantum preſſura ſit, ſed idem quoque nulla alia re, quam contritione capitis, plena victoria de ſerpente olim reportanda, finitura. Vnum aliquem poſterorum, eximium ceteriſque excellentiorem, animo Euae obuerſatum eſſe, illa fidei ſuae ἀπολογία docuit, qua primogeniti natiuitatem nobilitauit. Gen. IV. 1. (*)

Au-

L. IX. c. 29. p. m. 538. ed. 1616. "ad primos ortus Euphratis naſcuntur ſerpentes, maxime quidem hominibus inimici, ἀλλ᾽ ȣ̓ τῶν ἐπιχωρίων, τῶν δὲ ξένων, ϗ προσηκόντων.„ Sic quoque *Pauſanias* de Sardinia, *Phocicorum* L. XVII. p. 839. ed. Lips. ὄφεις δὲ ȣ̎τε οἱ ἐπὶ συμφορᾷ τῇ ἀνθρώπων, ȣ̎τε ὅσον ἀνάλεθρον αὐτῶν, ȣ̓ δὲ λύκοι τρέφεσθαι πεφύκασιν. SVETONIVS in vita *Tiberii* L. III. c. 72. p. 242. (ed. Ern.) "*erat ei in oblectamentis ſerpens Draco, quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus cum conſumtum a formicis inueniſſet, monitus eſt, vt vim multitudinis caueret.*„ Et cur contritio capitis ſerpentini in futurum differtur, nec ab protoplaſtis, vt illico tentetur, exigitur, quae aeque, ac vllius poſterorum, Adami Euaeque fuiſſet virium?

(*) Sunt quidem interpretes, illuſtres et primi ordinis, qui hanc fidei, Euae teſtatae, profeſſionem

valde

ent hanc suspicionem singularis illa locutio, aec posteritas, Euae, non Adami semen deabatur, et magnitudo operis, contritio caerpentini, quae nec in Euae, nec in posteomnium vires cecidisset. Quid multa? inur semen eiusmodi, quod inimicitiam illam itus fundatam, restituat, augeat, alat, nec e, quam contritione capitis definiat, vt quique impedimentis remotis, gratia recupeamissa salus restituatur, pax cum Deo incorroboreturque, et bellum illud interneciquod inter ciuitatem lucis et tenebrarum dit, nec inducias nec concordiam admitfortiter continuetur. 2 Cor. VI. 14. 18. Non excludendam esse et Euae naturalem et Chriualem posteritatem, Ps. XXII. 31. Ies. LIII. V. 23. et notio seminis, quae multitudinem et summa illa, quae inter caput et memcedit, necessitudo docet et coniunctio, qua quod corpus efficiunt, 1 Cor. XV 57. 5. 1 Cor. VI. 15. XII. 27. Eph. V. 30. fideles de hoste triumphant, 1 Ioh. II. . Semen mulieris igitur est Christus, , κυρίως, et, qui cum eo faciunt, fideles, mma, quae inter vtrosque intercedit, ne. *Serpentis* contra semen eiusmodi innuit, quarum animus ad imitationem nequitiarum moresque componitur, quae e-

valde minuunt, et cum vulgari quadam sententia commutant, vt Ill. MICHAËLIS: *ich habe mit GOttes Hülfe einen Mann gebohren* אִישׁ אֶת־יְהוָה קָנִיתִי׃

Non vrgemus accentuationem, dubiae auctoritatis, sed vsum particulae את, quae Gen. I. 1. IV. 1. vel septuagies occurrens semper exstitit signum accusatiui, cur hoc vno in loco exceptionem patiatur?

eius indolem exacte referunt, quae naturam, peccati vi et efficacia infectam vitiatamque, fouent et retinent, nam ὁ ποιῶν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστιν, 1 Ioh. III. 8. Satanae ὁμόψυχοι, τέκνα τοῦ διαβόλου, 1 Ioh. III. 10. Ioh. VIII. 44. Act. XIII. 10. homines, qui, praue agendi consuetudine inita, serpenti seductori in odio, malitia, versutia, veteratoriis artibus, mendaciis assimilantur. Nec δαίμονας serpentis semen proprie h. l. adpellari putem, propterea, quod hi pro scripturae consuetudine nominibus σατανᾶ, διαβόλου, comprehendi solent. In has diuersas sectas ab vltima illa aetate mundi distrahebatur genus hominum vniuersum, quemadmodum illa diuisio in בְּנֵי הָאָדָם & בְּנֵי הָאֱלֹהִים iam Gen. VI. 2. inualuerat. Iam hanc inimicitiam per omnes aetates mundi viguisse, et vniuersum genus humanum in duas sibi aduersas partes distraxisse, omnium saeculorum historia testis est locupletissima, nam veritas mendacibus, caritas ἀστόργοις, lumen tenebricosis, vita mortuis, sanctitas impuris odio fuit et abominationi, eritque in aeternum, et sic contra. Quae enim est Christo cum Beliale concordia? Hi aeternum non conciliabuntur. Homo, mutato animo in melius, Diaboli odium incurrit et inimicitiam, fugâ peccati soluitur eius commercium, detestatione illius operum omnis vis et potestas frangitur et aboletur, atque ita victoria indies consummatur, quae laetissimis in omnem aeternitatem fructibus abundabit. " *Non solum*, inquit WITSIVS l. c. *ponit mulieri legem, ne deinceps Satanae colloquium vel amicitiam admittat, nec quicquam cum iurato hoste commercii habeat, neque solum sanctione hac hîc ingenuam resipiscentiae parentibus iterum asserit, sed et promittit, se insuperabili virtutis suae efficacitate id praestiturum, facturumque, vt exsistat tale odium.* "

2)

) הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ Emphaticum הוּא arguit tale semen, quod ex ipſo opere dignoſcendum eſſet, et Adamo et Eua praeſtantius, maius, excellentius, quod et viribus, et poteſtate, et reportanda victoria ſerpentinae calliditati imperioque, multo ſuperius futurum eſſet, ſaluti reſtaurandae par, iacturae modo factae ampliſſime reſarciendae ſufficiens, nouae oeconomiae gratioſae auctor ſtatorque. Singularem perſonam innui, LXX vertendo, ἀυτὸς, quamuis praecedat σπέρμα, ſignificare videntur. (*) Ex Patribus, IRENAEVS et TERTVLLIANVS, his verbis mentionem fieri *Mariae*, exiſtimarunt, illiusque obedientiam in credendo Gabrieli, tamquam compenſatricem illius inobedientiae Euae in credendo ſerpenti, laudarunt, quaſi haec mulier, gratiâ fidei aucta, Θεοτόκος, in viraginem verſa, venenatum caput ſerpentis animoſe contriuiſſet. Plures inter ipſos Pontificios, vulgatae ceteroquin verſionis ſtrenuos hyperaſpiſtas, vt PP. RR. SIXTVS V. CLEMENS VIII. publice hanc verſionem repudiarunt. Refragatur illi quam maxime ſuffixum in יְשׁוּפֶנּוּ quod, ſi הוּא exſtitiſſet, locum habere non poterat. (**) Verbum שׁוּף ſignificatum habet

(*) OPORINVS: *Kette der Vorher-Verkündigungen von dem Heiland*, p. 31. haec annotat: *vermuthlich hat GOtt, wegen ſolcher Einſicht zur Zeit des A. T. in das erſte Evangelium, den Heiland des menſchlichen Geſchlechts in den Schriften A. T. mehrmals nur blos den* הוּא *nachdrüklich genennt*, z. e. Pſ. CII 28. CXXX. 8. Ies. XLVIII. 12. LIII. 4. 5. 7. *und iſt eben daher der Alten Spruch gefloſſen:* הוּא *iſt ſein Name.*

(**) Pluribus de hac lectione agit GLASSIVS, in Χριστολογίας *Moſaicae* diſſ. II. p. 15. ſs. S. V. D. SAM-

habet conterendi, contundendi, Hiob IX. 17 Pſ. CXXXIX. 11. quod LXX per ἐκτρίβειν et κ- ταπατεῖν vertunt, h. l. per τηρεῖν, affine vo- arabicae, quae *obſeruare*, *inſidiari*, denotat quam ſecutus eſt Ill. MICHAËLIS *Ueberſ.* a h. l. " *dieſer wird deinem Kopfe*, *und du wirſt ſei- nen Ferſen* nachſtellen. Alii hanc LXX verſio- nem mutarunt in τειρήσεις, vt SIMONIVS *Hiſt. Crit. V. T.* L. II. C. V. p. 30. alii in τερσεῖς, v GVSSETIVS, vtrumque minus bene graece alii, vt IS. VOSSIVS in τρήσεις, a τρέω, per- forabis. (*) In *capite* ſerpentis ſitum eſt, quic- quid veneni, vitae, aſtutiae, roboris, poteſta- tisque ineſt. Huius contritionem ſequitur exi- tium ceterarum partium. (**) Praedicitur Sa- tanae

SEMLERVS in *prol. natal.* 1772. p. 7. ſs. S. V. D. ERNESTI *Nſte Bibl.* T. I. p. 744. cf. prol. natal. *Jenenſis* 1767. contra Reuerendiſs. MARTINVM GERBERTVM, S. R. I. Principem et Abbatem S. Blaſii in ſylua nigra, qui in *Itinere Allemannico*, *Italico* et *Gallico*, lectionis huius, per Grammatices leges non probabili, nouus exſtitit fautor et pa- tronus.

(*) De lectione et ſignificatu huius vocis cf. GLAS- SIVS l. c. p. 21. ſ. CANZIVS diſs. II. de *ſemine benedicto*, p. 8. ſs.

(**) Egregie haec illuſtrat *Epaminondas*, Thebanorum dux, de quo POLYAENVS, ſtratag. L. II. c. III. 25. Ἐπαμινώνδας προτρέπων Θηβαίους προθύμως ὁρμῆσαι ἐπὶ λακεδαιμονίους, μέγιστον ἔχιν συλ- λαβὼν ἔδειξεν αὐτοῖς, καὶ πάντων ἐναντίον τὴν κεφαλὴν τοῦ θηρίου συντρίψας, ὁρᾶτε, ἔφη, ὅτι τὸ λοιπὸν σῶμα ἄχρηστον, τῆς κεφαλῆς οἰχομένης. Οὕτω δὴ, ἢν τὰς τῶν πολεμίων κεφαλὰς, τὸ λακωνικὸν τοῦτο συντρίψωμεν, τὸ λοιπὸν σῶμα τῶν συμμάχων ἄχρηστον.

tanae ea pernicies, ab Euae posteritate inferenda, qua, amissa omni vi et potestate, ad incitas redactus, per multos et varios gradus, ita deprimendus sit, vt nil possit moliri noui, nil tentare amplius, fractus, infirmatus, deuictus, vt ciuitati Dei nil mali inferre, nec perennem eius felicitatem turbare possit, omnibus eius machinationibus in maiorem contumeliam, iudicii acerbioris cumulum, tentatorumque gloriae accessionem terminandis.

3) Nec vero hanc contritionem capitis patienter et aequo animo laturum esse Satanam, vltima verba docent: וְאַתָּה – עָקֵב Leuius vulnus et sanabilius est, quod *calcaneo* infertur: iis enim malis, quae ad hanc infimam et minimam corporis humani partem pertinent, vita, felicitas, ipsa salus, non periclitantur. Significatur itaque hac locutione, capitis contritionem a Satana haud inultam fini, renisurum potius esse omnibus, et summo studio repugnaturum, qui inimicitiam illam non prius, quam abolita eius potestate omni, deposituri sint: horum calcaneo insidiaturum, eundemque, si facultas sit, laesurum esse clancularium. -- Iam considera primam hanc promissionem, luce N. T. collustratus! Admirabilem vero, et ingenio hominum imperuestigabilem viam reparandae salutis, in paradiso iam patefactam, quis non obstupescat! Semen mulieris monadice et collectiue, vt dicunt, sumendum esse, monuimus, quemadmodum illud nomen in adpellatione seminis abrahamitici modo de omnibus illius posteris, Gen. XIII. 8. modo de illis, qui vestigia fidei patris credentium premunt, Rom. IV. 12. 13. modo de semine Abrahami monadico,

 Gal.

Gal. III. 16. κατ' ἐξοχὴν dicitur, ita ſemen mulieris primario denotat Chriſtum, caput eccleſiae, Eph. I. 22. ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, Hebr. II. 10. τῆς πίςεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν, C. XII. 2. πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Rom. VIII. 29. Nam hic caput ſerpentis vere contriuit, diaboli opera abolendo, 1 Ioh. III. 8. accuſationes continuas in cruce pudefaciendo, λύτρον ſoluendo, poenas ſatisfactorias ſufferendo, χειρόγραφον, legem, peccati ſtimulum aculeumque, è medio tollendo, gratiam Dei, et forenſem et medicinalem, conciliando, efficacia Spir. S. parta in iis, qui eam admittunt, poteſtatem Diaboli frangendo, pro morte vitam incorruptibilem recuperando, 2 Tim. I. 10. καταργήσας τὸν τοῦ θανάτου κράτος ἔχοντα, Hebr. II. 14. et ſe ἰσχυρότερον τοῦ ἰσχυροῦ vbiuis oſtendendo, Luc. XI. 22. 23. nec prius adminiſtrandae prouinciae, quam hoſtibus ſub pedes ſubiectis, Pſ. CX. 1. et principatibus poteſtatibusque abolitis, 1 Cor. XV. 24. finem faciendo. Hanc Meſſiae prouinciam GROTIVS in tragœdia: *Chriſtus patiens*, p. 9. belle deſcripſit:

--- Quid infernae moror
Calcare Echidnae virus, et torti vagum
Draconis agmen terere ſublimi pede?
Primi parentis, morte ſanandum eſt, ſcelus.

Iam huius victoriae ſocietatem fideles ineunt, et per omnes vitae dies ornant, victoriam, plenam in ſe, non adimplendam, ſed perſequendam rati, adeo, vt adiuti diuinioris ſpiritus gratia,

dam r...

gratia, ſine qua numquam confligunt cum hoſte *μυριοτεχνίτῃ*, triumphos triumphis augeant. Vel *νήπιοι*, hac virtute inſtructi, non habent, cur eius vafritiem artesque extimeſcant. Luc. X. 19. coll. Marc. XVI. 18. Nec vero *ſemen mulieris* ſaluum plane, et incolume in hac pugna relinquitur, quin vulnus accipiat, vulnus vero non in laeſionem tantum, ſed in plenam poteſtatis diabolicae deſtructionem retorquendum. Contritione enim *calcanei* denunciantur illae aduerſitates, Chriſto, eccleſiae capiti, et membris, ſub hoc capite militantibus, a Diabolo, et quibus vtitur, inſtrumentis, inflictae. Nec enim tacitas inſtigationes, quibus hoſtes ad tantam rabiem iraeque vehementiam agerentur, diſſimulauit Chriſtus, Luc. XXII. 53. Mira omnino res, quod, cum in eo eſſet Soſpitator optimus, vt caput ſerpentis contereret, omnique eum poteſtate, adhuc ſumma vi per vniuerſum terrarum orbem diffuſâ, exueret, ſerpens collectis viribus venenato morſu calcaneum pedis ſauciauerit, et ad aliquot momenta deiecerit, ſed conſilio non potitus, leuiorem hanc laeſionem, capitis contritione funeſtiſſima et lethali, luerit. Nec quicquam aliud in vniuerſum fidelium chorum poteſt, ſi fides ſit ſalua et manſio perpetua in vite, Chriſto, Ioh. XV. 1 - 8. quam vulnerare calcaneum, minimam partem humani corporis, quae venenatum morſum maſſae ſanguinis non facile impertitur, nec enim ad caput aut cor, animam et ſpiritum attingit, iisque vulnus, ſi vigilent, precibus et ſobrietati ſtudeant, facile infligit. Nec per inſtrumenta plus valet, quam ſollicitare famam, bona externa, corpus et vitam naturalem, Matth. V. 11. ſ. X. 34 - 36.

Ioh. XV. 18 - 21. quae vel centies in vita aeterna retribuentur. Matth. XIX. 29. Hinc *crucis* Christi, eiusque communionis, veris disciplinae Christi alumnis propriae, Matth. X. 24 - 27. XX. 22. 2 Tim. II. 11. s. tanta maiestas, tanta auctoritas, cuius scholam, (at quam salubrem illam, et ad omnem mentis I. C. perspiciendae viam, perutilem et necessariam!) qui fugiunt, horrent, abominantur, nae illi de conterendo capite serpentis parum solliciti sunt, calcaneoque suo imprudenter prospiciunt. Crux semper comitatur verum Euangelium; haec est Adrastei cuiusdam Numinis summa necessitas, ad quam subeundam insolens, arrogans, intemperans, tumida caro obligatur. In hac materia pernecessaria virtutum maximarum, et Christiano homine dignissimarum, rite exercendarum, cernitur, patientiae, fortitudinis, resignationis, fidei denique vniuersae. Ad hanc calcanei contritionem referenda sunt ea omnia, quae veritatis euangelicae professoribus obiiciuntur, odium mundi, Ioh. XV. 18. persecutiones, 2 Tim. III. 12. Apoc. II. 10. tot rerum catastrophae, quibus hosti ciuitatem Dei vexare, quibuscunque modis affligere, immo exscindere volupe esset. Admirabile vero est illud diuinae sapientiae documentum, quod eae ipsae aduersitates, quarum auctor est suasorque Satanas, in suam ipsius vertantur ignominiam, ciuitatis Dei salutem, I. C. gloriam, tentatorumque beatitudinem laudemque, vel ex ipso Martyrum sanguine noua confessorum sobole efflorescente. -- Atque ita, sub initiis mundi, potestatem Diaboli grauissima interpellatione infregit Deus, simulque nouam oeconomiam gratiae aperuit, regno diabolico concus-

cussionem eiusmodi afferentem, quae ad fundamenta, inde vacillantia et loco suo mota, pertingeret. Magnam igitur partem consilio in seductione protoplastorum frustratus, tantum abfuit, vt id abiecisset, vt potius variis fraudibus imperium firmari, et de vniuersi mundi, recens conditi, possessione, imo maxima hominum parte in partium suarum societatem ducenda, validissime certari cœptum esset. (*)

 §. IV.

(*) Adaemonistae, qui, excluso ministerio Satanae in praeuaricatione Adami, rem, vniuerso hominum generi maxime tragicam, explicare tentant, non possunt non in hoc πρωτευαγγελίῳ grauiter alucinari. Mirum est, lucem huius promissionis oculos Anonymi, *Versuch einer bibl. Daemonol.* p. 31, ita perstrinxisse, vt Christum in semine muliebri agnosceret, atque ita inferret: *des Weibes Same ist der Erlöser, der darzu von einem Weibe gebohren würde, daß er der Sünde und ihren Folgen steuren, die Macht des Irrthums und der Sünden besiegen, und ihre Herrschaft zerstören sollte.* Sed de *semine serpentis* quid sentiat, ex sequentibus patet: " *dem würde sich die Sünde mit allen Kindern des Irrthums widersetzen, ihn in seinem wohlthätigen Geschäfte zu hindern suchen, und ihm selbst schmerzliches Leiden verursachen.* Sed haec sibi non constant. Cum in procuranda parentum primorum praeuaricatione nil nisi serpentis naturalis ministerium, innocuo arboris vetitae fructu cupiditatem Euae pellicientis, agnouisset, quo praecepto hermeneutico vsus, huius serpentis semen de peccato, eiusque mancipiis interpretetur, non intelligitur. Sed haec omnia precario dicuntur, ex manifesta δυλεία ὑποθέσεως. Aptius longe, et sententiae conuenientius; fecisset Anonymus, si retenta *Clerici*, *Socinianorum*, aliorumque, minutim interpretandi ratione notioni serpentis naturalis inhaesisset. Ne vero repudiati in hoc graui oraculo Messiae crimen incurrat, com-

§ IV.

-- Ab hoc proteuangelio ducitur notitia hostis per V. T.

Inter alia commoda multa et varia, quibus interuenientis Dei benignitas fractum parentum animum adiuuit, prima hac promissione gratiae, id etiam exstitit inde vtilitatis, vt sublimiorem hostis sui, et miseriae auctoris, cognitionem adipiscerentur, et vnde maximum salutis periculum immineret, clarissime intelligerent. Nec dubium est, quamuis id in illa breuitate Mosaica non commemoretur, quin hanc suam scientiam ad omnem posteritatem transmiserint, sequentibus saeculis valde oblitteratam, diminutam, vel auctam. Nec in summa illa deprauatione morum animorumque corruptelis, quibus, excusso humanitatis sensu, ne suam quidem naturam conseruarunt homines, eo insaniae et nefandorum scelerum prolapsi, vt diluuium inuehi necesse esset, nullas fuisse aduersarii partes, facile quis contenderit; adeo consilium Dei de reparanda salute numquam interuertere destitit. Semina igitur huius rei per vniuersam V. T. oeconomiam, immo profanorum quoque hominum scripta, hinc inde sparsa videas, vt hostis huius notitia nulli aetati hominum defuisse existimanda sit. Quemadmodum vero in omni oeconomia Dei illa

communi suo effugio, torquendis per sophisticas nugas Scripturis, vtitur. Si consuetudinem Scripturae consulas, semen Euae, Abrahami, Dauidis, Christi, vel de naturali, vel spirituali posteritate explicari debere intelliges. -- Talis vero semper est, tales omnes eius demonstrationes. Quod b. WEISMANNVS, quamuis in alia caussa, dixit, haud incommode huc applicamus: " *Vertigine laborat saeculum, quod talibus Euangelistis et Apostolis delectatur.*

ista ratio modusque inualuit, vt posterior reuelatio priorem luce et perspicuitate antecederet, ita in manifestandis huius aduersarii artibus et indole, eadem perspicitur gradatio, vt amoris hypotheseos rei sint omnes, qui eundem per illas V. T. periodos non videant. Non quidem sumus ii, qui cum multis iis nitamur fundamentis, quae incerta sunt et ruinosa, et suspicionis potius, quam certae firmaeque demonstrationis praebent argumentum. PATRES constat et ANTIQVIORES THEOLOGOS, qui ἀλληγοριῶν venandarum deliciis capti, viuacioris imaginationis frena laxarunt, et argumenta numerarunt potius, quam ponderarunt, vbique fere locorum, in quibus serpentum, Behemoth, Leuiathanis facta esset mentio, hunc hostem eiusque consilia descripta vidisse, qua in re limites illos migrasse, indubium est. Quae vero est prophetiarum Messianarum in V. T. ratio, vt ab aliis agnoscantur, ab aliis negentur, alii Christum in his illisue locis videant praedictum, figuratum, adumbratum, alii contra in iisdem nil nisi vmbras, corticem externum videant, nec vnius alteriusue πληροφορία, aut dubitatio, in inuidiam trahenda sit; (quemadmodum egregie monet S. V. D. ERNESTI in *Narrat. critica*, p. 32. " Vides tu, o bone, Christum in V. T. vbi alius aut omnino non, aut non ita clare videt, vt tu vel vides, vel videre te putas, vide eum tibi, et gratias age Deo. Sed fac, vt eum et in cor, cum eius mansuetudine et lenitate recipias, ne frustra videris. Ille vero alter cum alibi pariter videt, si non vbique in V. T. satis clare, vt dubitet, haereat, per vmbram modo; at in N. T. videt in clara luce refulgentem, et pro eius claritatis beneficio gratias agit Deo; ,,) ita idem in hac quoque re vsu venire constat. Sunt omnino, et hac nostra aetate plures, qui do-

minium quoddam in aliorum intelligendi modum ſibi arrogant, qui de omni V. T. oeconomia tenuiſſime ſentiunt, idque faciunt non vna ratione ducti, ſuisque opinionibus ſatis cohaerenter, vt aliquam certe rationem neceſſitatis promiſſi, exſpectati, venientis denique Chriſti reddant, eiusque oeconomiam doctrina melioris, ſalubrioris, purioris-que religionis abſoluant: hi non poſſunt non Chriſti, hoſtisque olim debellandi, notitiam luci V. T. vel plane abiudicare, vel arctis certe limitibus coarctare. Hos equidem ſuo ſenſu abundare facile patior, patiantur vero etiam illi, nos noſtra libertate frui. Antiquitate ceteris libris canonicis praeſtat *Hiobi* libellus, eximium pietatis fideique antiquiſſimorum patrum documentum, et prouidentiae diuinae, et generalis, et ſpecialis, et ſpecialiſſimae, ἀπολογία inſignis, in qua id mihi maxime inter alios eximios fines ſpectatum eſſe videtur, vt antiquiſſimum illud delirium, de duplici principio, altero omnis boni, altero omnis mali auctore refelleretur, *homines*que ad vnum, eundemque optimum maximum rerum omnium Conditorem Conſeruatoremque et agnoſcendum et colendum inuitarentur. Huius conſilii, temporibus illis accommodatiſſimi, veſtigia vniuerſae iſti ſcriptioni impreſſa facile videris. Haec certe impulere auctorem incertum, veram hiſtoriam poëtice enarrantem, vt aduerſarium, Deo piisque infeſtum, ſub ea ratione *conſpectui* noſtro ſiſteret, qua ſe ſingulis hominum aetatibus dignoſcendum praebuiſſet, felicitati *noſtrae* inuidum, piorum κατήγορον, pietatis ſtudium ſollicitantem, ὑποκρίσεως accuſantem, calumniatorem, per ſecunda et aduerſa tentantem, nil denique reliqui facientem, in poſtulando Deo apud *homines*, et hominibus apud Deum. Hiob I. II. Sunt et alia eiusdem libri loca, in quibus mentionem fieri

fieri Diaboli, eximii interpretes exiſtimarunt. Vt nil de Cap. XII. 16. XX. 4. ſs. adferam, ſingularis eſt iſta membrorum cohaerentia C. XXVI. 13. בְּרוּחוֹ שָׁמַיִם שִׁפְרָה חֹלֲלָה יָדוֹ נָחָשׁ בָּרִחַ: Quo ordine ſanctus ſcriptor ab formatione et expolitione caelorum, diuinitus facta, ad formationem ſerpentis deueniat, difficile eſt iudicatu. Si SEB. SCHMIDIVM audias ad h. l. et THOM. SHERLOCK in L'Vſage -- propheties, diſp. II. aptus et conſilio ſcribentis conſentaneus exſiſtit ſenſus: pour ſ'oppoſer à l'Idolatrie, qui regnoit de ſon tems, il ſoutient, que Dieu a fait toute l'armée des Cieux--- *Il a orné les cieux par ſon esprit*, et pour combattre la fauſſe notion de deux principes indépendans, il aſſure, que Dieu a créé celui, qui eſt le premier auteur du mal --- *Sa main a formé le ſerpent, qui ſe replie.* N'eſt ce pas fort à propos, que ces deux choſes ſont ici jointes enſemble? Adiuuari haec expoſitio videtur ab LXX, vertentibus: *προστάγματι δὲ ἐθανάτωσε δράκοντα ἀποστάτην.* Eodem Cap. XXVI. 34. commemorantur רְפָאִים quos Cl. CVBE de daemonibus interpretari conſtat, *höllische Geiſter*, nos intelligimus de gigantibus mortuis, *καταχθονίοις*, maieſtatis diuinae conſcientia percullis, cui nimirum et inferiora et ſuperiora loca terrae coelorumque pateant, cui nil imperuium in vniuerſitate rerum inueniri poſſit. De Hebraeorum צִיִּים, שְׂעִירִים, שֵׁדִים Idololatriae ſtatoribus, dictum eſt ſupra, et quae reſtant, dicemus infra, in origines idololatriae inquiſituri. Aperta porro fit mentio Satanae in graui illo delicto, quod Dauides in cenſu, inuito Deo, de populo iſraëlitico acto, perpetrauit, 1 Paral. XXI. 1. 2 Sam. XXIV. 1. Difficile eſt, naturam et grauitatem peccati huius recte definire: fortaſſe cenſum illum dirigebat liber-

libertatis populi, peculii diuini, iusto arctius con stringendae consilium, fortasse operum quorun dam, praerogatiuis gentis contrariorum, impos tio, nec crimen superbiae, quod ab animo Dau dis, in omni vita testato, alienum videtur et abhor rens; id vero certum esse videtur, hoc ipso cens aliquam in ipso Deo diffidentiam, et nimiam in sui viribus, populique multitudine fiduciam, quan prosperis rebus tam facile concipimus, de imperi sui felicitate gloriandi ansam captandam prodidisse quam interitu 70000 subditorum ciuium luit. (*) Insusurrauisse vero pestiferum consilium Satanam, quis, nisi a Spiritu reuelatore edoctus, existimauis-set? -- In *Psalmis* quoque, carminibus et vaticiniis, quibus multis in locis, vel euangelica perfectione digni, sensus continentur, huius quoque *hostis in-iici* mentionem, facile largientur omnes. Non quidem sequimur ATHANASII aliorumque Pa-trum, allegoriarum studio ductorum, rationem, quam S. V. D. ERNESTI l. c. p. 16. refert, *id pu-gnantium*, Dauidem cum esset propheta, *spiritua-lia*

(*) *Rem nouam*, inquit Jll. MICHAËLIS, *Comment. II. de censibus Hebraeorum*, p. 53. *meditabatur, victoriis successibusque ad noua bella sollicitatus: omnes ciues in censum militarem redigi iubebat, vt cuncti certo anni tempore in armis essent, militari meditatione terendi, ac sua quisque facerent stipendia. Hoc quam acerbum esse debuerit populo, praeter necessitatem ab agris euocato, dici non opus est: nec magis salutare erat reip. bella ex bellis seri. Nam et nimiis potentissimae gentes victoriis exhauriuntur, et magnitudine tandem laborant imperia: vnde sapienti consilio Moses, lege regibus lata, intra certos fines victorias eorum compescebat. Neque iniustitia vaca-bit militaris ciuitas, in qua suus cuique ciui stipendiorum numerus, qualis romana fuit: cuiusmodi populum inter aequales eodem loco esse, quo est inter singulos homines latro, haud male dictum a quibusdam arbitror. --- Eius-modi consilia vel Ioabo, homini caetera nequam, sed ta-men bono ciui, libertatisque studioso, displicere potuerunt.*

ia magis et inuiſibilia vidiſſe, quam externa et iſibilia, velut cum aduerſus hoſtes preces faceet, daemonas, quam homines aduerſarios, et ontra illos, non hos preces feciſſe, ſub nominius viſibilium hoſtium, et, ſi non ita interpretetur Pſalmos, nullum ex iis fructum capi. Vnum vero alterumue teſtimonium notitiae huius hoſtis, in Pſalmis occurrentis, proponere, non abs re erit. Pſalmus VIII. ſi authenticam ipſius Chriſti, Matth. XXI. 16. et Paulli, Hebr. II. 6-9. interpretationem adtendas, inſigne continet vaticinium de vtraque conditione Chriſti, qua ab infimo humillimoque ſtatu ad vniuerſitatis rerum imperium euectus ſit. Initio Pſalmi praedicatur illuſtriſſimum, et in toto terrarum orbe nobiliſſimum nomen Domini, vel in caelis ſummis laudibus, ſumma veneratione ſuſpiciendum. v. 2. obſtupeſcit diuinus pſaltes ad excellens illud opus Domini, quo conſtituta oeconomiâ gratiae per os infantium lactentiumque fundauerit potentiam, erexeritque regnum robuſtiſſimum, in quo hoſtium ferocia et compeſcatur, et vindictae cupidi aduerſarii machinationes in ruborem agantur. Iam quis eſt ille ſingulatim dictus אוֹיֵב וּמִתְנַקֵּם? cui illa praeparatio roboris, virtutisque paruulis conceſſae, in ignominiam et erubeſcendam victoriam vertitur? Quis, niſi hoſtis ille capitalis, cuius ſuperbiam et inflatos ſpiritus non magis deprimere, et omnium regni ciuium opprobrio exponere potuiſſet Deus, quam paruulos illi opponendo, tanto robore, tanta vi inſtructos, vt hoſti, hanc ſibi arrogantiam, hos ſibi ſpiritus ſumenti, ſemper ſuperiores eſſent. Atque omnis oeconomia gratiae eo ſpectat, vt pauperes ſpiritu, Matth. V. 2. fatigati et onerati, C. XII. 28. et quos ſtultos putat ſapientia mundi, quos impotentes ſpernit, et tamquam ignobiles

tes plebeiosque despicit floccique pendet, 1 Cor. I. 26 - 29. עֲנִיֵּי אָרֶץ Hiob C. XXIV. 4. νήπιοι, οἷ ἀπεκάλυψε, missis sapientibus et prudentibus Matth. XI. 25. lacte verbi diuini innutriti, 1 Petr. II. 2. qui proxime ad infantium simplicitatem integritatemque accedunt, Matth. XVIII. 3 (*) ad mysteria regni Dei, et victoriam, de insolenti huius mundi principe reportandam, admittantur, illiusque fructibus vberrimis inde redundantibus in omnem aeternitatem laeti fruantur. (**) Apostolica

(*) Ex his patet, quo iure haec verba psalmi acclamationibus illis sollemnibus puerorum, Iesum publice Messiam salutantium, Matth. XXI. 15. ss. adplicuerit Christus. Gentis iudaicae principibus viris, sacris et ciuilibus rebus praefectis, ex inuidia obmutescentibus, singulari virtutis suae efficacitate id effecit Deus in puerulis, vt ἔνθεοι quasi, publice hac professione principes populi, implacabiles Christi aduersarios, ἀπιστίας et peruicaciae arguerent, et hostem, quo in omni caussa Christi agebantur, pudefacerent.

(**) De psalmi huius expositione non vna est omnium consentiens sententia. Auctoritate Christi Paullique, qua nulla maior, ducti, communiter nostri de Christo, eiusque humili et gloriosa conditione, κατὰ ῥητὸν agi existimarunt. cf. GEIERI *Comment. in Psalmos* T. I. p. 125. Ill. D. CRAMER *Uebers. der Ps.* ad h. l. Eandem quoque sententiam tuiti sunt VV. VV. W. A. TELLER *in der Beurtheilung des I. Th. der Cramerischen Psalmen-Uebers.* p. 41. I. D. MICHAËLIS *in nott. ad* PEIRCIVM in ep. ad Hebr. (not. 53) quam vero vterque mutauit, ille quidem in *Lehrbuch des christlichen Glaubens*, quod aduersari illam videret sententiae, de restricto Christi imperio ad solam ecclesiam, hic vero in *Erkl. des Briefs an die Hebr.* p. 131. ss. *Uebers. des A. T. T. VI. cum annott.* Horum fluctuum arbitros nos non interponimus: si vero v. 7. *omnia manum*

ſtolica porro auctoritate prouocamus ad Pſ. LXVIII. 19. עָלִיתָ לַמָּרוֹם שָׁבִיתָ שֶּׁבִי quae verba LXX. et ex iis Paullus, Eph. IV. 8. vertunt: *ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν.* Pſalmum hunc paullo difficiliorem varii varie interpretati ſunt, prouti vnicuique occaſio, et res, quam ceciniſſe putatur Dauides, viſûs punctum conſtituit. *Chaldaeum paraph. Rabbinos*, in primis ABEN ESRAM et KIMCHIVM, è Chriſtianis GROTIVM, CALMETVM, VENEMAM, Ill. MICHAËLIS *in Ueberſ. A. T. in den Anmerk.* p. 136. ſs. coll. *Paraphr. und Anmerk. über die Briefe Pauli* p. 105. ſs. de temporibus V. T. interpretari videas, et quidem vel de eductione Iſraëlitarum ex Aegypto, et de rogata lege ſinaitica, vel de inſigni illa victoria, quam de Syris et Idumaeis reportarunt, vel de notabili illa clade, quam Angelus percuſſor Aſſyriis intulit, vel de praeclara illa victoria, quam Debora et Barac conſecuti ſunt, vel de celebritate translationis arcae in montem Sionis, vel de futuris fatis populi iſraëlitici

[illegible] *Dei opera*, vrgeas, et תַּמְשִׁילֵהוּ adtendas, [illegible]od in omni ſua vi et poteſtate, in tanta ampli[illegible]dine, in hominis dominium non quadrat, ſi il[illegible]m, et exinanitionem, et ſubſecutam gloriam ex[illegible]ndas, v. 6. vix dubium relinqui videtur, agi [illegible] plena Chriſti in vniuerſam naturam creatam po[illegible]ſtate, abſolutoque imperio, omnia, ſi a Deo diſ[illegible]ceſſeris, quae in caelis terraque ſunt, 1 Cor. XV. 27. complectente. In hac quoque re, perſonam [illegible]humanitatis, et ſecundi Adami, ſuſtinuiſſe Chriſtum non diffiteor, cum imagine diuina, in hominibus reſtituta, etiam dominii iura in res creatas reparantem. Vindicauit hunc locum egregie Cl. M. KOESTLIN in diſs. *de Chriſti Domini in omnia imperio*, praeſ. b. Canc. D. I. F. REVSSIO, 1767. p. 16-27. cf. b. IMMAN. HOFFMANNI *Demonſtrat. Euang.* T. I. p. 139 - 141. CANZII diſs. ad h. l. Tub. 1740.

litici prophetice agi existimant, vt HERM. VENEMA, qui fata laeta et prospera ecclesiae V. T. κατὰ ῥητὸν et κυρίως proponi contendit. Inprimis lectu digna sunt, quae argumenti loco praeiuit, Ill MICHAËLIS verba: *GOttes Heiligthümer, oder Heilige Tempel, Wohnungen und Berge, Sinai, Zion, und sein wahrer Tempel im Himmel, werden besungen, dabei der Zug GOttes bei dem israelitischen Volk durch Arabien, sein Einzug in Paläſtina, die Siege, die er daselbſt den Iſraeliten über die Cananiter geschenkt hat, und am Ende noch einiges, das villeicht aus Mangel der Geschichtskunde dunkel iſt.* In *Meſſianis* Pſalmis primi ordinis, ad quos nimirum Chriſtus et Apoſtoli diuina auctoritate prouocauiſſent, collocarunt S. V. D. CRAMER *in poëtiſchen Uebers. der Pſalmen mit Abhandlungen über dieselben*, *Th.* III. p. 130 ſs. b. IOH. GOTTLOB PFEIFFER in *Comm. exeg. theol. pſalmi omnium difficillimi* LXVIII Lips. 1728. SEB. SCHMID, CAMP. VITRINGA, in *Typo doctrinae proph.* p. 187. MART GEIER in *Ps.* p. 1344. ſ. b. D. CRVSIVS in *Hypomn.* T II. p. 656. ſ. b. D. BAVR in diſs. in h. Pſ. 1775. qui admodum ſcite Pſalmum integrum pro Meſſiano agnoſcit, ea lege, vt *priora* Pſalmi verba referat ad Meſſiam ἄσαρκον, ducem populi ex Aegypto, *media* ad eundem in tabernaculo, et templo glorioſiſſime habitantem, et *poſteriora* ad Meſſiam ἔνσαρκον, grande opus ſuum perficientem, eccleſiam gubernantem et protegentem, donec, quae militans ſit, euadat triumphans. Hac ſententia ſtante, v. 18. 19. de glorioſiſſima Chriſti exaltatione et aſcenſione in caelos, iisque rebus, quae eam conſequebantur, agunt, et Paulli allegatio, illam de Chriſto, Eph. IV. 8-10. explicantis, ita vindicatur, vt nec accommodatione opus ſit nec alluſione. Quae ſi admittantur, inter hoſtes, de quibus triumphum Meſ-

ſias

ſias in aſcenſione celebrauit, non poſſunt non referri Satanas, et quibus vtitur, miniſteria, quae regi Meſſiae quam acerrime reſtitiſſe conſtat. Futurus igitur Meſſias captiuorum turbam et multitudinem, quae voce שְׁבִי ſignificatur, omnes ſalutis noſtrae hoſtes, quorum agmen ducit Satanas, triumphabundus, Col. II. 15. et ſanctuarium tam incomparabili maieſtatis verae et diuinae pompa introiturus praedicitur. -- Interea lubentes fatemur, multa ex Pſalmis quoque huc incommode trahi, quae ſolicitiori examine vel incerta ſunt, vel plane euaneſcunt, ſic a quibusdam Pſ. XCI. 3. XVII. 4. XXII. 22. de Satana explicari videas; quae infirma argumenta rem in ſe firmam exploratamque in ſuſpicionem adducunt, apud eos, qui huic cauſſae minus fauent. -- *Ieſaiae* vaticinia, vti rerum grauitate, & ſublimitate dictionis praeſtant, ita etiam patentiſſimum in omnem oeconomiam, eccleſiaeque N. T. regimen, proſpectum pandunt. Inſignis illa periocha, Cap. XXIV - XXVII. ſi de vlla alia periodo, quam N. T. interpretemur, vim patietur, nec poteſtatem vocum proprietatemque exhauriri, orationisque cohaerentiam adtendi, videbis. Bona, Iſraëli promiſſa, ad vniuerſum terrarum orbem redundabunt, C. XXVII. 6. ipſa haec periodus ingens annorum ſpatium complet, C. XXV. 1. terrae iſraëliticae facies deſcribitur eiusmodi, qualis ante deuaſtationem Romanorum numquam exſtitit, C. XXIV. 1 - 12. proſperitas, eam conſecutura, tanta praedicatur, quanta ante numquam fuit, C. XXIV. 23. et ſimillimus locus, Apoc. XIX. 21. XX. 1 - 3. 12. omnem plane controuerſiam dirimere videtur. Ipſorum eorum inconſtantia, qui in hoc vaticinio agi exiſtimant, vel de Babyloniis, vt S. V. D. Doederlein, vel de *Maccabaeorum* temporibus, et quidem primo et

litterali ſenſu, vti VITRINGA, quem examina
b. CRVSIVS in *Hypomn.* T. III. p. 270. ſs. vel cum
GROTIO de triſti illa deuaſtatione X tribuum, fa
cta per Salmanaſarem, vel cum b. VOGELIO d
clade, quam poſt captiuitatem babylonicam ab *An*
tiocho Epiphane, aliisque regibus Syris perpeſſi
ſunt, noſtram explicationem inſigniter adiuuat,
nec, ſi Apocalypſi ſua conſtet diuina auctoritas, ne
per omnes V. Novique T. prophetias ſpes melio
rum temporum irrita ſit et vana, quin futura quae
dam Iudaeorum, cum nulla alia gente, per to
annorum interualla, per tot diſcrimina rerum, *coa*
leſcentium, generalior conuerſio, per tot euiden
tiſſima V. T. teſtimonia, exſpectari poſſit, de vlla
alia periodo commode, ſine vi et tortura verbo
rum, explicari poterit. Praedicit igitur prophet
v. 21. Deum in exercitum ſublimem in ſublimi,
et in reges terrae, in terra, animaduerſurum eſ
ſe, vinctosque coactum iri in barathrum, et *clau*
ſtro concludendos tradi, multoque poſt *tempore*
viſitatum iri. Haec euenient Satanae, eiusque,
quibus in rem ſuam vtitur, ſatellitibus, Apoc.
XIX. XX. Antichriſti προμάχοις. Nimirum vage
et inconſtanter verſantur in his vaticiniis explican
dis, qui eadem ad lautam aliquam et internam
eccleſiae conditionem trahunt, vt IVNIVS et TRE
MELLIVS, *Bibl.* P. IV. p. 40. SNEPFIVS, noſtras,
in *Scholis in Ies.* ad h. l. qui v. 21 - 23. ſic παραφρά
ζει: "*ſunt ſane iſta triſtiſſima, verum non perturben*
tur pii, nam inter illas reip. iudaicae ruinas regnum
Chriſti, iam priſcis temporibus promiſſum, ita flore
bit, vt Meſſias dominetur in caelo et in terra: tum
omnes hoſtes, etiam reges, cogentur ſubditi eſſe Meſ
ſiae: quos, ſi volet, carceri mancipabit, & quando
volet, ſoluet: nam omne iudicium traditum eſt filio,
itaque quos a peccatis abſoluet, liberi erunt, quorum
contra

contra retinere delicta voluerit, constricti et quasi inclusi perpetuis carceribus peccati, denique aeternis illis erunt. Postremo tanta dignitas, sanctimonia Messiae erit, vt nec stellae nec hic clarissimus sol, si cum ipsius puritate conferantur, splendorem puritatemque suam tueri possint: ipse enim rex sanctissimus et innocentissimus, praeclare et magnifice omnia in conspectu omnium hominum, per suos legatos et seniores Apostolos acturus.„ -- Caput XLIX. si contextum, adiuncta, oppositionem ad gentes, et similes locos, clavim perpetuam obscuriorum, adtendas, de nulla alia re, sine manifesta verborum tortura, intelligi poterit, quam de exspectanda olim populi iudaici conuersione ad Christum, eiusque iterata in terram, aeterno foedere sancitam, translatione. (*) Malim

(*) Laetamur in hac re testimonio Jll. MICHAËLIS nulla certe ante capta opinione, sed sola tabularum sacrarum euidentia ducti, in *Comp.* C. VIII. § 108. p. 191. s. " Sunt aliqua vtriusque codicis loca, quae peculiarem rationem regni Christi ad Palaestinam, populumque Israëliticum portendere videntur. Ps. LXXII. 8. Zach. IX. 10. Luc. I. 32. s. Haec aut ad figuram referenda orationis sunt, vt Israël pro ecclesia, regioque inter Euphratem et mare mediterraneum, pro terris ponatur, ab ecclesia habitatis: aut si id bono interprete indignum, fidesque promissionum diuinarum hoc modo laborare videatur, speranda erit, reducendis olim in Palaestinam Israëlitis, Christocratia, vt Theocratiae olim subfuerunt. Quae sententia si paullo est insolentior, nihil tamen in Theologiam reliquam erroris, ac ne nouitatis quidem, inuehit: quid enim ad hanc, vbicunque demum terrarum habitabunt aliquando Israëlis posteri? Contra his reditum in terram, aeterno foedere iis donatam, tam certo promisit Moses, quandocunque resipiscent, Deut. XXX. 1-14. deque eorum ad Christum conuersione tam perspicue Paullus, Rom. XI. vaticinatus est, vt difficile sit, de reditu eorum in antiquam patriam dubitare. „

lim igitur *heroem*, v. 24. cui praeda adimetur, fortemque, cui captiui elabentur, non de Satana vt communiter statuitur, sed de Dynastis interpretari, tam ingentem ciuium, iusto titulo subditorum, numerum aegre concessuris. Nec commemorari putem Satanam, C. LI. 9. in illa ad brachium Iehouae, Messiam, acclamatione, vt induat potentiam, priscis temporibus in excisione Rahabi, Aegypti, et trucidatione Draconis, *Pharaonis*, demonstratam; nec עֲצוּמִים C. LIII. 12 Christo praedae et praemii loco tributos de Satana daemonibusque explicauerim; suo quoque loco reliquerim illam quorundam coniecturam, qui in magnifica illa descriptione, quae C. XIV. de interitu regis babylonii occurrit, respici subinde putant ad grauem illum Cacodaemonis lapsum, v. 12-16.-- Similibus locis, Ps. CIX. 6. et Zach. III. 1. 2. expressa fit mentio Satanae, eadem locutione, tam *Iudae Iscarioti*, (*) (in hunc certe solum

(*) Ingeniose Jll. MICHAËLIS: *Uebers.* ad h. l. diras illas et imprecationes, Ps. CIX. 6-19. tamquam a mansuetudine et patientia, saepius in eodem Psalmo testata, alienas et abhorrentes, hostibus tribuit, quas contra Dauidem effutiuerint, interposita voce, v. 6. *praefice* ei, INQVIVNT, impium; contra quas auxilium Domini v. 20. ss. imploret, et easdem in capita imprecantium retorsum iri praenunciet. Litteraliter quoque et grammatice de solo Dauide agere Psalmum existimat Vir Ill. Supersedemus quidem hac ratione illis *sanctitatis, mansuetudinis et patientiae* auctoris vindiciis, quae virtutes pugnare cum tantis exsecrationibus, nec cum iisdem vllo modo conciliari posse videntur. Sed impedimur, puto, ex hac interpretatione difficultatibus, adeo maioribus. Primum repugnat huic sententiae *allegandi formula*, qua nulla grauior, nulla definitior intelligi potest, (cf. S. V.

m dirae illae imprecationes conueniunt, Act. I. . 20.) quam *Iosuae*, pontifici maximo ad dexim stantis, quae quidem phrasis, si de *Deo* adhiatur, denotat, praesentem alicui esse, seruare, uare aliquem, ne moueatur, v. 31. Ps. XVI. 8. XLII. 5. Act. II. 15. defensionem alicuius suscire, Ps. CXXI. 5. LXIII. 12. *Satanas* contra praeus dicitur, ad seducendum, terrendum, impeiendum, accusandum, conatibus laboribusque sistendum. Priori itaque loco id precatur Mes-

V. D. HEGELMAIERI *Comm. hist. theol. Dem. Euang. b. Hoffmanni praemissa*, p. LIX.) a Petro adhibita, Act. I. 16. tum manifestus est in aliis locis, ex hoc Psalmo excitatis, ad tempora N. T. respectus, Rom. XI. 9. 10. Matth. XXIII. 38. Quam durum contra et abhorrens, Petrum in peruersa loci huius de Iuda interpretatione, de *inscitia* postulare, qua cum ceteris erroribus, Matth. XVI, 22. ante illam Spir. S. effusionem pentecostalem, Act. II laborauerit Apostolus, sine dubio in quadraginta illa dierum consuetudine, non quidem continua, sed saepius repetita, de morte Christi, eiusque vi et dignitate, de litteris sacris saniora edoctus, et in antecessum Spir. S. donis instructus. Ioh. XX. 22. Prima igitur parte Psalmi v. 1 - 5. de ceteris hostibus Christi, et v. 6. ss. de Iuda, antesignano et primipilo, agi videtur, nec effusae sunt illae imprecationes ex vindicta quadam priuata, sed spiritu, Zelo Dei pleno et prophetico, quales occurrunt Matth. XXIII. 14. 33. 2 Tim. IV. 14. ipso euentu in Iuda satis comprobatae. Nec consensus ille vniuersi Psalmi cum narratione Euangelistarum de morte Christi, eiusque partibus singulis, tam manifestus, tam insignis, fortuitus existimari potest aut debet. Hactenus igitur recte antiquitas Psalmum hunc *Iscarioticum* dixit, sed, mea quidem sententia, in depositione episcoporum peruerse adhibuit. VENEMAE de hoc Psalmo cogitata refert ERNESTI N. *Bibl.* T. VIII. p. 3‸8.

ſias, vt hominem, in quem tot ingentia benefic
exſtitiſſent, ſummâ perfidiâ relata, qui vel ſur
mis meritis inexpugnabilis ſit, et repudiata ſalu
miſeriam ſponte contraxerit, hoſti, *malo* iſti *κα*
ἐξοχήν, ſanctiſſime permittat tradatque, רָשָׁע עָלָיו הַפְקֵד
et Satanas, a cuius ſuggeſtionibus nefarie admi
ſis iam totus pendeat, ei adſtet ad dextram,
gide accuſando, delicta exaggerando, poenas d
bitas exigendo vrgendoque. *Ioſuae* contra ad de
tram adſtitiſſe viſus eſt Satanas viſione illa proph
tica, aduerſans, coeptis obſtans, templi repar
tionem impediens, omnem lapidem obſtaculaqu
mouens. Quemadmodum vero in omni hac cauſ
viſibilium et inuiſibilium hoſtium perpetua conſi
ſio regnat, per me ſit *Thathanais*, Syriae praeto
et *Stharbozanais*, qui reſtitere aedificationi templi
Eſr. V. 3. modo dux et fax impedimentorum hauc
adſpectabilis non ignoretur aut negetur, quo in-
citati actique ſaluberrimo operi moleſtias exhibue-
re. -- Haec ea loca ſunt, quibus in V. T. tabulis
commemoratur cacodaemon. Sunt forſitan alia,
quae cum in aliam ſententiam trahi poſſint, ſtu-
dio praetermittenda eſſe duximus, ne argumento-
rum multitudine magis, quam firmitate confidere
videamur. Sufficere vero putem ei rei probandae,
cuius gratia haec diſputauimus, nimirum noti-
tiae huius hoſtis per omnes aetates oeconomiae
V. T. confirmandae ſtabiliendaeque. Suo ſe gla-
dio iugulant Adaemoniſtae, qui illud inficiantur.
Quaenam enim ſint *Diaboli iudaici*, figmenti illius
ſuperſtitioſi origines, ſi vaferrimum eius miniſte-
rium Gen. III. exulet, ſi ſcriptoribus, *ὑπὸ πνεύ-
ματος ἁγίου φερομένοις*, 2 Petr. I. 21. ignota cenſen-
da ſit Diaboli, quam nos per omnes V. Novique
T. libros informamus, notio? Haereant, Gen. III.
1 - 15. in ſerpente naturali, reliquisque locis Hio-
bi

in ſe…

bi C. I. II. 1 Paral. XXI. 1. Dan. IX. X. Zach. III. 1. vel dramatice, vel prophetice, in ſcenam produci, vel paraſitum aulicum, vel quem non? intelligi exiſtiment, videant vero, quomodo haec omnia probent, non imperent, et cum ceteris Scripturis ſine vi, ſine hypotheſeos ſuſpicione componant? Non quidem nitimur librorum ἀποκρύφων auctoritate, non vana omni et inani, cum mentem eccleſiae iſraëliticae planiorem faciat, et aduerſarios falſitatis conuincat, Sap. II. 24. ſ. quos adeo per omnia & Gentilium et Iudaeorum teſtimonia in anguſtias redigi videas, vt nil niſi commune illud artificium effugiumque peti poſſit, quo per incertas, falſas, commentitias, abſurdas acceſſiones, rei huic illatas, ipſi cauſſae arci et principi inuidiam inſidiasque conflare contendunt. Quid igitur Iudaeorum δαιμονολογία ad nos? quis daemonum functiones, miniſteria, munera, ordines, quibus ingenium iudaicum eosdem diuiſiſſe conſtat, et in quibus recenſendis amplus eſt et copioſus *Anonymus in bibl. Daemon.* p. 49. ſs. (*) vel vlla veri ſpecie inter nos defendere auſus ſit? Ex his certe nemo facile Chriſtianorum ſapuit. Tenemur ſola auctoritate Scripturae, cui ſi idem honor, eadem interpretandi praecepta conſtant, quibus profanorum hominum ſcripta vltimae antiquitatis, a noſtro intelligendi modo remotae, aeſtimamus, conclamata eſt omnis Adaemoniſtarum cauſſa.

(*) Quis vana nomina officiaque *Gaſadiae*, *Dumae*, *Lailah*, *Schibbae*, *Metatbroni*, *Nekidi*, *Kardiaci*, *Sammaëlis*, *Scandalphoni*, *Vſielis* et *Samshaſai*. *Aſarielis*, inter Chriſtianos audiat, referat, credat?

§ V.

2) in N. T. Quamuis vero haec ita perspicua sint, vt in alium sensum interpretando non facile conuerti queant, notitia tamen huius hostis, eiusque vniuersae caussae, *luci N. T.* propria est. Hoc in vaferrimo eius ingenio detegendo, simul vero etiam in adiumentis, eius malitiae cognoscendae debellandaeque, commendandis nil facit reliqui. Haec ea periodus est, quae Dei hominumque aduersario lethale vulnus attulit. Haec omnem eius caussam ciuibus regni caelorum et cognoscendam et cauendam detestandamque praebuit, et, quemadmodum legis interuentu, peccata in ingentem cumulum aucta inualuere, miseriaque inde orta necessitatem melioris oeconomiae, et gratiosioris, et ad pacandam conscientiam salubrioris, demonstrauit, ita operum diabolicorum firmitas, multitudo, colligatio vindicem postulabat, nodo huic, plus quam gordio, dissoluendo parem. Ante vero quam singulas huius periodi partes persequemur, *generatim* quaedam praemittemus:

a) Iesus vel ex *natalium opportunitate* verus Messias commendatur, quod tempore adueniret eiusmodi, quo ad summa venisset potestas regni tenebrarum, quam, tum maximam gradum consecutam, iisdem gradibus, quibus per vniuersum terrarum orbem creuerat, iam, nouâ oeconomiâ gratiae constituendâ, decrescere oportebat. Ad nobilissimos igitur fines, quorum caussa mundum hunc intrauit filius Dei, refertur operum diabolicorum sensim destruendorum

pro-

prouincia, 1 Ioh. III. 8. (*) quae et dignitati personae, et vniuerso eius aduentus in carne consilio, maxime consentanea erat; is enim erat, per quem omnia facta essent, Ioh. I. 3. et ad quem, tamquam auctorem et dominum, summo iure pertinerent. Huius erat, abscissas ciuitatis Dei partes quouis modo, Deo virtutibusque eius digno, redintegrare, vitiisque, quibus peccatum homines deformauisset, liberare, potestatemque huius hostis frangere, quasuis adfectas, et pestifera vi et contagione laborantes partes, purgare, et sisterecoram Deo vi-

(*) Quid per *opera* Diaboli intelligi debeat, ipse Apostolus declarauit iis verbis, quae grauissimum hoc apophthegma et antecedunt et consequuntur, nimirum *peccatum*, cum omni suo teterrimo satellitio, quo stipatum incedit, cum omnibus iis machinationibus occultis apertisque, quibus hanc suam inter homines potestatem firmare, eosdem ab optimo Deo auertere, ciuitatemque suam quouis modo munire contendit. Haec per omnem orationis apostolicae συνάφειαν plana sunt et perspicua. Noua vero est et inaudita ab omni aeuo huius loci interpretatio, qua per opera Satanae intelligi debere praecipitur, praua illa Iudaeorum commenta, et absurdas opiniones de Diabolo eiusque potestate, cf. *Versuch einer bibl. Daemon.* p. 150. ss. Inucterata haec praeiudicia, et superstitiones nefandas, Christum luce Euangelii et caelestis doctrinae abrogasse, earumque absurditatem, vanitatemque declarasse, illas ex animis suorum euellendo, illorumque mentes a vano metu et inanibus terriculamentis Diaboli eiusque potestatis liberando. „ In gratiam hypotheseos haec dicta esse, nemo non videt, parumque ab petulantia abesse, qui hoc modo insultare ausit sit orbi litterato; talis vero est semper, talis sapientiae, torquendis per sophisticas nugas Scripturis, exstitit interpres et magister Anonymus.

vitii labisque expertes. In quo quidem munere obeundo ita versatus est optimus Seruator, vt iura humanitatis, tamquam nouae familiae auctor statorque, vindicaret, à quibuscunque iniuriis defenderet, caput et princeps gentis, ab tam atroci tirannide liberandae, exsisteret, quae in paradiso amissa essent, abunde et locupletissime restitueret, ipse *homo* factus, et vniuersi humani generis patronus diuinitus constitutus. Necessitatem igitur humanae naturae in Christo praeter communes illas rationes, vt peccata ab homine commissa expientur, et promeritae poenae luantur ab homine, euincit etiam haec, quod aptum fuerit et consentaneum, insolentiam Satanae, in eadem carne, quam vicisse se gloriabatur, vincendi, ita deprimere, vt humanitas, in summam inuidiam Satanae, in familiam Diuinitatis, efferretur, et ausus principis saeculi, humanam naturam sibi subiecturi, hoc modo eluderentur. "*Neque*, inquit IRENAEVS L. IV. c. 78. ad Gal. IV. *iuste victus fuisset hostis, nisi ex muliere homo esset, qui eum vicisset. Per mulierem enim homini dominatus est, ab initio semet ipsum contrarium statuens homini: propter hoc et Dominus semet ipsum filium hominis confitetur, principem hominem illum, ex quo ea, quae secundum mulierem est, plasmatio facta, in semet ipso recapitulans, vt quemadmodum per hominem victum descendit in mortem genus nostrum, sic iterum per hominem victorem ascendamus in vitam. Poterat quidem*, inquit LEO M. P. R. Saec. V. cf. Ven. I. I. GRIESBACHII diss. LL. *theoll. ex Leone M.* p. 71. *maiestas filii Dei creaturam, ad imaginem diuinam conditam, a iugo diri dominatoris sola Deitatis virtute liberare, sed non iuste amitteret originalem humani generis seruitutem tyran-*

rannus, nisi de eo, quod non sine liberi arbitrii consensione subegerat, vinceretur. „ Quemadmodum vero singulae in Christo naturae numquam separatim, sed coniunctim in vna persona Θεανθρώπȣ tam valide, tamque efficaciter operatae sunt, ita insignis illa potestas, qua non modo mari ventisque, et vniuersitati rerum, sed daemonibus quoque, extremo conatu tum vtentibus, imperauit, eminentissimae eius personae, non humanae tantum, non angelicae, sed diuinae victricis argumentum praebet haud contemnendum. Ἀυτοκρατορικῶς, interdum vero etiam summa cum humilitate et submissione, si voluntas Patris, semper potior, ferebat, in his operibus Satanae dissoluendis, versabatur alter feliciorque generis nostri parens, auspicatiorque dux, quemadmodum idem in iis, qui vestigia huius ducis premunt et persequuntur, vsu venire constat.

b) Impedita paullo est, nec facilis explicatu quaestio de *gradu notitiae Satanae* daemonumque de persona Christi, de mysterio Patris et Christi, de via modoque reparandae hominum salutis, aliisque rebus, regiminis diuini profunditates spectantibus, quas vel sanctae mentes angelicae suae curiositatis cognitionisque augendae materiem constituunt, 1 Petr. I. 12. Eph. III. 10. Generatim innotuisse malis mentibus consilium Dei de reparanda salute, exploratum videtur, nec vlli dubio obnoxium. Colligere id poterant, et debebant, ex proteuangelio, serie illa promissionum, maiori subinde luce et claritate se illustrantium, vaticiniorum admirabili ordine, quo se exceperunt, ex typis et sacrificiis, quae nisi ad hoc consilium continuo respiciatur, vix aliquid

aliquid Deo auctore digni, vix virtutibus eius consentanei continere videntur, (quid enim sumtuosissima illa pompa cerimoniarum, re familiari, et in primis pecuariae tam funestarum, ad abstergendas conscientiae labes, ad pacandos animos, et gratiam summi Numinis conciliandam valuisset?) intelligere id poterant ex rebus longe plurimis, beneuola erga homines cum omnes, tum in primis Dei reuerentes voluntate, ex bonis, quorum insignis copia in homines quotidie effunderetur, ex insigni prouidentia, è cura ecclesiae israëliticae illucescente, ex omni illo adparatu, quem consiliis suis obstare sentiret Cacodaemon. Qua vero via, quo ordine modoque tanta res fore, vt suo tempore perficiatur, Satanae incognitum fuisse videtur. A Mariae filio instare sibi, ciuitatique diabolicae periculum, qua est insigni acie, et regni sui tuendi studio, praesensisse videtur, in contemplando igitur hoc vno homine singulari, vestigiisque eius indagandis, operibus, rebus gestis, dictis considerandis, summam adhibuisse sagacitatem sollertiamque, nemo facile diffiteatur. Videntur certé daemones, insolitos bonorum angelorum motus sentientes, iam sub initium muneris Christi, et interitum regno suo intendi, et hominibus promissam salutem exhiberi, suspicantes, inuidia impleri, neruos extremae malitiae exserere, homines corporaliter obsidere, discruciare, rebus suis labantibus et diffluentibus quouis modo subuenire, et Christo resistere, iam metuere et tremere, aliaque malae caussae indicia edere. *Crucis* maxime venerandum mysterium latuisse hostem putem, quam quantum in ipso erat virium, per instrumenta et procurauit ipse, et de procurata insigniter

gniter tripudiasse videtur. Sapientiae vero diuinae, inter alias rationes maxime sublimes, hac ipsa via, redemtionis hominum et decernendae et efficiendae, obuersatam fuisse elusionem artium diabolicarum, haud temere aliquis coniectauerit. Plura quoque sunt, quae Satanam ignorasse, *Patres* et *theologi* antiquiores existimauere. IGNATIVS, vir apostolicus, in celebri illa ad Ephesios epistola, tria maxime fuisse cacodaemoni incognita autumat, 1) virginitatem, 2) grauiditatem Mariae, 3) Domini mortem. (*) Natiuitatem Christi dixit *μυςήριον κραυγῆς ἐν ἡσυχίᾳ Θεȣ̃ πραχθὲν*, quae verba dilucidauit S. V. D. WEINSDORFF in *prol. nat.* 1762. cf. ERN. *theol. Bibl.* T. IV. p. 758. ss. Qua quidem descriptione, sanctus vir rationem haud parui habendam dat admirabilis illius *οἰκονομίας*, qua filium suum omni illa humanae vanitatis pompa inanem et liberum esse iuberet. Quae ipsa res cum sapientiae diuinae vestigiis plena sit, et humani splendoris vanitatisque aperta refutatio, consiliique, quo ingressus est mundum Seruator, viua quaedam imago, et expressa effigies, vt huius intuitu de rerum humanarum vel splendidissimarum fragilitate, earumque ad comparandam veram perpetuamque felicitatem nulla vi et potestate, et admonerentur, et ad cernenda, conquirenda, amanda, admiranda inadspectabilia, manu quasi ducerentur, ita animum Caco-

(*) cf. b. Canc. D. COTTAE, hoc ipso tempore, cum haec scriberemus, beata morte obdormiscentis, *KGesch.* T. I. p. 161. (cui liceat illud *Cebetis*, quod *Socrati* decedenti dixit, adplicare; πόθεν ȣ̃ τῶν τοιȣ́των ἀγαθὸν ἐπῳδὸν ληψόμεθα, ἐπειδὴ σὺ ἡμᾶς ἀπολείπεις. cf. PLATONIS *Phaed.* p. 198. ed. Fischeri.)

codaemonis, cum nonnisi magna, elata, sublimia spectare soleat, haec quidem humilitas diu multumque suspensum haerentemque detinuerit necesse est. LEO M. hunc in modum pronunciauit: filius Dei natus est homo verus, nobisque ὁμοούσιος, natus vero est ex *virgine*, partim vt esset absque omni contagione peccati, partim vt natam humani generis salutem ignoraret Diabolus, è virgine vero *desponsata*, vt ne diabolus in virgineo conceptu, *θεῖόν τι* subolfaceret. „ Cui quidem sententiae hanc ἐπίκρισιν addidit Ven. GRIESBACHIVS l. c. p. 71. Sic ex antiquioribus multi graeci latinique philosophati sunt, secuti, vt videtur, aliquam *παράδοσιν*, quae pro rerum et temporis ingenio, hominum quorundam praeconceptis opinionibus aliquid concessit, quod ab aliis, alio in loco et tempore, non erat studiosius repetendum. „ Cum vero haec ipsa res, de gradu cognitionis diabolicae, in via modoque reparandae salutis generis humani, nonnihil lucis, vt videbimus, adfundat grauioribus caussis, de ea dispicienda integrum sit omnium temporum locorumque hominibus. Equidem hac ratione cognitionis diabolicae hac in re iustos definiri limites putem, vt nec iusto latiores cum VSSERIO, nec angustiores cum IGNATIO statuantur. Risit quidem hanc ab IGNATIO allatam descriptionem FRID. SPANHEMIVS, propterea, quod Deo omnium diabolicarum machinationum, propositum Dei impedientium aut euertentium, abolendarum satis fuisset copiae potestatisque. At in negotio salutis procurandae minime pro sola sua infinita potentia versatum summum Numen videtur, sed admirabili quodam omnium virtutum, apertius iam explicandarum, lucique hominum

...inum et admirationi exponendarum, tempe-ramento.

§ VI.

a) in *tentatione* Christi.

...am si *vitam* Christi, inter ho-...actam, adtentius paullo, vt ... percurramus, multa tenta-..., alteri huic Adamo ab Sa-... illiusque satellitibus, quorum tum, caussae ...dens, insigni copia instructus incedebat, ...rum, specimina videamus necesse est, ...ngula in ignominiam hostis, in gloriam ...oris, in abrogationem potestatis Satanae, in ... et amplitudinem ciuitatis Dei desiere, vt de ...ibus tum acceptis numquam conualiturus ...emorabili illi, et omnium, quae plenius ...r, grauissimae, sub initium muneris pro-...tae, haec subiungit *Lucas* C. IV. 13 καὶ ... πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέςη ἀπ' ...ρι καιρῶ. Vnde vitam Christi tenta-...lenam fuisse, recte concluseris, Luc. ... sed hac vice, hac victoria, qua inferior ...cessit, saucius, a Christo discessisse intelli-..., redintegrandae pugnae opportunius tem-...ue exspectandum ratus. " *Tentatio haec*, in-...it b. BENGELIVS in *Gnom.* ad h. l. *specimen est* ... *status exinanitionis Christi, omniumque tenta-...* *non solum moralium, sed spiritualium maxime* ...*, quas machinatus est Diabolus ab initio.*" De ...ima hac et praecipua tentatione *generatim* quae-...am monebimus:

1) Non in *Visione*, sed *vere* et *externe* factam esse; totius contexti indicia confirmant; mutatio loc... ter facta, in deserto, in vrbe sancta, et templi pin-

pinnaculo, in monte praealto, v. 1. 5. 8. Matth IV. et vt vere fuit in deserto, quod apud omne in confesso est, tam vere fuit Iesus in pinnacul templi, et monte. Stilus historicus ita forma tus est ab Euangelistis, vt ne vestigium quiden visionis adpareret, et somniare viderentur o mnes, qui Christum hoc loco somniasse autu ment. Verba παραλαμβάνειν et ϛῆσαι, eorum que continuus vsus in sacris litteris, repudia debere hanc fictionem, clarissime docent. Pl res tamen et nostra et superiore aetate exstit re, qui hanc tentationem Christi triplicem, i *visione*, κατὰ φαντασίαν factam esse, existimaren Iam in ecclesia veteri hanc sententiam nonnu lis probatam fuisse, GROTIVS in *Annott. in N T.* ad Matth. IV. 1. docet; fouerunt eam IOH CALVINVS, ABRAH. SCVLTETVS, THOM HOBBESIVS, BALTH. BEKKERVS, ZACH WEBBER, IOH. CLERICVS in *Annott. ad Hammondum*, qui tamen GODOF. OLEARII communis sententiae repetitione et assertione le cta, retractasse dicitur, CHRIST. THOMASIVS in thes. *de crimine Magiae*, Halae 1701. HVG. FARMERVS, Anglus, qui Christum singulari quadam ecstasi, a Deo immissa, symbolica significatione de ingentibus difficultatibus, quae ipsum in munere prophetico, iam adeundo, manerent, praemonitum fuisse statuit, quam vero sententiam, nec cum contexto, nec cum *tentationis* natura comparabilem, peculiari diss. diluit b. D. SCHOTT, de *tentatione Christi, vtrum vere et externe, an in visione facta*, Tub. 1768. Cel. BASEDOW, qui *in dem Vermächtniß für die Gewissen*, dubitanter, vt multa, pronunciat: *Die Versuchung Jesu kann im Gesichte geschehen seyn, da Jesus, der in der Jugend,*

gend, und alſo auch im Alter, an Weisheit zunehmen konnte, über die Sache der Teufel noch nicht Offenbarungen gehabt hatte. Ex his fontibus ſapuit Anonymus: *Verſuch einer bibl. Daemonologie, p. 80 - 86. Jeſus wurde in einer übernatürlichen bewirkten Vorſtellung, in einem Geſicht, in die Wüſte verſezet. Marcus ſagt: Der Geiſt habe ihn in die Wüſte hingeworfen,* (ſic vertit Marc. I. 12. Καὶ ἐυθέως τὸ πνεῦμα ἀυτὸν ἐκβάλλει ἐις τὴν ἔρημον.,) *und das ſcheint ſchon näher zu beſtimmen, daß er in einer beſondern Begeiſterung, und in einem Geſicht in die Wüſte verſezet ſei.* Quam male vero cauſſam ſuam agit adaemoniſta! ad quas ſophiſticas cauillationes deſcendunt, quorum oculi, hypotheſeos gratiâ, ad lucem Scripturae caligant! *Chriſtus ſagt zu dem Verführer: hebe dich weg von mir, Satan, v. 10. gerade ſo ſprach er auch zu Petro,* Matth. XVI. 13. *ſo konnte auch hier Satan ein Menſch ſeyn, wie Petrus Satan war.* Cum autem ad Phariſæum quendam, aut legis doctorem hanc tentationem, quod Chriſtus alibi quoque tentatus, ſed a nemine, niſi his hominibus dicatur, detorſiſſet, ſubiungit: *Wer unter dem Teufel durchaus einen böſen Geiſt verſtehet, der muß annehmen, daß Chriſtus gewußt und nicht gewußt habe, daß der Teufel der Teufel war, daß der Teufel den Sohn Gottes gekannt, und auch nicht gekannt, daß er einen menſchlichen Körper gehabt, und auch nicht gehabt habe, und daß er bei aller ihm zugeſchriebenen Liſt, im höchſten Grad tumm, und bei aller Bosheit und Verderbniß, aus der H. Schrift leicht zu recht zu weiſen ſei. Warum mag er noch nicht bekehret werden.? -- Er iſt in der That recht ſehr zu bedauren, daß dieſe dunkele und ſchwere Stelle, mit zu den ſonntäglichen Texten gewählet, und dadurch*

durch so sehr vielen Misdeutungen ausgesezt ist. Johannes hat der Versuchung Christi gar nicht gedacht, daraus folget wenigstens so viel, daß er sie für keinen wesentlichen Glaubens-Artikel muß gehalten haben. De vera et communiori sententia inprimis bene meruerunt IOH. WINKLERVS, GOD. OLEARIVS *in Obs. sacris*, Obs. XI.-XIV. ZACH. GRABIVS, SAL. DEYLINGIVS, in *Obs. sacr.* P. II. Obs. XXVII. p. 354 FRID. SPANHEMIVS, sen. *in dubiis euangelicis* P. III. Dub. LV. et b. D. SCHOTT in diss. cit. Nos ad diluendas obiectiones fontes tantum solutionum attingemus, & veræ sententiæ praesidia commonstrabimus. Diaboli sagacitati et astutiae tantum abest, vt haec tentatio refragetur, tamquam Dei filio illata, vt potius inuerti possit, & quidem ita, vt experiri voluisse dicatur veritatem vocis in baptismo auditae, Matth. III. 17. mysterii vnionis hypostaticae, et modi redemtionis non plene gnarus. Nec gloriae Christi illustrandae minus adcommodata dici potest, si ea, qnae Paullus docet, Phil. II. 6-9. recte ad animum reuocaueris, et eorum, quæ n. 4. attingemus, memineris. Nec opus est, in praesidium communis & verae sententiae cacodaemoni maximorum miraculorum confectionem, rerumque, non naturae tantum vires excedentium, sed et plane absurdarum et fieri nesciarum, tribui; *παραλαμβάνειν* enim et *ϛῆσαι* actum aliquem violentum plane in notione sua non inuoluunt, et corporis parastatici assumendi potestas bonis angelis competit, Gen. XVIII. quidni etiam malis? (*) In-

(*) b. BENGELIVS ao Luc. III. 21. haec annotat: Corporea specie adparuit Spir. S. contra et-

Ιησȣς ἀνήχθη ὑπὸ τȣ πνεύματος longe alium sensum fundit, quam illud, Apoc. I. 10 ἐγενόμην ἐν πνεύματι, C. XVII. 3. ἀπένεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι, coll. C. XXI. 10, Ezech. XI. 24· XXXVIII. 1. & illud Lucae, C. IV. 1. ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, ab illo Matthaei ὑπὸ illustratur, quare CASTELLIO bene vertit: Spiritus instinctu actus in solitudinem. Commoda illa, quae contrariam sententiam comitentur, imaginaria sunt, et cum iis non comparanda, quae communis et vera prae se fert, nec tot illius difficultates, quot illam premunt. Abductus est a Spiritu in desertum, et quidem eo consilio, vt tentaretur: videant vero, quî visionis natura cum tentationis explorationisque indole conciliari possit? Num vlla visio, ad tentandum facta, allegari possit in V. et N. T? et quam indignum id sit, quam absurdum, si Satanas illiusque ministerium ab hac tentatione excludatur, quod Adaemonistae faciunt, illas ideas, cogitationes, imagines, in visione Christo obortas, tribuere Spiritui S. tamquam harum auctori? vel ipsius Christi animae sanctissimae? aut Patri, filium tentaturo? Visionis alicuius nec volam, nec vestigium textus habet, immo historica trium Euangelistarum narratio huius rei, communem sententiam omnium optime firmat munitque. Nec quisquam, nisi praeiudiciis seruiens, ad hunc textum accedens, eundemque primo intuitu legens, de visione aliqua cogi-

etiam è regno tenebrarum *interdum* apparent *species corporeae.* „

gitauerit. (*) Multo minus *allegorice* explicanda est haec tentatio, vt a nonnullis factum esse docet C. M. PFAFFIVS, in diss. *de recta theol- parabol. et allegoricae conformatione,* p.

(*) *Sensum historicum* tentationis huius tergeminae confirmant omnia, quae contextui insunt, indicia: *ieiunium* Christi, per XL. dies continuatum, id qua ratione in somnio contigerit, vix nisi somniare velis, explicueris, cf. S. V. D. KOENERI diss. inaug. *Jeiunium Christi nec legem esse, nec exemplum propositum*, Lips. 1776. p. 3. ss. §. III. *iter Christi* in desertum, quod quid obstat, cur non proprie intelligatur? *fames*, ieiunium insecuta; *colloquium* Satanae Christique distinctum, vtriusque persona dignum, *statio* in lorica templi, *ductus* in montem, *angelorum ministerium*, escas sine dubio famis sedandae caussa afferentium, 1 Reg. XIX. 5-7. Visiones, quae prophetis, (חזים) sanctisque obtigisse leguntur in sacris litteris, ita commemorantur, vt planissime de earum ratione constet, 2 Cor. XII. 1-4. Act. VII. 55. Historica vero narratio si in visionem conuerti possit, pari artificio quascunque de rebus gestis Christi relationes Euangelistarum in visiones mutaueris. Adeo quoque omnia conueniunt in hostem, tentatorem, vt vel singula verba, singulae adgressiones imaginem mendacii patris, superbi, impudentis, arrogantisque Spiritus apertissime prodant. Hebraismum denique, quem Lucas adhibet, vnum illud adversariorum fulcrum, vt cetera, aeque infirmum et ruinosum, ἤγετο ἐν πνεύματι, bene explicat GROTIVS ad h. l. ἐν πνεύματι concise dictum docens, pro ἐν χειρὶ τȣ̃ πνεύματος, aut quae authentica Lucae expositio est, C. IV. 14. ἐν τῇ δυνάμει τȣ̃ πνεύματος. Simeon, cum in templum venisset, ἐν τῷ πνεύματι, Luc. II. 27. an in visione venit, nec potius instinctu, impulsuque diuino, a Spir. S. actus concitatusque?

p. 33. cui id vnum addimus, allegoriſtas in tentatione protoplaſtorum male excipimus, cf. Rvsii comment. *de ſerpente ſeductore*, p. 7. ſ. 17. ſs. quidni etiam in tentatione Chriſti?

2) Obſeruamus, hanc ipſam tentationem multa habere primae illi, protoplaſtis intentatae, cui infeliciſſimo fato ſuccubuere, conformia, id quod alii iam bene obſeruarunt, e. g. J. A. Majer prolixiorem vtriusque tentationis comparationem inſtituit, quam per XVI. momenta perſecutus eſt, vid. b. Antonii *Harm. der 4. Euang.* T. II. p. 4. 5. Quam de primo Adamo nactus erat victoriam, in altero perſecuturus erat Satanas.

3) Speciofas fuiſſe tentationes, quibus Chriſtum ſollicitaret, ad ea, quae a mente voluntateque Patris, munerisque rationibus, aliena eſſent, nemo diffitebitur, et eo ſpecioſiores, quo magis tempus captaret tentator, et virium, in baptiſmo Chriſto conceſſarum, menſuram & vſum experiri vellet, quo venerabilior eſſet forma, qua vel religioſi cuiusdam incolae deſerti Sinaitici, quae Ill. Michaelis in *Comp. Theol. dogm.* p. 185. vel Legis doctoris, quod τὸ γέγραπται toties ingeminaret, quae b. Bengelii in Gnom. ad h. l. vel viri gravis & opulenti, quae J. R. Rvsii *in harm. euangeliſtarum* p. 372. coniectura eſt, vel alia forma, in ſingulis congreſſibus ſubinde mutata, primum eremitae, tum angeli, denique regis, id quod *Salmeroni* viſum eſt, adparuiſſet. Credibile eſt, hoſtem valde attente obſeruaſſe, quid Jeſus ageret, et ad omnes tum internas, tum externas eius actiones, tentationes ſuas accommo-

dasse, illis, quae primo homini obtigissent, eo acutiores, quo maior esset donorum viriumque spiritualium in Christo copia, quibus ob fidem obsequiumque, in minoribus tentaminibus praestitum, ab ineunte aetate, auctus erat et delibutus.

4) Tentatio ipsa quî in Christo locum habuerit, recte quaeritur, cum a peccato immunis, et illius admittendi ob naturae sanctitatem, et inhabitationem λόγε ne capax quidem videretur? Non omnis vero tentatio vitiositatem et remotam ad peccandum proclivitatem supponit, nam ipsum Deum, optimum, maximum, ab hominibus infidelibus aliquo modo tentari posse, ad ea perpetranda, quae naturae virtutibusque diuinis minus apta essent et consentanea, plura loca ostendunt, Deut. VI. 16. Matth. IV. 7. etsi in se ὁ Θεὸς ἀπείραςός ἐςι κακῶν, Iac. I. 13. conf. WEISM. diss. *Deus tentari et tentare nescius*, p. 10. ss. Sapientiae diuinae conueniebat, talem nobis pontificem sistere et exhibere, qui nostris infirmitatibus adfici posset, nec vlli dubio relinquitur locus, quin in omnibus similiter periclitatus, sed citra peccatum, Hebr. IV. 15. hac quoque diabolicarum fraudum experientia efformaretur fidus pontifex, infirmitatibus nostris, in sua ipsius carne expertis, facile tangendus et adficiendus. Quomodo autem, inquit b. BENGELIVS ad h. l. sine peccato tentatus, compati potest tentatis cum peccato? In intellectu, multo acrius anima Seruatoris percepit imagines tentantes, quam nos infirmi: in voluntate, tam celeriter incursum earum retudit, quam ignis aquae guttulam sibi obiectam. Expertus est igitur, qua virtute sit opus ad tentationes vincendas. Compati potest,

est, nam et sine peccato et tamen vere est tentatus.,, Nec minus igitur secundo Adamo aptum erat et consentaneum, vt ea, quae prima tentatione male gessissent protoplasti, restitueret, nobisque, si a peccato discesseris, in omnibus assimilaretur. Tentatio ipsa ter et diuersis locis repetita, exemplum suppeditat verae fidei, omnia impedimenta, obstacula, illecebras, et peccati sollicitationes superantis, et victricia arma ad omnes insultus transferentis. Sic immota fide et inuicta obedientia, inexpugnabili erga verbum Iehovae reuerentia, compensauit, quibus Adamus infidelitate, inobedientia, et πανεργίας diabolicae admissione, sua in verbis Dei, indubitanter tenendis, ambiguitate, infelicissime excidisset. Christus eo consilio a Patre missus, ut operibus diabolicis plane dissoluendis, et omni terrae ab his euacuandae, daret operam, in ipso muneris, a Patre demandati, exordio, fundamenta solidissima iacturus, hoc certamen, maximi omnino momenti, cum suo totiusque saluandi generis humani hoste iniit, vt posthac minus impedite ea faceret, quorum faciendorum et abolendorum prouinciam, nobis omnino salutarem et exoptatissimam, ante iacta fundamenta mundi, in se suscepisset. Prodit igitur Christus publice, et vt ruina gentis humanae a peccato gulae, et diaboli victoria, exordium cepit, ita restitutionem Christus inchoavit a fame, et lucta cum diabolo, quo in fugam acto, victori adparuerunt angeli. Quaevis enim victoria, quoduis fidelitatis documentum noua gratia, nouo donoruw Spir. S. incremento coronatur. Nec adhuc a primis mundi incunabulis hominem, vel sanctissimum, inuenit Satanas, cui non praui quid suggerere, vim

codaemonis, cum nonnisi magna, elata, sublimia spectare soleat, haec quidem humilitas diu multumque suspensum haerentemque detinuerit necesse est. LEO M. hunc in modum pronunciauit: filius Dei natus est homo verus, nobisque ὁμοούσιος, natus vero est ex *virgine*, partim vt esset absque omni contagione peccati, partim vt natam humani generis salutem ignoraret Diabolus, è virgine vero *desponsata*, vt ne diabolus in virgineo conceptu, θεῖόν τι subolfaceret. „ Cui quidem sententiae hanc ἐπίκρισιν addidit Ven. GRIESBACHIVS l. c. p. 71. Sic ex antiquioribus multi graeci latinique philosophati sunt, secuti, vt videtur, aliquam παράδοσιν, quae pro rerum et temporis ingenio, hominum quorundam praeconceptis opinionibus aliquid concessit, quod ab aliis, alio in loco et tempore, non erat studiosius repetendum. „ Cum vero haec ipsa res, de gradu cognitionis diabolicae, in via modoque reparandae salutis generis humani, nonnihil lucis, vt videbimus, adfundat grauioribus caussis, de ea dispicienda integrum sit omnium temporum locorumque hominibus. Equidem hac ratione cognitionis diabolicae hac in re iustos definiri limites putem, vt nec iusto latiores cum VSSERIO, nec angustiores cum IGNATIO statuantur. Risit quidem hanc ab IGNATIO allatam descriptionem FRID. SPANHEMIVS, propterea, quod Deo omnium diabolicarum machinationum, propositum Dei impedientium aut euertentium, abolendarum satis fuisset copiae potestatisque. At in negotio salutis procurandae minime pro sola sua infinita potentia versatum summum Numen videtur, sed admirabili quodam omnium virtutum, apertius iam explicandarum, lucique hominum

minum et admirationi exponendarum, temperamento.

§ VI.

a) in tentatione Christi.

Iam si vitam Christi, inter homines actam, adtentius paullo, vt par est, percurramus, multa tentationum, alteri huic Adamo ab Satana, illiusque satellitibus, quorum tum, caussae male fidens, insigni copia instructus incedebat, intentatarum, specimina videamus necesse est, quae singula in ignominiam hostis, in gloriam Seruatoris, in abrogationem potestatis Satanae, in decus et amplitudinem ciuitatis Dei desiere, vt de vulneribus tum acceptis numquam conualiturus sit. Memorabili illi, et omnium, quae plenius recensetur, grauissimae, sub initium muneris prophetici illatae, haec subiungit *Lucas* C. IV. 13. *κὴ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέςη ἀπ' αὐτȣ ἄχρι καιρȣ.* Vnde vitam Christi tentationum plenam fuisse, recte concluseris, Luc. XXII. 28. sed hac vice, hac victoria, qua inferior Christo cessit, saucius, a Christo discessisse intelligitur, redintegrandae pugnae opportunius tempus exspectandum ratus. " *Tentatio haec*, inquit b. BENGELIVS in *Gnom.* ad h. l. *specimen est totius status exinanitionis Christi, omniumque tentationum non solum moralium, sed spiritualium maxime epitome, quas machinatus est Diabolus ab initio.*" De prima hac et praecipua tentatione *generatim* quaedam monebimus:

1) Non in *Visione*, sed *vere* et *externe* factam esse; totius contexti indicia confirmant; mutatio loci ter facta, in deserto, in vrbe sancta, et templi pin-

pinnaculo, in monte praealto, v. 1. 5. 8. Matt
IV. et vt vere fuit in deserto, quod apud omn
in confesso est, tam vere fuit Iesus in pinnacu
templi, et monte. Stilus historicus ita form
tus est ab Euangelistis, vt ne vestigium quide
visionis adpareret, et somniare viderentur
mnes, qui Christum hoc loco somniasse au
ment. Verba παραλαμβάνειν et ϛῆσαι, eoru
que continuus vsus in sacris litteris, repudi
debere hanc fictionem, clarissime docent. Pl
res tamen et nostra et superiore aetate exsti
re, qui hanc tentationem Christi triplicem,
visione, κατὰ φαντασίαν factam esse, existimare
Iam in ecclesia veteri hanc sententiam nonnu
lis probatam fuisse, GROTIVS in *Annott. in*
T. ad Matth. IV. 1. docet; fouerunt eam Io
CALVINVS, ABRAH. SCVLTETVS, THO
HOBBESIVS, BALTH. BEKKERVS, ZAC
WEBBER, IOH. CLERICVS in *Annott.* a
Hammondum, qui tamen GODOF. OLEARII
communis sententiae repetitione et assertione le-
cta, retractasse dicitur, CHRIST. THOMA
SIVS in thes. *de crimine Magiae*, Halae 170
HVG. FARMERVS, Anglus, qui Christum
singulari quadam ecstasi, a Deo immissa, sym
bolica significatione de ingentibus difficultatibus
quae ipsum in munere prophetico, iam ade
undo, manerent, praemonitum fuisse statuit
quam vero sententiam, nec cum contexto, ne
cum *tentationis* natura comparabilem, peculi
diss. diluit b. D. SCHOTT, de *tentatione Chri*
vtrum vere et externe, an in visione facta, Tu
1768. Cel. BASEDOW, qui *in dem Vermächtni*
für die Gewissen, dubitanter, vt multa, pronu
ciat: *Die Versuchung Jesu kann im Gesicht*
geschehen seyn, da Jesus, der in der Ju-
gend

gend, und also auch im Alter, an Weisheit zunehmen konnte, über die Sache der Teufel noch nicht Offenbarungen gehabt hatte. Ex his fontibus sapuit Anonymus: *Versuch einer bibl. Daemonologie, p. 80 - 86. Jesus wurde in einer übernatürlichen bewirkten Vorstellung, in einem Gesicht, in die Wüste versezet. Marcus sagt: Der Geist habe ihn in die Wüste hingeworfen,* (sic vertit Marc. I. 12. Καὶ ἐυθέως τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.,) *und das scheint schon näher zu bestimmen, daß er in einer besondern Begeisterung, und in einem Gesicht in die Wüste versezet sei.* Quam male vero caussam suam agit adaemonista! ad quas sophisticas cauillationes descendunt, quorum oculi, hypotheseos gratiâ, ad lucem Scripturae caligant! *Christus sagt zu dem Verführer: hebe dich weg von mir, Satan, v. 10. gerade so sprach er auch zu Petro,* Matth. XVI. 13. *so konnte auch hier Satan ein Mensch seyn, wie Petrus Satan war.* Cum autem ad Pharisæum quendam, aut legis doctorem hanc tentationem, quod Christus alibi quoque tentatus, sed a nemine, nisi his hominibus dicatur, detorsisset, subiungit: *Wer unter dem Teufel durchaus einen bösen Geist verstehet, der muß annehmen, daß Christus gewußt und nicht gewußt habe, daß der Teufel der Teufel war, daß der Teufel den Sohn Gottes gekannt, und auch nicht gekannt, daß er einen menschlichen Körper gehabt, und auch nicht gehabt habe, und daß er bei aller ihm zugeschriebenen List, im höchsten Grad tumm, und bei aller Bosheit und Verderbniß, aus der H. Schrift leicht zu recht zu weisen sei. Warum mag er noch nicht bekehret werden.? -- Er ist in der That recht sehr zu bedauren, daß diese dunkele und schwere Stelle, mit zu den sonntäglichen Texten gewählet, und dadurch*

durch so sehr vielen Misdeutungen ausgesezt i Johannes hat der Versuchung Christi gar nicht g dacht, daraus folget wenigstens so viel, daß er für keinen wesentlichen Glaubens-Artikel muß g halten haben. De vera et communiori senten tia inprimis bene meruerunt IOH. WINKL RVS, GOD. OLEARIVS *in Obs. sacris*, Ob XI.-XIV. ZACH. GRABIVS, SAL. DEYLI GIVS, in *Obs. sacr.* P. II. Obs. XXVII. p. 35 FRID. SPANHEMIVS, sen. *in dubiis euangeli* P. III. Dub. LV. et b. D. SCHOTT in diss. c Nos ad diluendas obiectiones fontes tantum s lutionum attingemus, & veræ sententiæ pra sidia commonstrabimus. Diaboli sagacitati astutiae tantum abest, vt haec tentatio refrag tur, tamquam Dei filio illata, vt potius i uerti possit, & quidem ita, vt experiri voluiss dicatur veritatem vocis in baptismo auditae Matth. III. 17. mysterii vnionis hypostaticae, et modi redemtionis non plene gnarus. Nec gloriae Christi illustrandae minus adcommoda-ta dici potest, si ea, qnae Paullus docet, Phil II. 6-9. recte ad animum reuocaueris, et eo-rum, quæ n. 4. attingemus, memineris. Ne opus est, in praesidium communis & vera sententiae cacodaemoni maximorum miraculo rum confectionem, rerumque, non natura tantum vires excedentium, sed et plane absur darum et fieri nesciarum, tribui; παραλαμβά νειν enim et ϛῆσαι actum aliquem violentu plane in notione sua non inuoluunt, et corpori parastatici assumendi potestas bonis angeli competit, Gen. XVIII. quidni etiam malis? (*

In

(*) b. BENGELIVS ad Luc. III. 21. haec anno tat: Corporea specie adparuit Spir. S. contr et

Ιησȣς ἀνήχθη ὑπὸ τȣ πνεύματος longe alium ſenſum fundit, quam illud, Apoc. I. 10 ἐγενόμην ἐν πνεύματι, C. XVII. 3. ἀπένεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι, coll. C. XXI. 10, Ezech. XI. 24· XXXVIII. 1. & illud Lucae, C. IV. 1. ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, ab illo Matthaei ὑπὸ illuſtratur, quare CASTELLIO bene vertit: Spiritus inſtinctu actus in ſolitudinem. Commoda illa, quae contrariam ſententiam comitentur, imaginaria ſunt, et cum iis non comparanda, quae communis et vera prae ſe fert, nec tot illius difficultates, quot illam premunt. Abductus eſt a Spiritu in deſertum, et quidem eo conſilio, vt tentaretur: videant vero, quî viſionis natura cum tentationis explorationisque indole conciliari poſſit? Num vlla viſio, ad tentandum facta, allegari poſſit in V. et N. T? et quam indignum id ſit, quam abſurdum, ſi Satanas illiusque miniſterium ab hac tentatione excludatur, quod Adaemoniſtae faciunt, illas ideas, cogitationes, imagines, in viſione Chriſto obortas, tribuere Spiritui S. tamquam harum auctori? vel ipſius Chriſti animae ſanctiſſimae? aut Patri, filium tentaturo? Viſionis alicuius nec volam, nec veſtigium textus habet, immo hiſtorica trium Euangeliſtarum narratio huius rei, communem ſententiam omnium optime firmat munitque. Nec quisquam, niſi praeiudiciis ſeruiens, ad hunc textum accedens, eundemque primo intuitu legens, de viſione aliqua cogi-

S 2

etiam è regno tenebrarum *interdum* apparent *ſpecies corporeae.* „

gitauerit. (*) Multo minus *allegorice* ex-plicanda est haec tentatio, vt a nonnullis fa-ctum esse docet C. M. PFAFFIVS, in diss. d *recta theol- parabol. et allegoricae conformation*

p

(*) *Sensum historicum* tentationis huius tergemina confirmant omnia, quae contextui insunt, ind cia: *ieiunium* Christi, per XL. dies continuatum id qua ratione in somnio contigerit, vix nisi so mniare velis, explicueris, cf. S. V. D. KOENI RI diss. inaug. *Jeiunium Christi nec legem esse*, n *exemplum propositum*, Lips. 1776. p. 3. ss. §. II *iter Christi* in desertum, quod quid obstat, cu non proprie intelligatur? *fames*, ieiunium inse cuta; *colloquium* Satanae Christique distinctum, v triusque personâ dignum, *statio* in lorica templ *ductus* in montem, *angelorum ministerium*, escas si ne dubio famis sedandae caussa afferentium, I Reg. XIX. 5-7. Visiones, quae prophetis, (חוזים) sanctisque obtigisse leguntur in sacris litteris, ita commemorantur, vt planissime de ea-rum ratione constet, 2 Cor. XII. 1-4. Act. VII. 55. Historica vero narratio si in visionem conuer-ti possit, pari artificio quascunque de rebus ge-stis Christi relationes Euangelistarum in visiones mutaueris. Adeo quoque omnia conueniunt in hostem, tentatorem, vt vel singula verba, sin-gulae adgressiones imaginem mendacii patris, su-perbi, impudentis, arrogantisque Spiritus aper-tissime prodant. Hebraismum denique, quem Lu-cas adhibet, vnum illud adversariorum fulcrum, vt cetera, aeque infirmum et ruinosum, ἤγετο ἐν πνεύματι, bene explicat GROTIVS ad h. l. ἐν πνεύματι concise dictum docens, pro ἐν χει-ρὶ τοῦ πνεύματος, aut quae authentica Lucae ex-positio est, C. IV. 14. ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύ-ματος. Simeon, cum in templum venisset, ἐν τῷ πνεύματι, Luc. II. 27. an in visione ve-nit, nec potius instinctu, impulsuque diuino, a Spir. S. actus concitatusque?

p. 33. cui id vnum addimus, allegoriſtas in tentatione protoplaſtorum male excipimus, cf. RVSII comment. *de ſerpente ſeductore*, p. 7. ſ. 17. ſs. quidni etiam in tentatione Chriſti?

) Obſeruamus, hanc ipſam tentationem multa habere primae illi, protoplaſtis intentatae, cui infeliciſſimo fato ſuccubuere, conformia, id quod alii iam bene obſeruarunt, e. g. J. A. MAJER prolixiorem vtriusque tentationis comparationem inſtituit, quam per XVI. momenta perſecutus eſt, vid. b. ANTONII *Harm. der 4. Euang.* T. II. p. 4. 5. Quam de primo Adamo nactus erat victoriam, in altero perſecuturus erat Satanas.

3) Specioſas fuiſſe tentationes, quibus Chriſtum ſollicitaret, ad ea, quae a mente voluntateque Patris, munerisque rationibus, aliena eſſent, nemo diffitebitur, et eo ſpecioſiores, quo magis tempus captaret tentator, et virium, in baptiſmo Chriſto conceſſarum, menſuram & vſum experiri vellet, quo venerabilior eſſet forma, qua vel religioſi cuiusdam incolae deſerti Sinaitici, quae Ill. MICHAELIS in *Comp. Theol. dogm.* p. 185. vel Legis doctoris, quod τὸ γέγραπται toties ingeminaret, quae b. BENGELII in Gnom. ad h. l. vel viri gravis & opulenti, quae J. R. RVSII *in harm. euangeliſtarum* p. 372. coniectura eſt, vel alia forma, in ſingulis congreſſibus ſubinde mutata, primum eremitae, tum angeli, denique regis, id quod *Salmeroni* viſum eſt, adparuiſſet. Credibile eſt, hoſtem valde attente obſeruaſſe, quid Jeſus ageret, et ad omnes tum internas, tum externas eius actiones, tentationes ſuas accommodaſ-

dasse, illis, quae primo homini obtigissent, eo acutiores, quo maior esset donorum viriumque spiritualium in Christo copia, quibus ob fidem obsequiumque, in minoribus tentaminibus praestitum, ab ineunte aetate, auctus erat et delibutus.

4) Tentatio ipsa quî in Christo locum habuerit, recte quaeritur, cum a peccato immunis, et illius admittendi ob naturae sanctitatem, et inhabitationem λόγυ ne capax quidem videretur? Non omnis vero tentatio vitiositatem et remotam ad peccandum proclivitatem supponit, nam ipsum Deum, optimum, maximum, ab hominibus infidelibus aliquo modo tentari posse, ad ea perpetranda, quae naturae virtutibusque diuinis minus apta essent et consentanea, plura loca ostendunt, Deut. VI. 16. Matth. IV. 7. etsi in se ὁ Θεὸς ἀπείραςός ἐςι κακῶν, Iac. I. 13. conf. WEISM. diss. *Deus tentari et tentare nescius*, p. 10. ss. Sapientiae diuinae conueniebat, talem nobis pontificem sistere et exhibere, qui nostris infirmitatibus adfici posset, nec vlli dubio relinquitur locus, quin in omnibus similiter periclitatus, sed citra peccatum, Hebr. IV. 15. hac quoque diabolicarum fraudum experientia efformaretur fidus pontifex, infirmitatibus nostris, in sua ipsius carne expertis, facile tangendus et adficiendus. Quomodo autem, inquit b. BENGELIVS ad h. l. sine peccato tentatus, compati potest *tentatis* cum peccato? In intellectu, multo acrius anima Seruatoris percepit imagines tentantes, quam nos infirmi: in voluntate, tam celeriter incursum earum retudit, quam ignis aquae guttulam sibi obiectam. Expertus est igitur, qua virtute sit opus ad tentationes vincendas. Compati potest,

est, nam et sine peccato et tamen vere est tentatus.„ Nec minus igitur secundo Adamo aptum erat et consentaneum, vt ea, quae prima tentatione male gessissent protoplasti, restitueret, nobisque, si a peccato discesseris, in omnibus assimilaretur. Tentatio ipsa ter et diuersis locis repetita, exemplum suppeditat verae fidei, omnia impedimenta, obstacula, illecebras, et peccati sollicitationes superantis, et victricia arma ad omnes insultus transferentis. Sic immota fide et inuicta obedientia, inexpugnabili erga verbum Iehovae reuerentia, compensauit, quibus Adamus infidelitate, inobedientia, et πανουργίας diabolicae admissione, sua in verbis Dei, indubitanter tenendis, ambiguitate, infelicissime excidisset. Christus eo consilio a Patre missus, ut operibus diabolicis plane dissoluendis, et omni terrae ab his euacuandae, daret operam, in ipso muneris, a Patre demandati, exordio, fundamenta solidissima iacturus, hoc certamen, maximi omnino momenti, cum suo totiusque saluandi generis humani hoste iniit, vt posthac minus impedite ea faceret, quorum faciendorum et abolendorum prouinciam, nobis omnino salutarem et exoptatissimam, ante iacta fundamenta mundi, in se suscepisset. Prodit igitur Christus publice, et vt ruina gentis humanae a peccato gulae, et diaboli victoria, exordium cepit, ita restitutionem Christus inchoavit a fame, et lucta cum diabolo, quo in fugam acto, victori adparuerunt angeli. Quaevis enim victoria, quoduis fidelitatis documentum noua gratia, nouo donoruu Spir. S. incremento coronatur. Nec adhuc a primis mundi incunabulis hominem, vel sanctissimum, inuenit Satanas, cui non praui quid suggerere, vim

aliquam in ipſius animum exſerere potuiſſet, ſi vel in ſola quadam maligna cogitatione, niſu, adfectu, libidine, verbo et menti diuinae minime conformi, conſtitiſſet; ſic ſanctae Dauidis animae potentiae ſuae et excellentiae turpi intuitu, et fiducia, ex crebrioribus victoriis nata, inficiendae, et internae illius ſanctimoniae obfuſcandae, corrumpendae, adulterandae ſtuduit, 1 Paral. XXI. 5. ſic in Hiobo, quamuis תָּם וְיָשָׁר וִירֵא אֱלֹהִים וְסָר מֵרָע id eſt, integer ſcelerisque purus, probus, religioſus et a maleficiis abhorrens eſſet, multa inuenit, multa habuit Satanas, quæ carperet, et pietatis fucatae inſimularet. Obſtitit igitur his tentaminibus, his non ſine aliquo ſucceſſu per omnia ſaecula continuatis moliminibus, per Dei gratiam, ſuos numquam deſerentis, ſaepius omni fructu fruſtratis, ſanctiſſima Ieſu anima, in quam nil poſſet, nil valeret, cui adeundae et penetrandae ne latus quidem, ne volam, ne veſtigium videret, et a qua non pauca aut parua, regno ſuo funeſtiſſima, pericula ſentiret, metueret, praeuideret. Agebatur ipſi de regni, latiſſime adhuc patentis, et per omnem terrarum orbem diffuſi, defenſione, de fortunarum, infeliciſſime partarum, praeſidio, quarum iacturam et inclinationem non obſcure perſentiſceret. Nil itaque non expertus eſt, nil intentati reliquit, quod huic ſecundo Adamo funeſtum eſſet, et illius ſuperandi venenoque ſuo inficiendi aliquam praeberet occaſionem. Fiducia igitur in Patre vt vacillaret, vt fidei immota vis frangeretur, vt dubium de filiationis praerogatiua iniiceretur, et quocunque modo in cribrum acciperetur, omnia tentauit, et diuerſis vicibus experiri voluit. Non itaque video, quid filio Dei ἐνσαρκω-

θεν-

θέντι, salua diuina maiestate, indecorum fuerit, cum hoste, suo et fratrum aduersario, congredi, et destructionis regni diabolici initium iure victoriae facere. Abhinc quatuor fere mille annorum spatio vnicam adesse animam, vel vnum hominem, cui per omnia cedere deberet, aegerrime tulit inflatus et tumidus hostis, qua ipsa re fundamenta regni sui funditus concussum iri, immo suo tempore plane abolitum, summa animi aegritudine praesensit, atque ita exordium fieri coniunctionis illius, et ἀνακεφαλαιώσεως τῶν πάντων ἐν τῷ χριστῷ τῶν ἐν τοῖς ȣρανοῖς καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, Eph. I. 10. multa cum indignatione vidit. (*) Postrema denique non

(*) Loca similia, Eph. I. 10. Col. I. 20. in quibus per sanguinem crucis pacificationem factam esse cum caelestium, tum terrestrium, contendit Paullus, exponi de *Deo* et *hominibus*, per Christum reconciliatis, vetat ipsa orationis forma, qua multitudinem intelligere iubemur, nec cum Theod. Beza in N. T. Genevae 1590. p. 378. de coetu animorum beatorum, et de fidelibus V. T. explicuerim, propterea, quod ecclesia militans et triumphans, numquam discors, nulla reconciliatione indiguit, quae nec *mysterii* nomine, Eph. I. 9. veniret, nec augustam hanc formulam cum VV. VV. Ernesti in *prol. pasch.* 1765. *de* ἀνακεφαλαιώσει *caelestium et terrestrium*, aut W. A. Tellero, *WB.* p. 238. de coniunctione Iudaeorum Gentiliumque in vnam ecclesiae societatem, intelligi velim, quamuis scopus, et contextus epp. huic interpretationi fauere videantur, sed de ea maxima et sollemni coniunctione, inter excellentissimos caelorum incolas, et terrae ciues, facta, qua partes, per peccatum quondam auulsae, sub vno eodemque capite iam militare, in vnam fraternam quandam consociationem coalescere debebant. Adiuuari hanc interpretationem pu-

non quidem pondere, sed ordine ratio, c filius τῆς ἀγάπης huic certamini exponeretu haec fuit, vt fratribus et fidelibus, doctoris v stigia apte prementibus, daret exemplum et sp cimen, hostis huius fortiter debellandi, fra dum illius aperiendarum et auertendarum, conatuum, qui varii sunt, et fere infiniti, r cte depellendorum, omnique fructu euentuq d

putem continua Scripturae loquendi consuetudi ipsoque contexto, quo amica haec angelorum h minumque consociatio sub vno Capite, Chri exemplum et norma commendatur illius alteri quae inter Iudaeos Gentilesque vna fide, vno ritu, in vnum idemque corpus spirituale coali ros, obtinere debeat. Consilio igitur vtriusq epistolae bene conuenit, gentibus insigne ill beneficium in Euangelio, ipsis ex gratiae ine haustae abundantia delato, commendari, eosdem que, vt recto legitimoque vsu tanto se benefici dignos praestent, admoneri: ea iam viui tempora, quibus nulla amplius vigere debeat inimicitia, nulla diffidia, nullum ob disparitatem religioni odium, caelum et terram coniungi, omnia i mutuos amplexus ruere, homines in caelestibu non amplius male audire, Luc. II. 1 - 14. Gentile Iudaeosque in vna ecclesia consociari. Haec ma xima tantique momenti res, quam in illa disiu ctione caelestium terrenarumque mentium, pe tot annorum internalla, subinde exulceratâ et fe re insanabili factâ, vix aliquis exspectare au sit, adpellatur iure meritoque μυστήριον, res an te ignota, quae patefiat potentatibus in caelis C. III. 10. Meo quidem sensui, quo alio alios abu dare facile patior, meo gustui alienum videtur e durum, sublimem augustamque hanc formula in minutum aliquem sensum deprimi, nec vsu sanctae linguae, omnibus omnium temporum lo corumque hominibus necessario intelligibili con sentaneum, et τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς de Israële τὰ ἐπὶ τῆς γῆς de Gentilibus exponi.

τα

lefraudandorum. Eph. VI. 12. 17. Nulla adeo entatio datur, contra quam fideles non possint inc et arma sumere, et rationem pugnandi liscere.

§ VII.

In tentatione ipsa considerabimus *pus*, *loca*, *tentationem ter factam*, continuatur. *ma*, quibus vicit Christus, et *bona*, ae hanc victoriam consecuta sunt. In illis e- n varias diaboli μεθοδείας conspicias licet, in s ordinem modumque, quibus eluduntur.

) *Tempus* captauit Tentator, qui cum vidisset, ad obeundum munus initiatum esse Christum, de beneuola erga se Patris voluntate et adiutorio certum, tam insigni Spir. S. donorum augmento nobilitatum, suarum partium esse duxit, experimentum capere tot virtutum, Mariae filio concessarum, nec refragabantur rationes oeconomiae diuinae, filium, alterum Adamum, exponi his tentationibus, vt summus in Patrem amor, infracta prouidentiae eius fiducia, admirabilis animi constantia, his ipsis speciminibus testatior fieret et illustrior. Sic gratiae diuinae sensum comitari solet fidelitatis nostrae experimentum, liberique arbitrii exercitium. Christus de sua destinatione persuasus, per vaticinia V. T. recentemque reuelationem edoctus, se esse eum, ad quem omnium promissionum diuinarum summa, vniuersitatisque rerum dominium et haereditas pertineret, cui Patris gratiosum auxilium numquam defuturum sit, si quidem firmo obsequio, infracto animo, illibata spe fideque animum eius expugnarit, ho-

hominibusque, quibus summo iure infensus
set, conciliarit, quibusuis sollicitationibus
perior factus εὐδοκίαν in hominibus restituit
xitque, potestateque patrandorum miraculo
numquam sine nutu Patris vsus, ad Patrem
mnia, ad se suamque gloriam nihil re
Hanc fidem sollicitat hostis, regni breuiori
gratiori via adipiscundi rationem aperit, o
taque in propriam vtilitatem edenda exqu
nil denique praeterit, quod ad animum Ch
ad quaedam adpetenda, faciendaque, Pa
muneri, destinationi aduersa, flectendum
quasi obliquandum facere possit. Ieiunii
XL dies continuati (*) conscius, cum vim
nessitatesque naturae sentire Dominum anim
uerteret, egregiam occasionem ratus, soll
randae Christi in Patrem fidei, quam indign
id sit, ostendit, filium Dei esse, rerumque
mnium Dominum haeredemque, et torque
fame, vel lapidum in panem vertendorum c
piam suppetere, nec illâ vti, eaque re filiati
nis diuinae documentum sistere apertum ma

(*) Ieiunii huius indolem diligenter ab Euangeli
narratam esse, facile omnes vident, vt non ta
tum in abstinentia ab certo quodam ciborum g
nere, aut parciori copia, sed in plena ἀσιτ
et ab omni omnino cibo et potu abstinentia c
stitisse adpareat. Lucas alteram illam exposit
nem quasi praeuersurus sollicite addit, οὐκ ἔφ
γεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις et Matthae
omnis calumniae vitandae caussae, ipsas no
ieiunando transegisse Christum narrat. In nostra
quidem naturam non cadit ἀσιτία eiusmodi
nec tamen ab humana plane alienam esse, Mos
Exod. XXXIV. 28. et Eliae, Reg. XIX. 8. exem
pla docent. cf. S. V. D. Koerneri diss. cit.

ſeſtumque. Fames, acuta quaedam tentatio, ſaepenumero opportuna exſiſtit occaſio, homines ad diffidentiam erga Deum, eiusque πρόνοιαν, ad varia molimina proprii ingenii auxiliique, ad animorum diſtractionem, occupationum inanium confuſionem, variasque tergiuerſationes compellendi, ſpem amoremque hominum erga Deum, omnium bonorum fontem, auertendi, aut certe expiſcandi. In hoc turbulento animorum ſtatu, in his ſibi auxiliandi ſtudiis, viriumque ſuarum fiducia, quid lucretur Satanas, dici non poteſt. Vitia haec, hominibus familiaria, eorumque culpam immota ſua fide, et inexpugnabili obſequio diluit Chriſtus, et quaſi præſtitit.

) In *locis*, quibus tres inſultus contigiſſe narrantur, nil praecipui momenti quaerimus. Nec quicquam valde obſtat, tergeminam hanc tentationem per intervalla diſtingui, quemadmodum nec eodem tempore, nec iisdem locis euenisse conſtat. Lucas hanc ſententiam adiuuat, qui Chriſtum, Spiritus S. inſtinctu actum in deſertum, per XL. dies tentatum eſſe contendit. Occaſione igitur famis, et hinc ortae tentationis, etiam ceterae, quae tam facile anteceſſiſſe, quam ſubſecutae dici poſſunt, referuntur, quare idem Euangeliſta, dum ordinem Matthaei immutat, conſecutionem earum, qua ab Matthaeo commemorantur, non neceſſariam eſſe innuit. Mea igitur ſententia tentationum prima, quae occaſione et in documentum veri ieiunii referebatur, vltima eſſe poterat, quae quoad tempus contigiſſet, et cum hac coniuncta intelligitur angelorum adparitio, ex mandato diuino eſcas adferentium. Nec τότε

et

et πάλιν, Matth. IV. 5. 8. repugnant, si
terae illae tentationes, plus temporis p
lantes, intra XL dierum interuallum ponan
Hac sententia stante illud παραλαμβάνειν I
thaei, v. 5. et illud ἄγειν Lucae, v. 9. rap
per aërem, et indignum persona Christi,
vllo modo probabilem, multo magis supe
caneum reddunt, nec quicquam rationis c
trigam harum tentationum intra paucarum
rundam horarum spatium coarctari. π
ψεις et ὑστερώσεις eiusmodi plures dantur in
angelistis. Diuersa vero *loca* arguunt ani
Satanae, in quasuis occasiones fidei no
sollicitandae intentum. *Desertum*, et quidem
prie tale, ἦν γὰρ μετὰ τῶν θηρίων, Marc. I.
nec cultum nec habitatum, sed hosti qu
patens, petebat Christus, sanctis contem
tionibus animum pasturus, singulari qua
communione cum Patre fruiturus, precum
dori vacaturus, strepitum mundi vitaturus,
ad obeundum grauissimum munus rationes c
Patre initurus. His consiliis apta erat solitu
impuris nefandorum criminum, puris integ
que sanctissimarum exercitationum officina.
hac supplicationibus vacare, Matth. VI.
hac se praeparare licet ad grauissima mun
Luc. I. 80. in hac gratiae instrumenta & v
sima et sanctissima formari videas, eandem
ro hosti tentationibusque eius peruiam
numquam obliuiscaris. *Vrbs sancta*, Hier
lyma, Es. XLVIII. 2. Nehem. XI. 1. ten
que *lorica*, LXX. στεφάνη, Deut. XXI
altera tentationis scena sistitur, variis sen
tiis obnoxia, quas vide in C. M. PFAFFII
ad Matth. h. l. Non enim intelligi potest cul
templi, aureis verubus consitum, nec port

regia, ad partem auſtralem templi ſita, de qua proſpectum prauiſſe refert *Ioſephus* in vallem tam profundam, vt ſine vertigine nemo in eam potuerit deſpicere, ſed excelſior quaedam templi pars, in tecto, vt GROTIVS exiſtimat, ornatûs cauſſa addita. Nec ſancta adeo loca, cultui diuino deſtinata, fugit hoſtis, in quibus, vt b. BENGELIVS annotat, praeſidium angelicum maxime ſperandum videri poterat. Tertium denique tentationis theatrum *mons* erat. Montes ſaepius adparitionibus diuinis et cultibus, Exod. XX. Deut. XXIV. 1. Ez. XL. 2. Matth. XVII. deſtinabantur, quem morem ſimia Dei in Gentilibus imitatum eſſe, in promtu eſt. Satanas igitur vbique tentat, Num. XXIII. 13. 27. Chriſtus quoque vbique tentatus eſt, omnibus locis, quibus poſtea munere functurus erat.

3) In *prima* et *ſecunda* tentatione, Chriſto dubitationem iniicere videtur de filiatione eius diuina. Et dubitat Satanas, et in dubitationem conatur adducere, vera eripere, falſa perſuadere. Conditione ſollicitat, quae de caelo, Matth. III. 17. abſolute et ſimpliciter pronunciata erant. Commune hoc antiqui veteratoris artificium, et cribrum omnium frequentiſſimum, cui inprimis primi parentes ſuccubere, vt dubitationem de verbo Dei, promiſſionibus, minis, monitis, hortationibus iniiciat, animumque, maxime ſi nulla πληροφορίᾳ τῆς πίστεως praeditus ſit et vacillet, veritatis poſſeſſione, confeſſione, fructu et ἐνεργείᾳ deturbet, confuſione ἐννοιῶν et idearum faſcinet, lucem mentis obfuſcet, tenebras, tenebrarum princeps, obuertat, mentem è gyro rationis, fidei, obedientiae deiiciat, ad auxilium, ſibi ipſi ferendum, ſolicitet, voluntatem

tem propriam, nulla voluntatis diuinae habi ratione, confirmet, fiduciam sui suarumque v rium excitet, id quod in Iesu quoque tenta non erubuit. In *secunda* tentatione, ad teme tatem prouocat Dominum, vt extra vocationem munus, fines, diuinitus praescriptos, orbitam que vagetur, et nulla necessitate, nullo vsu ctus, è templi pinnaculo praecipitem se aga hoc modo filium se Dei declaraturus et vin caturus. Hoc quoque consilio interpretem ag Scripturae, sed omnium pseudhermeneutaru coryphaeum et ducem, Scripturam tam *in fal* adplicatione, quam in omissione peruertentem et fraudum suarum, vel inuitam, *ministra* reddentem. Agnoscere videtur Satanas Script rae auctoritatem omnino irrefragabilem, se male adhibet, pessime interpretatur, peruer adplicat, et communi omnium *ministrorum* suorum more torquet, suisque *libidinibus et* diabolicis conatibus seruire cogit. Et *hoc quo*que artificio saepissime iam vsus est Satanas, et vtetur amplius, homines a destinatione, of ficio, vocatione auertendo, et impellendo, v aliena adpetant, alienis se immisceant, ἀδ' ἀλλότρια prouolent, extra oleas vagentur, finibu diuinitus praescriptis, non inhaereant, sequ contineant, peruerse Scripturam adplicent, ean non ex Scriptura interpretentur et concilient vt ea, quae studiis et gustui conformia videan tur, auide arripiantur, reliquis praetermissis et ne digito quidem tactis, faciantque ex S. S cothurnum, omnibus peruersitatibus, praui studiis et adfectibus, praeiudicatisque opinio nibus adcommodatum, et misceant quadrata rotundis. In *tertia* tentatione Satanitatem ver prodidit Satanas, superbiam, intolerabilemque

arro

arrogantiam, proprium mentis animique characterem. Qua fronte, qua animi impotentia, qua magniloquentia et ſesquipedalibus verbis ſui adorationem petit ὁ κοσμοκράτωρ, et nefarius vſurpator? Quae enim maior fingi excogitarique ſuperbia poteſt, quam regna, ſi vel ea ſola ſint, quae Dauidis Salomonisque temporibus ad populum iſraëliticum pertinuiſſent, et peculium veri Meſſiae conſtituiſſent, vel omnia regni mundi, imperium romanum maxime, in omnibus terrae partibus diffuſum, pro vno adorationis actu, id munus agnoſcentis, offerre. Prius ex Luca valde probabile, aſſumit S.R. D. ERNESTI *N. Bibl.* T. I. p. 306. alterum interpretum permulti, qui omnes quaeſtioni locum dedere, quî omnia regna mundi eorumque adparatus, gloria, magnificentia, ἐν στιγμῇ χρόνου, Luc. IV. 5. repraeſentari potuerint. Vi quadam magica id factum eſſe, ſuſpicatur STACKHOVSE, *Lehrbegriff* T. VI. p. 85. n. *. HEVMANNVS tabula quadam picta, mappis noſtris geographicis ſimili, in diſs. *Geographia Chriſtum tentantis diaboli, Göttingae 1734.* GROTIVS per imagines, a daemone effictas, quae εἴδωλα Graeci vocent. Quicquid vero ſit, repentina haec repraeſentatio acuta erat tentatio, cui noſtra infirmitas & ambitio certo certius ſuccubuiſſet. Regna hic offert, eademque omnia mundi, quae alias clientibus ſuis dare ſolet minutatim, Apoc. XIII. 2. Habuit certe Satanas in his, digito forte monſtratis regnis, quae tum caeli circuitus, in monte late patens, complecteretur, reliquis vel per indigitationem vel enumerationem oſtenſis, aliquid poteſtatis, in hominum defectione a Deo, in peccatis et vitiis, in ſuperſtitione et idolorum cultu fundatae, ſed tamen

 horum

horum iusto et legitimo dominio non ita se a
dicauit Dominus, quin ea per filium, veru
haeredem, recuperaret, eique cum plena potes
te in ditionem traderet, vt illi gentes in hae
ditatem, orbis fines, quaqua patent, in poss
sionem cederent; Ps. II. 8. Matth. XXVIII.
quod aliquando actu euenturum esse, verbu
propheticum declarat, Apoc. XI. 15. ἐγένετ
βασιλεία τοῦ κόσμου τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ τοῦ Χρ
αὐτοῦ καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τοὺς αἰῶνας τῶν αἰών
Non itaque per pactionem, sed per victoriam
passione et morte legitime partam, regna ha
et quicquid sibi arrogauit in illis potestatis,
ripientur diabolo, cuius excellentissimi oper
fundamenta, in hac tentatione et victoria, fo
dissime iacta esse a Christo, forti illo longe v
lentiore, quis inficias iuerit? Atque ita omne
artem, omnium machinationum vim et μεθ
δείας consumsit Satanas, per omnia genera vi
ctus, semper inferior, numquam superior; sic
omnia ignita tela Satanae in ipsum retorta, e
in ipsius perniciem versa videas. Omnibus e
nim telis consumtis, victus hostis totus victu
est.

4) Iam videamus *arma*, quorum ministerio ta
lethale vulnus accepit Satanas? Non pro ea, q
pollebat, diuinae naturae maiestate et potest
te, qua sapientissime abstinuit, κενώσας ἑαυτό
Phil. II. 7. non eminenti suo dominio, non
vi, qua uti potuisset, sed exemplum praeue
tisset, cum Satana agit Christus, sed ἐν ὁμοιώ
ματι σαρκὸς ἁμαρτίας, Rom. VIII. 3. et fratr
bus per omnia similis factus, certamen hoc i
iit, et felicissime absoluit. Propositum erat D
mino, inquit HIERONYMUS, *humilitate diab*
In

lum vincere, non potentia. Cum adhuc Satanas de Ieſu, vtrum filius Dei ſit, videatur dubitaſſe, et perſonam plane venerabilem egerit antiquus ſerpens, tamquam merus homo cum homine certauit, cui cum per omnia cedere neceſſe eſſet, longe maiori pudore ſuffuſus multa habebat, quibus erubeſceret. Contra tot inſultus, quaſi vnus è multis, ad verbum ſcriptum alligatis, ſolum ſuum γέγραπται, quod ter ingeminauit, tenet Chriſtus, vbi inſignis eſt b. BENGELII nota, " *Non prouocat Ieſus ad vocem de caelo locutam, non reſpondet ad argumenta tentatoris, aduerſus concluſiones eius tenet Scripturam ſacram, eiusque τὸ ὅτι. Erga homines non ſaepe allegauit Ieſus Scripturam, ſed dixit:* dico vobis. *Aduerſus Satanam vnice illud dicit: ſcriptum eſt, id eſt quisquis ego ſum, certe illud teneo, quod ſcriptum eſt. Omnes ſententiae, quas proferebat, etiam per ſe erant indiſputabiles, et tamen tenet illud: ſcriptum eſt. Quo ipſo etiam exprimit, nunc ſe adeſſe, eum, qui Scripturae eſſet ſatisfacturus: oſtenditque Scripturae grauiſſimam auctoritatem, ipſi Satanae irrefragabilem.* „ Nominatim vero acuta tela Satanae acutiſſime retorquet Scripturarum Dominus et auctor, ex Deut. VIII. 3. non ſolum pane viuere hominem, ſed etiam ex eo omni, quod ex ore Iehouae proficiſcatur. Conuenienter ſatis hoc dictum allegabat, in ſimili caſu, in fame populi, ex Ægypto egreſſi, pronunciatum, Deut. VIII. 3. quo ignitum hoc telum Satanae ſapientiſſime retudit, tot de rebus neceſſariis, et ad hanc caducam vitam ſuſtentandam vtilibus nobis prouidendis, haberi promiſſiones diuinas, vt illarum fiducia fretus in hac ſua fame, illiusque exſtinguendae ſedandaeque modo, in voluntate Dei acquieſcat, nil ipſe

moliatur, nil tentet, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησ-
μενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Phil. II. 6. Re
GROTIVS in *Annotat.* ad h. l. *in omni mand*
diuino, siue generali, siue speciali inest, aut expr
sa, aut tacita promissio rerum necessariarum. C
teroquin verbum Dei ea vi, ea dulcedine,
nutriendi et satiandi vi esse persusum, vt n
internus tantum homo eam persentiscat, sed
terno quoque αὐτάρκειαν adferat, haud obsc
significare videtur. Homo, in spiritu constitu
vt Iohannes, Apoc. I. 10. vt Moses, Ex
XXXIV. 28. vt Elias, 1 Reg. XIX. 8. contemp
tioni rerum sacrarum et diuinarum intentu
precum ardentissime ad Deum fundendarum
dio vacans, et in sacris vigiliis et lucubrat
nibus detentus, tanta suauitate, verbi que diu
gustu perfunditur, vt ciborum et potûs per a
quod tempus obliuisci possit. Quis enim γευσ-
μενος καλὸν Θεοῦ ῥῆμα, Hebr. VI. 5 et vera
communionis cum Deo vsui et fructibus inten-
tus, quoad animam et corpus, non satietur? (*)
Altera responsio: *Deum non tentes*: eximiis se
tentiis fœcunda est. Intelligitur inprimis, ten
ta

(*) Haec cum dicimus, non eo consilio fit, vt in s
cietatem illarum argutiarum veniamus, quas
trum multi in explicatione ἄρτου ἐπιουσίου orati
nis dominicae cumularunt, indignam petition
reputantes, quae pro sustentandi corporis ad
mentis Deo offeratur. Quare per ἄρτον ἐπιούσ
panem sacramentalem, seu illum salutarem
caelestem animi cibum, qui in S. Coena exhib
retur, intelligendum esse existimarunt. Dig
tati illi et existimationi, quam ex sententia P
tonicorum *corpori* humano detulere, consentan
opinio, corpore humano in se, et sua natura s
ctato, ab inhaerente vitiositate peccati, cogit
tione male seiuncto et distincto!

are Dominum nil aliud esse, quam potentiae, apientiae, bonitatis, veracitatis diuinae experimentum quaerere inordinate, non contentum esse documentis, et promissionibus diuinis iam latis, vocationis suae limites migrare, negligere ordinaria media, ordinationem Dei praesumtione ac fiducia propriae sapientiae inuertere, iuuandi media, tempus, modum Deo praescribere, maiora viribus suis sine verbo et mandato diuino conari, periculo non necessario sese exponere, sub spe et exspectatione extraordinariae conseruationis, Exod. XVII. 2. Num. XIV. 22. Ps. LXXVIII. 18. 19. XVI. 14. Act. XV. 10. 1 Cor. X. 9. Vltimam Satanae tentationem non iam simplici responso, sed seuera potius obiurgatione excepit Christus. ὕπαγε σατανᾶ! Zeli et generositatis plenissima obiurgatio! Ob enormem postulati indignitatem commotiore animo auersabatur et reiiciebat Tentatorem, quem adhuc non sine molestia tolerauerat, et ab eo se circumduci permiserat. Quem angelus ne bonus quidem et insignis postulauit, immo accipere detrectauit, Apoc. XXII. 8. eum sibi impudentissimus hostis arrogat, adorationis cultum, qui quam iniurius sit in pietatem, soli Deo adorando debitam, declarauit Dominus, ex Deut. VI 13. *Tentasti*, inquit b. BENGELIVS *in Gnom. vt explorares, quis ego sim, et ego tibi dico, quis tu sis.* Tentatorem, quum is maxime fauere vellet, et regna mundi in possessionem offerret, *Satanam* adpellat. Quid igitur moliebatur hostis, vt anima Iesu abalienaretur a Deo, et a fiducia et obsequio erga voluntatem ac regimen eius super omnia? Quis idololatriae auctor sit, statorque, fons et principium, ex hoc arrogantissimo postulato coniice-

re licet, quo a Iesu ipso adorationis cultum in pudentissime petere non erubuit.

5) Victoriam hanc, quae *consequebantur*, *bona*, regnum Dei, *mala*, si regnum tenebrarum spectes, illustria fuere et notabilissima. Quam val de ima eius fundamenta concussa sint, adpar inde, quod perdendi diaboli, et euertendi illi regni initium mox fecerit Dominus, et glori sior victoria Christi sit, hostem vincentis, saeculis grassatum et confisum. Ipsa enim Da monia mox videntur sensisse, et experientia di cisse, quis esset Iesus, nam Sanctum Dei, Chr stum, filium Dei adpellant, Luc. IV. 35. 4 quae vero, cum indignum fuisset, Apostoloru munus obire, obmutescere iussit. Quanta qua so commotio, quae perturbatio, quam insigni rerum catastrophe facta sit in regno tenebrarum oportet, quotidie relationibus certis in eo incre- brescentibus et frequentatis, non posse resisti spiritui, in I. C. operanti, nil suas vires, vi- cunque conquisitas, confortatas, coniunctas, et adhuc validissimas, valere contra potestatem inuictam, quae in I. C. resideat, è singulis tri- umphis, è singulis tentationibus ampliori gra tiae et donorum spiritus copia auctiorem et locu- pletiorem, Luc. IV. 14. 15. 18. id quidem omi nari diuinareque non est difficile. Hinc plen illa potestas, qua imperauit daemonibus, v praedicare posset:

Quid illa sanctis semper aduersa et Deo
Hostilis Erebi dira pallentis lues
Non pulsa, nostris legibus mortalium
Habitata linquit pectora, et vocem tremit?

GROTIVS in Trag. *Christus patiens*, p. m. 6.

Cum

Cum LXX. discipuli, viam Domino aperturi, ab annunciatione aduentus regni caelorum rediissent, cum gaudio eiectionem daemoniorum, nomine Iesu factam, testati, Christus, ἐθεώρουν, inquit, τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα, Luc. X. 18. sine dubio inclinatae rei et laboranti subventurum, et per minores hos, forti superiores, quam maxime pudefactum, et λύσιν suorum operum, 1 Ioh. III. 8. aegerrime ferentem. Expeditior hoc modo via Christo pandebatur, in exordio officii mediatorii, in perficiendo opere, ipsi a Patre demandato, ad obtinendam summam gloriam, cum dignum se praestitisset, qui caput et princeps fidelium, rerumque omnium dominus designaretur, et cuius potestati rerum creatarum vniuersitas subiiceretur. Fide, et obsequio, fiducia in Deum infractâ, vicit ὁ τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τελειωτής, Hebr. XII. 2. Victus hac ratione Satanas, captiuos retinere amplius non potuit, quo minus e tenebris erepti illuminarentur, et in potestatem legitimi Domini redirent, non quidam ita, vt non adgredi eos, inuadere, sollicitare posset, sed praesidio fidei tecti munitique, singulis eius telis retundendis pares essent, eaque omnia in ipsorum commoda vergerent. Rom. VIII. 28. Luc. XXII. 32.

§ VIII.

b) *in morte Christi.*

Altera insignis *periodus*, qua potestas Satanae in mundo, vitiis sceleribusqve tam fœde deformato, circumscripta est, in *morte* Christi contigit, in cuius rei fidem illustria quaedam documenta enarrabimus. Fatale erat Diabolo νῦν il-

illud longe maximi momenti, Ioh. XII. 31. I
vt adpareat, rem paullo altius repetemus. F
stis diebus paschalibus, cum ingens hominu
multitudo Hierosolyma confluxisset, Christo ia
Bethaniae a Maria ad sepulturam libra pretio
vnguenti spicatae nardi perfuso, v. 1 - 11. et Hi
rosolyma sollemni modo, ingentibus populi accl
mationibus, ad expugnandam ciuium fidem a
tentionemque ingresso, v. 12 - 19. Pontificib
de eo tollendo necandoque consilia ineuntibus
conspirantibus, v. 10. 19. contigit, vt *Graeci* qu
dam videndi adeundique Christi potestatem a Phili
po sibi fieri expeterent. Ἕλληνες hi videntur fui
proselyti ex gentibus, Hierosolymam faciendoru
sacrorum caussa profecti, v. 20 - 22. quos spe
potiundorum bonorum terrenorum in imperi
Christi, proxime stabiliendo, futurorum, illexe
rat, fore, vt venirent in huius speratae felicita
tis et abundantiae communitatem, aditu ipsis ad
Christum, iam publice *regem israëlitarum* saluta-
tum, v. 13. ss. ipsiusque sermones patefacto. Re
ad Dominum delata, respondit, instare tempus,
quo futurum sit, vt tenuitas humilitasque filii ho-
minis amplissima gloriae praemiorumque repor-
tandorum copia remuneretur, in eo potissimum
conspicua, vt qualis quantusque sit, non a Iu
daeis tantum, sed alienissimis gentibus agnosca
tur. v. 23. Hoc sibi aerumnarum laborumqu
praemium propositum esse a Patre, Esai. LIII. 10
s. Viam vero huius regni suauitatum adipiscunda
rum non aliam esse, quam quae exantlandis mole
stiis, contemnenda morte, profundenda vita cer
natur, tam quoad se, principem, quam eos, qu
sui, ducis, vestigiis instituri essent. v. 14 - 26
Etiam se, addit, naturali vitae praesentis deside
rio teneri, mortisque, quam praesentiat, *horror*
quo

quodammodo concuti, v. 27. et quo se vertat, anxius animi, fere nescire. Matth. XXVI. 38. ff. Mox vero sedatiori animo, et in voluntate Dei quiescenti, more suo recumbit in gremium Patris, eiusque opem auxiliumque efflagitat, filiali quodam animo se suaque omnia tradit, nil facturus, nil petiturus, nisi quod Patri honorificum, voluntatique eius consentaneum esset, amplificando declarandoque honori Patris se vnice studere. Tenerrimo adfectu plenoque obsequio dicta haec excepit vox desuper lata: Et *illustraui* et *illustrabo*. *Illustraui*, publice te filium meum declarando, in quo animus, amor, beneuolentiaque mea plenissime requiescat, Matth. III. 17. XVII. 5. miraculis, nouissima Lazari reuocatione é mortuis te illustrando, Ioh. XI. dictaque tua singulari vi et efficacia imbuendo; & porro *illustrabo*, te ex mortuis reuocando, in caelum transferendo, doctrinae caelestis vim latissime propagando, ecclesiam tibi colligendo, in qua munerum, quibus locupletissime ornaberis, explicandorum dabitur copia. Populus, audita voce, nec plene percepta, intonuisse aërem, alii angelum cum eo collocutum contendebant, v. 29. Christus consilium extraordinariae rei aperturus non sui, sed illorum caussa editam esse diuinitus vocem aiebat, ne eorum in se fides scandalo crucis impediretur, Christum, regem, oppressum miseriis, vehementissimisque cruciatibus vexatum mox conspecturorum. *Iam*, hoc momento, *iudicium* esse huius mundi, νῦν κρίσις ἐςὶ τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ. Ineptiunt, qui κόσμον ad Iudaeos restringunt, quasi de his solis iudicium ferendum sit, cum per vniuersum euangelium Iohannis ii omnes, quibus salus I. C. praedicanda sit et offerenda, κόσμȣ nomine contineantur, C. III. 16. XII. 47. et constans sit mundi

eorumque, qui cum Seruatore faciunt, opposi-
tio v. 26. XV. 18. ss. Κρίσις τȣ̃ κόσμȣ est gen. ob-
iecti, iudicium de mundo, quis eius legitimu
sit Dominus, cuius iura potiora sint, Christi ne a
Diaboli. C. XIII. 3. XVI. 11. Id igitur agebatur i
morte Christi, vt iustum illud, antiquum, pri-
mum, summum ius in mundum vindicaretur
aliique tituli, quos vsurpator vrsisset, aboleren-
tur, omniaque in potestatem legitimi Domini re-
irent. *Iam princeps mundi eiicietur foras: princep*
mundi, horribilis descriptio Satanae, C. XIV. 3
XVI. 11. simillima illi, 2 Cor. IV. 4. qui *mun*
potitus erat per peccatum et mortem, eundemqu
pestifera sua vi et veneno infecerat, eiusque me
tis, a Deo eiusque salutari luce alienissimae, motor
dux, fax auctorque exstiterat: hic *eiicietur foras*
caussa iniusta cadet, nefandorum criminum reu
deprehendetur, et sententia de eo lata statim ex
secutioni dabitur, iura quidem qualiacunque, pec-
cato morteque parta, vrgebit, ea vero abolebo,
et cassa et inania reddam, vanissimis eius consiliis
de me opprimendo in ipsius perniciem retorsis
Ego vero exaltatus, *omnes*, vel gentes, *ad me tra*
ham. Tum illa regni mei felicitas illucescet, qu
nulla gentium, locorum, temporum, persona
rum ratione habita, omnes doctrina mea imbue
ter, ii, qui viam meam repudiauerint, m
le fecisse conuincentur, et quicunque fidem obs
quiumque rite adhibuerint, in communitate m
vitam, salutem, pacem bonorumque omnium c
piam consequentur, adeoque secus cadent omni
quam quidem vana Iudaeorum opinio fert, qui
bi soli consueuerunt hanc felicitatem ciuitat
Messiae sumere; et haec caussa est, cur Graec
rum illorum desiderio, mei conueniendi, obs
quii sui mihi testificandi, immo me forsitan i

ccupando regno adiuuandi, nulla fieri possit co-
ia, propterea, quod eosdem vana rerum ter-
enarum exspectatione duci videam. Jam li-
eat nobis, maioris perspicuitatis caussa, haec
erba, v. 31. 32. in nexu cum antecedenti-
us et consequentibus considerata, breui et per-
picua παρaφράσει illustrare, vt, qua ratione in-
entem illam plagam, quam hoc tempore, in
ocνῦν passus sit Diabolus, inde ducamus, adpareat:
de legitima mundi possessione a pluribus retro sae-
ulis, immo a primis rerum exordiis disputatum
st, cui iure competat, mihine, λόγῳ illi ab ae-
erno, sapientiae illi hypostaticae, cui ab initio
voluptati fuit, esse cum hominum genere, qui
singulari necessitudine eidem coniunctus sum, an
Diabolo, qui mundi potitus per peccatum & mor-
tem, multum potestatis nactus est in homines,
suo instinctu, sua vi eadem peccati labe infectos,
quam primus concepit, et cum iisdem infelici fa-
to communicauit. *Nunc*, hoc iam momento, cum
hora passionis, glorificationi meae Patrisque apta
et conueniens, aduenerit, omnium suffragiis iu-
dicium de iniqua possessione mundi, et mera vsur-
patione diaboli latum est, vt quicquid in illum iu-
ris, quicquid potestatis haberet, ego, peccato,
illiusque culpa, reatu et pœna in cruce abolen-
dis et tollendis, adeoque fundamento iuris diru-
endo, irritum redderem, ea, quae Patris essent,
vindicarem, mundum, per me creatum, legiti-
mae meae potestati assererem, et, quae a Patre es-
sent, ad eundem referrem omnia; qui vicissim in
praemium laboris et aerumnarum, pro toto genere
humano exantlandarum, quicquid a morte et pec-
cato asseruero, mihi tradet gubernandum, et cu-
rae meae asseruandum. Ioh. X. 28. 29. Ies. LIII.
10. 12. Nunc igitur in periodis, a sapientia diui-
na

na liberrime constitutis, sensim sensimque eiicie-tur foras, nimirum è finibus regni mihi dati, po-testas eius abolebitur, ius, quod praetendit, tam quam nefas et vsurpatio tolletur, et ego ad Patri thronum exaltatus, omnes, vel gentes quoque, a communione Israëlis abalienatas, quas iam Sata-nas retinere amplius nequit, tamquam captiuas a ergastulis suis sursum traham, idolorum simulacr diruam, humilem Iudaeorum opinandi consuetu-dinem tollam, nationes è vinculis ἀπιςίας et su-perstitionis soluam, solutas liberabo, liberatas san-ctificabo, sanctificatas ornabo, ornatas glorifica-bo. Et de hoc iudicio, de hac caussa omnium gra-uissima, quam statim excipiet exsecutio, conuin-cendus est mundus per Spiritum, Ioh. XVI. 8. 11 vt etiam hac ratione ipsi omnis excusationis copi praecidatur, si reditu sub sceptrum iustitiae mea vti nolint gentes, vel alienissimae, et idololatria absorptae, et aliquando, eandem cum principe mundi partem habiturae. -- Heic igitur argumen-tum illustre est et eximium pro insigni illa concus-sione, qua per mortem Christi expiatoriam im regni infernalis fundamenta conquassata sunt, ad eo, vt omnia, quae per instrumenta contra Do-minum machinatus esset, in propriam ipsius per-niciem, ignominiam, et victoriam, Seruatori o-ptimo gloriosissimam, cesserint. (*)

§. I

(*) Qui Κόσμον v. 31. ad populum iudaicum restri-gunt, non possunt non grauem hanc sententia Christi minutim interpretari. S. V. D. W. A. Teller *WB.* p. 164. ita; *Nun ist das Verdam-mungs - Urtheil über die Iuden, die izt auf meine Ge-fangennehmung bedacht sind, gesprochen, wie mich d göttliche Stimme versichert hat: -- Nun wird die iüd sc*

§ IX.

Actuosum, πολυμήχανον, sol-
tem se praestitisse antiquum ser- continuatur.
ntem in morte Christi procuranda,
toria euangelica testis est. Ex qua luculenter
ad-

sche Obrigkeit, indem sie mich auszurotten denket, aus meinem Reich ausgestoßen. Sententiam, C. XVI. 11. qua Spiritus mundum, quod illius princeps iudicatus sit, arguturus dicitur, ita exponit: *Er wird die Juden von dem über sie ergangenen Urtheil überzeugen, daß sie, nämlich ihre Obrigkeit, sich selbst verdammet hat, indem sie mich zu verdammen dachte, oder, daß sie nichts an mir haben können.* Interpretationi huic repugnat *contextus*, quo non tam de Iudaeis, quam graecis proselytis, in societatem regni Christi admittendis, quaeritur, v. 20. ff. repugnat *continuus* in Iohanne *vsus vocis* κόσμȣ, qua non modo Iudaei, sed omnium locorum, temporumque homines significantur, ad quos parata in I. C. salus pertineat, vniuersitas hominum, quaqua per totum terrarum orbem patet, Ioh. III. 16. repugnat *ipsa rei natura*; quid Christo diuina voce, caelitus ferenda, opus fuisset, doceri diuina quadam allocutione tam memorabili, non Christi, quasi dubitantis et in proposito confirmandi, sed auditorum, ad fidem in Christum alliciendorum caussa, facta, v. 30. iudicium in populum proceresque Judaeorum latum, quasi id ex ipsa iniuriarum indole, pessimo animo illatarum, quaeuis sanioris mentis consilia repudiantium, non patuisset: repugnat τȣ̃ ἄρχοντος τȣ̃ κόσμȣ adpellatio, qua in singulari numquam Judaeorum proceres, sed solus diabolus, C. XIV. 30. XVI. 11. significatur. -- *Hermeneuticum* huius sententiae sensum longe melius explicuit S. V. D. *Semler* in *paraph.* Eu. Ioh. P. II. p. 28. ff. quamuis *dogmaticum* non admittat: „Nunc instat Dei iudicium, quo per me ista antiqua mundi huius malignitas et peruersitas auferetur: omnes
he-

moliatur, nil tentet, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησ μενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Phil. II. 6. Re GROTIVS in *Annotat.* ad h. l. *in omni mand diuino, siue generali, siue speciali inest, aut expr sa, aut tacita promissio rerum necessariarum.* C teroquin verbum Dei ea vi, ea dulcedine, nutriendi et satiandi vi esse perfusum, vt n internus tantum homo eam persentiscat, sed terno quoque αὐτάρκειαν adferat, haud obsc significare videtur. Homo, in spiritu constitut vt Iohannes, Apoc. I. 10. vt Moses, Ex XXXIV. 28. vt Elias, 1 Reg. XIX. 8. contemp tioni rerum sacrarum et diuinarum intentu precum ardentissime ad Deum fundendarum dio vacans, et in sacris vigiliis et lucubra nibus detentus, tanta suauitate, verbi que diu gustu perfunditur, vt ciborum et potûs per quod tempus obliuisci possit. Quis enim γευσ μενος καλὸν Θεοῦ ῥῆμα, Hebr. VI. 5 et ver communionis cum Deo vsui et fructibus inten tus, quoad animam et corpus, non satietur? (Altera responsio: *Deum non tentes*: eximiis s tentiis fœcunda est. Intelligitur inprimis, t

(*) Haec cum dicimus, non eo consilio fit, vt in cietatem illarum argutiarum veniamus, quas *trum* multi in explicatione ἄρτου ἐπιουσίου ora nis dominicae cumularunt, indignam petitio reputantes, quae pro sustentandi corporis a mentis Deo offeratur. Quare per ἄρτον ἐπιου panem sacramentalem, seu illum salutarem caelestem animi cibum, qui in S. Coena exh retur, intelligendum esse existimarunt. Di tati illi et existimationi, quam ex sententia tonicorum *corpori* humano detulere, consent opinio, corpore humano in se, et sua natura ctato, ab inhaerente vitiositate peccati, co tione male seiuncto et distincto!

tare Dominum nil aliud esse, quam potentiae, sapientiae, bonitatis, veracitatis diuinae experimentum quaerere inordinate, non contentum esse documentis, et promissionibus diuinis iam datis, vocationis suae limites migrare, negligere ordinaria media, ordinationem Dei praesumtione ac fiducia propriae sapientiae inuertere, iuuandi media, tempus, modum Deo praescribere, maiora viribus suis sine verbo et mandato diuino conari, periculo non necessario sese exponere, sub spe et exspectatione extraordinariae conseruationis, Exod. XVII. 2. Num. XIV. 22. Ps. LXXVIII. 18. 19. XVI. 14. Act. XV. 10. 1 Cor. X. 9. Vltimam Satanae tentationem non iam simplici responso, sed seuera potius obiurgatione excepit Christus. ὕπαγε σατανᾶ! Zeli et generositatis plenissima obiurgatio! Ob enormem postulati indignitatem commotiore animo auersabatur et reiiciebat Tentatorem, quem adhuc non sine molestia tolerauerat, et ab eo se circumduci permiserat. Quem angelus ne bonus quidem et insignis postulauit, immo accipere detrectauit, Apoc. XXII. 8. eum sibi impudentissimus hostis arrogat, adorationis cultum, qui quam iniurius sit in pietatem, soli Deo adorando debitam, declarauit Dominus, ex Deut. VI 13. *Tentasti*, inquit b. BENGELIVS *in Gnom. vt explorares, quis ego sim, et ego tibi dico, quis tu sis.* Tentatorem, quum is maxime fauere vellet, et regna mundi in possessionem offerret, *Satanam* adpellat. Quid igitur moliebatur hostis, vt anima Iesu abalienaretur a Deo, et a fiducia et obsequio erga voluntatem ac regimen eius super omnia? Quis idololatriae auctor sit, statorque, fons et principium, ex hoc arrogantissimo postulato coniice-

re licet, quo a Iesu ipso adorationis cultum i
pudentissime petere non erubuit.

5) Victoriam hanc, quae *consequebantur*, *bona*, regnum Dei, *mala*, si regnum tenebrarum spectes, illustria fuere et notabilissima. Quam val de ima eius fundamenta concussa sint, adpar inde, quod perdendi diaboli, et euertendi illi regni initium mox fecerit Dominus, et glori sior victoria Christi sit, hostem vincentis, t saeculis grassatum et confisum. Ipsa enim Da monia mox videntur sensisse, et experientia didi cisse, quis esset Iesus, nam Sanctum Dei, Chri stum, filium Dei adpellant, Luc. IV. 35. 41 quae vero, cum indignum fuisset, Apostolorum munus obire, obmutescere iussit. Quanta quae so commotio, quae perturbatio, quam insignis rerum catastrophe facta sit in regno tenebrarum, oportet, quotidie relationibus certis in eo *increbrescentibus* et frequentatis, non posse resisti spiritui, in I. C. operanti, nil suas vires, vicunque conquisitas, confortatas, coniunctas, et adhuc validissimas, valere contra potestatem inuictam, quae in I. C. resideat, è singulis triumphis, è singulis tentationibus ampliori gratiae et donorum spiritus copia auctiorem et locupletiorem, Luc. IV. 14. 15. 18. id quidem ominari diuinareque non est difficile. Hinc plena illa potestas, qua imperauit daemonibus, vt praedicare posset:

Quid illa sanctis semper aduersa et *Deo*
Hostilis Erebi dira pallentis lues
Non pulsa, nostris legibus mortalium
Habitata linquit pectora, et vocem tremit?

GROTIVS in Trag. *Christus patiens*, p. m. 6.

Cum

Cum LXX. discipuli, viam Domino aperturi, ab annunciatione aduentus regni caelorum rediissent, cum gaudio eiectionem daemoniorum, nomine Iesu factam, testati, Christus, ἐθεώρουν, inquit, τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα, Luc. X. 18. sine dubio inclinatae rei et laboranti subventurum, et per minores hos, forti superiores, quam maxime pudefactum, et λύσιν suorum operum, 1 Ioh. III. 8. aegerrime ferentem. Expeditior hoc modo via Christo pandebatur, in exordio officii mediatorii, in perficiendo opere, ipsi a Patre demandato, ad obtinendam summam gloriam, cum dignum se praestitisset, qui caput et princeps fidelium, rerumque omnium dominus designaretur, et cuius potestati rerum creatarum vniuersitas subiiceretur. Fide, et obsequio, fiducia in Deum infractâ, vicit ὁ τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τελειωτής, Hebr. XII. 2. Victus hac ratione Satanas, captiuos retinere amplius non potuit, quo minus e tenebris erepti illuminarentur, et in potestatem legitimi Domini redirent, non quidam ita, vt non adgredi eos, inuadere, sollicitare posset, sed praesidio fidei tecti munitique, singulis eius telis retundendis pares essent, eaque omnia in ipsorum commoda vergerent. Rom. VIII. 28. Luc. XXII. 32.

§ VIII.

b) *in morte Christi.*

Altera insignis *periodus*, qua potestas Satanae in mundo, vitiis sceleribusqve tam fœde deformato, circumscripta est, in *morte* Christi contigit, in cuius rei fidem illustria quaedam documenta enarrabimus. Fatale erat Diabolo νῦν

illud longe maximi momenti, Ioh. XII. 31. vt adpareat, rem paullo altius repetemus. F stis diebus paschalibus, cum ingens homin multitudo Hierosolyma confluxisset, Christo i Bethaniae a Maria ad sepulturam libra preti vnguenti spicatae nardi perfuso, v. 1 - 11. et Hi rosolyma sollemni modo, ingentibus populi acc mationibus, ad expugnandam ciuium fidem tentionemque ingresso, v. 12 - 19. Pontificib de eo tollendo necandoque consilia ineuntibus conspirantibus, v. 10. 19. contigit, vt *Graeci* q dam videndi adeundique Christi potestatem a Phil po sibi fieri expeterent. Ἕλληνες hi videntur fui proselyti ex gentibus, Hierosolymam faciendoru sacrorum caussa profecti, v. 20 - 22. quos sp potiundorum bonorum terrenorum in imper Christi, proxime stabiliendo, futurorum, illex rat, fore, vt venirent in huius speratae felicita tis et abundantiae communitatem, aditu ipsis ad Christum, iam publice *regem israëlitarum* saluta- tum, v. 13. ff. ipsiusque sermones patefacto. Re ad Dominum delata, respondit, instare tempus quo futurum sit, vt tenuitas humilitasque filii ho- minis amplissima gloriae praemiorumque repor- tandorum copia remuneretur, in eo potissimum conspicua, vt qualis quantusque sit, non a Iu daeis tantum, sed alienissimis gentibus agnosca tur. v. 23. Hoc sibi aerumnarum laborumqu praemium propositum esse a Patre, Esai. LIII. 10 f. Viam vero huius regni suauitatum adipiscunda rum non aliam esse, quam quae exantlandis mole stiis, contemnenda morte, profundenda *vita* cer natur, tam quoad se, principem, quam eos, qu sui, ducis, vestigiis instituri essent. v. 14 - 26 Etiam se, addit, naturali vitae praesentis deside- rio teneri, mortisque, quam praesentiat, *horrore* quo-

uodammodo concuti, v. 27. et quo se vertat, nxius animi, fere nescire. Matth. XXVI. 38. ff. lox vero sedatiori animo, et in voluntate Dei quiescenti, more suo recumbit in gremium Patris, eiusque opem auxiliumque efflagitat, filiaquodam animo se suaque omnia tradit, nil facturus, nil petiturus, nisi quod Patri honorificum, oluntatique eius consentaneum esset, amplificando declarandoque honori Patris se vnice studere. Tenerrimo adfectu plenoque obsequio dicta haec xcepit vox desuper lata: Et *illustraui* et *illustrabo*. *Illustraui*, publice te filium meum declarando, in quo animus, amor, beneuolentiaque mea plenissime requiescat, Matth. III. 17. XVII. 5. miraculis, nouissima Lazari reuocatione é mortuis te illustrando, Ioh. XI. dictaque tua singulari vi et efficacia imbuendo; & porro *illustrabo*, te ex mortuis reuocando, in caelum transferendo, doctrinae caelestis vim latissime propagando, ecclesiam tibi colligendo, in qua munerum, quibus locupletissime ornaberis, explicandorum dabitur copia. Populus, audita voce, nec plene percepta, intonuisse aërem, alii angelum cum eo collocutum contendebant, v. 29. Christus consilium extraordinariae rei aperturus non sui, sed illorum caussa editam esse diuinitus vocem aiebat, ne eorum in se fides scandalo crucis impediretur, Christum, regem, oppressum miseriis, vehementissimisque cruciatibus vexatum mox conspecturorum. *Iam*, hoc momento, *iudicium* esse huius mundi, *νῦν κρίσις ἐςὶ τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ.* Ineptiunt, qui *κόσμον* ad Iudaeos restringunt, quasi de his solis iudicium ferendum sit, cum per vniuersum euangelium Iohannis ii omnes, quibus salus I. C. [illegible]dicanda sit et offerenda, *κόσμȣ* nomine con[illegible]antur, C. III. 16. XII. 47. et constans sit mundi

eorumque, qui cum Seruatore faciunt, oppo[s]itio v. 26. XV. 18. ss. Κρίσις τȣ̃ κόσμȣ est gen. o[b]iecti, iudicium de mundo, quis eius legitimu[s] sit Dominus, cuius iura potiora sint, Christi ne a[n] Diaboli. C. XIII. 3. XVI. 11. Id igitur agebatur i[n] morte Christi, vt iustum illud, antiquum, pri-mum, summum ius in mundum vindicaretur aliique tituli, quos vsurpator vrsisset, aboleren-tur, omniaque in potestatem legitimi Domini red-irent. *Iam princeps mundi eiicietur foras: princep[s] mundi*, horribilis descriptio Satanae, C. XIV. 3[0.] XVI. 11. simillima illi, 2 Cor. IV. 4. qui *mun[di]* potitus erat per peccatum et mortem, eundemqu[e] pestifera sua vi et veneno infecerat, eiusque men-tis, a Deo eiusque salutari luce alienissimae, motor dux, fax auctorque exstiterat: hic *eiicietur foras* caussa iniusta cadet, nefandorum criminum reus deprehendetur, et sententia de eo lata statim ex-secutioni dabitur, iura quidem qualiacunque, *pec-cato morteque parta*, vrgebit, ea vero abolebo, et cassa et inania reddam, vanissimis eius consiliis de me opprimendo in ipsius perniciem retorsis. Ego vero exaltatus, *omnes*, vel gentes, *ad me tra-ham*. Tum illa regni mei felicitas illucescet, qua nulla gentium, locorum, temporum, persona-rum ratione habita, omnes doctrina mea imbuen-ter, ii, qui viam meam repudiauerint, ma-le fecisse conuincentur, et quicunque fidem obse-quiumque rite adhibuerint, in communitate mea vitam, salutem, pacem bonorumque omnium co-piam consequentur, adeoque secus cadent omnia, quam quidem vana Iudaeorum opinio fert, qui si-bi soli consueuerunt hanc felicitatem ciuitatis Messiae sumere; et haec caussa est, cur Graeco-rum illorum desiderio, mei conueniendi, obse-quii sui mihi testificandi, immo me forsitan in oc-

ccupando regno adiuuandi, nulla fieri possit co-
a, propterea, quod eosdem vana rerum ter-
narum exspectatione duci videam. Jam li-
at nobis, maioris perspicuitatis caussa, haec
rba, v. 31. 32. in nexu cum antecedenti-
s et consequentibus considerata, breui et per-
icua παραφράσει illustrare, vt, qua ratione in-
ntem illam plagam, quam hoc tempore, in
cνῦν passus sit Diabolus, inde ducamus, adpareat:
e legitima mundi possessione a pluribus retro sae-
lis, immo a primis rerum exordiis disputatum
t, cui iure competat, mihine, λόγῳ illi ab ae-
rno, sapientiae illi hypostaticae, cui ab initio
oluptati fuit, esse cum hominum genere, qui
ingulari necessitudine eidem coniunctus sum, an
Diabolo, qui mundi potitus per peccatum & mor-
em, multum potestatis nactus est in homines,
suo instinctu, sua vi eadem peccati labe infectos,
quam primus concepit, et cum iisdem infelici fa-
to communicauit. *Nunc*, hoc iam momento, cum
hora passionis, glorificationi meae Patrisque apta
et conueniens, aduenerit, omnium suffragiis iu-
dicium de iniqua possessione mundi, et mera vsur-
patione diaboli latum est, vt quicquid in illum iu-
ris, quicquid potestatis haberet, ego, peccato,
illiusque culpa, reatu et pœna in cruce abolen-
dis et tollendis, adeoque fundamento iuris diru-
endo, irritum redderem, ea, quae Patris essent,
vindicarem, mundum, per me creatum, legiti-
mae meae potestati assererem, et, quae a Patre es-
sent, ad eundem referrem omnia; qui vicissim in
praemium laboris et aerumnarum, pro toto genere
humano exantlandarum, quicquid a morte et pec-
cato asseruero, mihi tradet gubernandum, et cu-
rae meae asseruandum. Ioh. X. 28. 29. Ies. LIII.
10. 12. Nunc igitur in periodis, a sapientia diui-
na

na liberrime constitutis, sensim sensimque eiicietur foras, nimirum è finibus regni mihi dati, potestas eius abolebitur, ius, quod praetendit, tam quam nefas et vsurpatio tolletur, et ego ad Patris thronum exaltatus, omnes, vel gentes quoque, a communione Israëlis abalienatas, quas iam Satanas retinere amplius nequit, tamquam captiuas ab ergastulis suis sursum traham, idolorum simulacra diruam, humilem Iudaeorum opinandi consuetudinem tollam, nationes è vinculis ἀπιςίας et superstitionis soluam, solutas liberabo, liberatas sanctificabo, sanctificatas ornabo, ornatas glorificabo. Et de hoc iudicio, de hac caussa omnium grauissima, quam statim excipiet exsecutio, conuincendus est mundus per Spiritum, Ioh. XVI. 8. 11 vt etiam hac ratione ipsi omnis excusationis copia praecidatur, si reditu sub sceptrum iustitiae meae vti nolint gentes, vel alienissimae, et idololatria absorptae, et aliquando, eandem cum principe mundi partem habiturae. -- Heic igitur argumentum illustre est et eximium pro insigni illa concussione, qua per mortem Christi expiatoriam ima regni infernalis fundamenta conquassata sunt, adeo, vt omnia, quae per instrumenta contra Dominum machinatus esset, in propriam ipsius perniciem, ignominiam, et victoriam, Seruatori optimo gloriosissimam, cesserint. (*)

§. IX

(*) Qui Κόσμον v. 31. ad populum iudaicum restringunt, non possunt non grauem hanc sententiam Christi minutim interpretari. S. V. D. W. A. Teller *WB.* p. 164. ita; *Nun ist das Verdammungs-Urtheil über die Iuden, die izt auf meine Gefangennehmung bedacht sind, gesprochen, wie mich die göttliche Stimme versichert hat: -- Nun wird die iüdisch*

§ IX.

Actuosum, πολυμήχανον, sollertem se praestitisse antiquum serpentem in morte Christi procuranda, historia euangelica testis est. Ex qua luculenter ad-

continuatur.

sche Obrigkeit, indem sie mich auszurotten denket, aus meinem Reich ausgestoßen. Sententiam, C. XVI. 11. qua Spiritus mundum, quod illius princeps iudicatus sit, arguturus dicitur, ita exponit: *Er wird die Juden von dem über sie ergangenen Vrtheil überzeugen, daß sie, nämlich ihre Obrigkeit, sich selbst verdammet hat, indem sie mich zu verdammen dachte, oder, daß sie nichts an mir haben können.* Interpretationi huic repugnat *contextus*, quo non tam de Iudaeis, quam graecis proselytis, in societatem regni Christi admittendis, quaeritur, v. 20. ff. repugnat *continuus* in Iohanne *vsus vocis* κόσμυ, qua non modo Iudaei, sed omnium locorum, temporumque homines significantur, ad quos parata in I. C. salus pertineat, vniuersitas hominum, quaqua per totum terrarum orbem patet, Ioh. III. 16. repugnat *ipsa rei natura*; quid Christo diuina voce, caelitus ferenda, opus fuisset, doceri diuina quadam allocutione tam memorabili, non Christi, quasi dubitantis et in proposito confirmandi, sed auditorum, ad fidem in Christum alliciendorum caussa, facta, v. 30. iudicium in populum proceresque Judaeorum latum, quasi id ex ipsa iniuriarum indole, pessimo animo illatarum, quaeuis sanioris mentis consilia repudiantium, non patuisset: repugnat τῦ ἄρχοντος τῦ κόσμυ adpellatio, qua in singulari numquam Judaeorum proceres, sed solus diabolus, C. XIV. 30. XVI. 11. significatur. -- *Hermeneuticum* huius sententiae sensum longe melius explicuit S. V. D. *Semler* in *paraph.* Eu. Ioh. P. II. p. 28. ff. quamuis *dogmaticum* non admittat: „Nunc instat Dei iudicium, quo per me ista antiqua mundi huius malignitas et peruersitas auferetur: omnes ho-

adparet, viam modumque, quo vera peccati expiatio aliquando euentura sit, Diabolum fugisse

homines Deus in meliorem rerum statum vindicabit, atque nunc iste huius mundi, *quem informare soletis*, dominus et tyrannus priuabitur in homines ceteros maligno dominatu. v. 32. Ego vero ipse omnes istos olim Diaboli, *vt describitis*, seruos in meam potestatem transferam, postquam illa, quae superest mihi in hac terra, historia, vel in cruce expleta fuerit, (licet è vobis Iudaeis vix paucos adsciscere possim.) „ Vidit etiam hîc Vir summus nil nisi BEKKERIANVM illud *oeconomicum dicendi genus*, quo Christus sapientissime ad prauum Iudaeorum ingenium, abiectumque opinandi modum descenderit, id quod ab animo Christi alienum videtur et abhorrens, cum vniuerse ista oratione obuiam eat humili illi opinandi consuetudini, qua beneficia Messiae eiusque regni felicitatem propriam esse Iudaeis, nec ceteris abiectioribus gentibus *commune*, existimabant. Equidem quid *vera, pura, liberalis, perfectior* christianae religionis informatio his notionibus deformetur, quomodo iisdem *lux* et *splendor benignus perfectioris cognitionis impediatur aut obscuretur*, me non intelligere, ingenue fateor, cum ii, qui fæda vitiorum consuetudine missa, ad saniorem mentem redeuntes dicantur ex tenebrarum potestate vindicati, transferri in regnum filii, Col. I. 13. Act. XXVI. 18. eademque loquendi consuetudo per vniuersum N. T. obtineat. Si vmquam, certe hoc loco serio, meditate, studiose, δογματικῶς locutus est Christus. Praeceptio illa hermeneutica si tam late patere sumitur, verendum est, ne nos Scripturae, nec Scriptura nobis imperet. Ceterum de loco nostro praeclare meruit S. V. I. NOESSELT in *prol. pasch.* 1778. qua *interpretatio grammatica loci Eu. Ioh. XII. 20. -- 33.* continetur. GROTII quoque *Annott.* dignae sunt quae conferantur, ad h. l. Inprimis expendi velim *paraph.* ERASMI, Vol. II. Berol. 1778. p. 615. ff.

t ſapientiae diuinae euidentiſſimum ſignum eſſe, uod non ſtatim ab initio publicatus ſit. Neque nim hoc decebat maieſtatem Dei, nec rei natura permittebat, propterea, quod hoc ipſum conlium Dei, tamquam materia admirationis, propoſitum fuit ipſis etiam bonis angelis, et mali aneli ſuis ipſorum laqueis irretiendi erant, vt coram ibunali diuino legitime cauſſa caderent, et exuentur ea poteſtate, quam, cum homines peccaiſſent, illis et ſtatio angelica, qua vtebantur, et ominum a Deo defectio dederat. Quicquid igiur per inſtrumenta ſua in Dominum molitus eſt atanas, in ſuam ipſius perniciem, in contritionem apitis verſa ſunt. Ἔρχεται, inquit Chriſtus, Ioh. XIV. 31. ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν. Agitauit mundum, cum Chriſtum cruci affixiſſet, principi ſuo obſecutum, anteſignanum ſe hoſtium Chriſti oſtentans, vt malitioſa ipſius inſtigatione et inſidiis, cum omnes adhuc tentationes in turpem ipſi, et regno eius pernicioſum, exitum deſiiſſent, proditus eſſet ab Iuda Iſcariote, Luc. XXII. 3. XIII. 27. ab hoſtibusque miſere dilaniatus. Chriſtus igitur, cum ſacerdotibus, et templi praefectis, ſenioribusque traditus eſſet, αὕτη, inquit, ἐστὶν ὑμῶν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. Luc. XXII. 53. In grauiſſimo illo agone in monte olıueti, tenebrarum vires in Chriſti ſanctiſſimam animam irruiſſe, et mortis horrendam imaginem, cum dolore, ignominia, maledictione coniunctam, acerbitatemque eius et amaritudinem exaſperaſſe, valde probabile ſit, et ſenſum ſubfuiſſe irae diuinae, in peccata hominum ſponte ſuſcepta exardeſcentis, ſummus animi dolor ſignificare videatur; in Pſalmis enim queritur, Pſ. LV. 5. cor mihi in pectore trepidat, leti me terrores inceſſunt, timor et pauor inuadit, et horror tantus obruit, vt ita lo-

lo-

loquar, vtinam alas haberem, vt columba, qui-
bus in tutum euolarem. Pf. XVIII. 5. Mortis lora m
circumcingunt, improborum torrentes turban
orci lora circumdant, mortis laquei praepediun
Peccatis in fe fufceptis, in Chriftum iuris aliqu
acquifiuiffe putans Satanas, fanctiffimam eius
nimam adfligere, cruciare, terrere non erubu
Mira omnino κένωσις, vt angelo confortante op
effet! Labor animi, nulli comparandus. Ief. LI
12. Tentatio omnium acerrima, qua volun
tem Chrifti flectere, et ad refiftendum voluntati P
tris, poculum propinantis, permouere volu
quae vero precum ardentiffimarum vi et efficac
fidei inuictae robore, et immota πληροφορίᾳ
liciffime fuperata eft! Diabolici quid in his e
tremis, et fummis tentationibus fubfuiffe, inc
dibilis ille lethargus, et quam maxime inte
peftiuus, quo difcipuli femel iterumque mor
confopiti funt, et Chrifti fideliffima monita, ex
hortationes ad vigilantiam, precum ftudium,
manifefte declarant, Luc. XXII. 31. 32. Sic t
infecta, et omni Chriftum a fide in Patrem, a
obedientia erga illius voluntatem flectendi det
bandique fpe fublata, per organa externe illu
vrgens, et è vita fublaturus, acerrime inftit
id quod τῇ ὡρισμένῃ βελῇ καὶ προγνώσει τȣ Θ
Act. II. 23. factum effe conftat. Gratulatur fi
Satanas, et in nece Domini laetabatur, tamqu
fummam votorum fuorum adeptus, et perpet a
regni fui incolumitatem et felicitatem nactus, c
mnumque, a Iefu Nazareno illatum, breui et fac
opera refarturus, fed longe aliter res omnis ce
dit, in plenam regni diabolici deftructionem f
tempore terminanda. Id quod *paradoxon* eft,
pientiae diuinae, quae mundo illiusque princi
ftultitia eft, 1 Cor. I. 21. 25. plane honorificum
per mortem aboleuiffe Dominum mortem, illiu
q

e robur habentem Diabolum. Nam Iesus, mor- n passus, vicit, et Diabolus, mortem vibrans, cubuit. Belle id et scripturarie IVSTINVS *Mar-* docuit, qui in Apol. I. ita: χριϛὸς διὰ παρ- ϐ τῆς ἀπὸ τȣ̃ γένȣς τȣ̃ δαβὶδ γεννηθῆναι σαρκο- ηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις καὶ οἱ ἐξομοιωθέντες ῳ ἄγγελοι καταλυθῶσι καὶ ὁ θάνατος καταφρο- ῇ: Idem hic saepius incarnationis filii Dei fi- ὑπὲρ τῶν πιϛευόντων ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ κατα- ει τῶν δαιμόνων, constituit. Jllustribus igitur il- , quibus aucti sumus, mortis Christi expiatoriae ctibus, (c. b. Canc. REVSSII diss. de *liberali, si-* l *vero etiam recta, dicta N. T. de mortis Christi* t *effectu interpretandi ratione*, Pars I. 1774. et 1775.) recte annumeratur ille, quo e potesta- Satanae liberati in regnum Christi translati su- us. Col. I. 13. Mira vero vincendi ratio! quam ille cecinit PAVLLINVS:

Fit laqueus laqueatus homo, et sua praeda latronem
Decipit, et capti captiuus, corporis escam
Dum petit illicitam, lethalem deuorat hamum.

orte igitur sua et exitio, tamquam alter Simson, d. XXVI. 30. insignem praestitit liberationem, stesque, quos victores putauisses, vicit trium- auitque: non secus, ac Martyres, quorum in ece mundum victorem existimauisses, ea ipsa undum vicisse dicuntur. Apoc. XII. 11. (*)

§. X.

(*) Nimis argutatos esse hac in re *Patres* nonnullos, non immerito aliquis dixerit: Quaesiuere de λύτρῳ, cui-

§ X.

continuatur. Caput vero et arcem causa quae huc pertinet, epistola ad He II. 14. continet: ἐπεὶ τὰ παιδία διὰ τῦ θανάτυ καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντ θανάτυ, τυτέςι τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τυς, ὅσοι φόβῳ θανάτυ διὰ παντὸς τῦ ζῆν ἔνο ἦσαν δυλείας. In huius dicti sensu inuestigand declarando, ad vnam alteramue quaestionem ad damus:

cuinam a Christo praestitum sit, Deone an Di lo? Diabolo, dixere ORIGENES, GREGORI NYSSENVS, HILARIVS PICTAVIENS AMBROSIASTER, PACIANVS, et hanc tentiam varie informarunt: Alii, quos sequ LEO M. P. R. Saec. V. ita: "perstitit impro praedo, et auarus exactor, in eum, qui ni morti debebat, insurgere, et tamen vitiatae or ginis praeiudicium generale persequitur, chiro graphum, quo nitebatur, excessit, ab illo iniqu tatis exigens poenam, in quo nullam reperit c pam. Soluitur igitur letiferae pactionis malefi sa conscriptio, et per iniustitiam plus petenti tius debiti summa vacuatur. Sic in redemt ius transiit pactum captiuitatis, et diaboli de ctus est principatus. Alii, vt BASILIVS Ps. XLIX. 8. *persuasum* fuisse diabolo finxere captiuos suos vltro ac lubenter, ἑκὼν, dimitte pro λύτρῳ, a redemtore ipsi oblato, propte quod longe maioris pretii hoc esse putauerit, q omnes, quos captiuos detineret, homines. Ven. GRIESBACHII *LL. theol. ex* LEON p. 72. (n. 6.) Tali vero molesta sedulitate, c sisque quaestionibus implicari solent, quicun naturam *tropicae dictionis* nec agnoscere, nec dicare, nec interpretari, vsu et experientia c cere. cf. ERNESTI *Inst. Interp.* P. I. Sect. C. IV. p. 57. ss. (non magnus, sed aureolus ad verbum ediscendus libellus!)

Quî, quaeso, mortis robur, vis et potestas κράτος, adiudicari potest Diabolo? Recentiores, Cel. D. SEMLER, S. R. D. ERNESTI, Ill. MICHAELIS, W. A. TELLER, b. BRVCKER in *bibl. anglicanis*, de angelo mortis, a Iudaeis ficto et formidato, interpretantur, cuius terriculamenta Christus morte sua aboleuerit. Digna est Ill. MICHAELIS παράφρασις, quam plenius, ut mens et sententia certius constet, exhibeamus: *Erklärung des Briefs an die Hebr. p. 147. ss.* ta: *Weil nun diese ihm zugetheilte Kinder die schwache, dem Leiden und Tod unterworfene menschliche Natur haben, so hat er derselben gleichfalls theilhaftig werden müßen, damit er den Tod übernehmen, und dadurch das ganze Ansehen des gefürchteten* Engel des Todes, *nämlich des Teufels zu nichte, und das* Hirngespenst *seiner Macht verschwindend machen möchte. So lange wir an diesen Gebieter über Tod und Leben glaubten, mußten wir vor seiner Anklage und tödtlichen Meßer erzittern, und im ganzen Leben seine Knechte seyn. Allein nachdem Christus für uns gestorben, wißen wir, daß er keinen Anspruch an unser Leben hat, und daß der Tod nicht mehr eine durch diesen Büttel vollzogene Strafe unserer Sünden, sondern ein blos der Vorsehung GOttes unterworffener Schritt zur Ewigkeit ist.* Cupide, vt solet, in societatem illustrium horum nominum iuit Auctor anonymus: *Versuch einer biblischen Daemonologie, p.* 153 - 162. *Die Juden*, inquit, *machten die allerfürchterlichsten Beschreibungen von diesem Engel des Todes. Sie gaben ihm einen vergifteten Dolch, oder ein Schwerdt, wovon er einen überaus bittern Tropfen, auf die Zunge des Sterbenden herabfallen ließ. Seine Gestalt war so schreklich, daß alle Hunde, die ihn sahen, anfiengen zu heulen. Ein ieder*

ieder Ster-

Sterbender sollte ihn in der lezten Stunde seh Seine fürchterliche Gestalt, sein Schwerdt, der bittere Tropfen, der von demselben auf Zunge des Sterbenden herabtropfete, verursac diesem die allerentsezlichsten Schreken und Sch zen. Daher rühreten die Verzuckungen des S benden, unter welchen, mit dem Schwerdte, Seele vom Körper abgeschnitten wurde, worauf der Tod erfolgete. Iam tanto tremore form tum ab Iudaeis, angelum mortis, aboleuisse C stum, cum doctrinâ euangelii, ab his iuda commentis pura et libera, contendit, tum cida sua morte, qua spiritum Patri, erecto nimo et singulari constantia, sine vllo me indicio, tranquille reddiderit, in exemplum, omnibus, qui ab ipsius partibus starent, in pida fide imitandum. De hac interpretati quantum sibi gratuletur, quasi inter tot int pretes Dauos, ipse vnus alterue Oedipus repe tus sit, qui sensum penetrarit, cui solitos ei thrasonismos et falsam πληροφορίαν, legere v lupe sit, videat, p. 160. ss. Ad alia quoq dicta Christi Apostolorumque de morte, plan perspicua, dogmatica, haec notio iudaica angelo mortis extenditur, et adplicatur, vt I VIII. 51. ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, ϑ νατον ϰ μὴ ϑεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. *Er wird den erdichteten Schrekbildern des Todes nichts erf ren*, l. c. p. 160. Cel. SEMLERVS in *paraph.* h. l. totum illud terrendi et metuendi satellitii ex animo suo eiiciet, non videbit tristem ill speciem mortis, v. 53. ϰ μὴ γεύσηται ϑαν εἰς τὸν αἰῶνα. *Er wird von den bittern Tropf die vom Schwerdte des Todes-Engels fallen soll nichts empfinden.* 1 Cor. XV. 55. πϰ σϰ ϑάν τὸ κέντρον; *Tod, wo ist dein Dolch? Paullus f*

lamit auf den iüdischen Aberglauben; und wenn er inzusezt, der Stachel oder das Schwerdt des Todes t die Sünde, so verwirft er dadurch die ganze iüische Fabel, und sagt: daß das, was den Tod eientlich bitter und schreklich mache, die Sünde, aber icht der erdichtete Dolch und das bittere Gift sei, as die iüdische Fabel vom Messer des Sammael herbtriefen ließ: S. V. D. SEMLERI *paraph.* ad h. l. Iudaei angelo mortis gladium tribuunt, è uo fellis mortifera gutta delabatur in os hoinis. „ -- Κατ' οἰκονομίαν igitur haec scripsisse aullum, et de angelo mortis, quem Iudaei omniassent, dixisse, existimant recentiores inrpretes. Verum est, Iudaeos de hoc angelo, quem מַלְאַךְ הַמּוֹת aut אַשְׁמְדַי a radice הִשְׁמִיד excidit, exstirpauit, aut *Samniel, vel Sammael, en GOtt des giftigen und tödtenden Windes*, (de voce סמון vid. Cel. MICHAELIS *Fragen an eine Gesellschaft gelehrter Männer, die -- nach Arabien reisen 1762.* p. 44.) aut שַׂר הממונה על המות principem, praefectum mortis, nuncupant, multa garriisse. Sed vt, quam lubrica sint et ficulnea, quae h. l. a recentioribus κατ' οἰκονομίαν dicta finguntur, praetermittam, quid opus fuisset Christo, ad terribilis huius angeli laruam detrahendam, et Iudaeos ab inanibus eiusmodi figmenis et odiosis terriculamentis abducendos, κοινωνία τῦ ἅιματος ϗ σαρκὸς infantium, quid morte ipsa et ignominiosissima et acerbissima? Nonne id fieri poterat dictis factisque minus molestis et pretiosis? cur tantus in ea re sumtus? Estne vel minimum probabile, filium Dei vnigenitum tanto dispendio prauam iudaeorum opinionem refellisse, et illius caussa tam tetrae et indignissimae morti crucis succubuisse? Quae, quale, quantum sacrificium, falsae huic et indignae opinioni

e o-
pinioni

nioni præstitum! Nonne propheta, vel aliu gatus Dei, prauam hanc opinionem ex an euellere potuisset et dictis et exemplo? Luc 29. Accedit, quod omnis Apostoli orati maxime *dogmatica*, demonstrans, et necessita et conuenientiam cum caeteris virtutibus nis, *incarnationis* Christi. v. 10-14. Haec n lam quidem speciem habent, et mirandum recentiores exegetas ad tam miras hypothese labi, quae sanctos homines φερομένους ὑπ πνεύματος ἁγίου vel hypocritas faciunt, ve surdarum opinionum propugnatores, vel p iudiciorum in iudaismo olim imbibitorum ces et morosos defensores, et ad eum συγκ βάσεως gradum descendentes, vt veritatem dant, in gratiam lectorum, his vel illis p iudiciis captorum, euangelium Iesu Christi uertant, et purae sinceraeque veritatis cura quam toties commendant, ne ipsi quidem uent. Conf. C. I. §. XXI. Equidem huic g uissimae sententiae alium sensum tribui posse tem, et analogiae fidei et pluribus Scriptu dictis consentaneum. Per peccatum diab potestatis aliquid in homines, eius naturae dolisque participes, nactus est, 1 Ioh. II 2 Pet. II. 19. et stipendium peccati est m Rom. VI. 23. quae homines in peccatis mor ei tradidit, tamquam lictor quaedam et mini infernali eius regno addictos: cui enim qui uus seruiit, ad eum mortuus pertinebit. R XIV. 7. ss. Imperium vero mortis, vel ro Diabolo hoc loco tributum, non tam late p bat, vt ius vitae necisque haberet in homin quod ad solum Deum pertinet, nec illud quam Diabolo assertum legitur aut dicitur, ea vi potestateque pollebat, vt peccatores n

uos iure quodam vindicare, et regno ſuo aſſo-
iare poſſet. Quae igitur inimica vis in illo e-
ormi imperio, quod mors ſuper homines ex-
rcuiſſet, Rom V. 12-21. vere ſubeſſet, homi-
es fugiebat. Quemadmodum Chriſtus, prin-
eps vitae, habet vim vitae, et primogenitus
x mortuis, ſuos fideles ſibi aſſociat, ita Dia-
olo erat robur mortis, quod Chriſtus morte
ua fregit. Mortis ſpiritualis, qua homo omnis
itae ex Deo expers eſt, auctor et promotor,
culeum mortis, qui in peccati culpa et impe-
io ponitur, 1 Cor. XV. 56. vrget malignus iſte,
t profundius vulneri infligit, et vim et terro-
em mortis conſcientiae κεκαυτηριασμένη exa-
erbat, vt longius a Deo remoueatur, et ab o-
mni eo, quod animae ſalutare eſſe poſſit, ab-
alienetur. Amphibolia quaedam in vocabulo
mortis latere videtur, varia ſignificanti; nos h. l.
pro ſtatu poſt mortem, pro regione mortis,
pro mortuorum *domicilio* ſumimus. coll. Apoc.
XX. 13. 14. I. 18. Hiob. XXX. 23. XXXVIII. 17.
in hoc regnabat Satanas, in hoc κράτος, im-
perium habuit, a Chriſto, viuentium et mor-
tuorum Domino, ſublatum. Non eſt neceſſe,
Patrum quorundam de hoc loco ſententias anxie
conquirere, cum illorum ſuffragiis nec ſtet, nec
cadat, vera Scripturae explicatio. Vnicum ad-
dere liceat locum Ivstini Martyris, qui in
dial. p. 332. ſ. ita: *ἡνίκα ἡμεῖς πρὸς τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου γινόμεθα, αἰτοῦμεν τὸν Θεὸν, τὸν δυνάμενον ἀποςρέψαι πάντα ἀναιδῆ, πονηρὸν ἄγγελον, μὴ λαβέσθαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς.* Quid porro Diabo-
lus in peccatores mortuos poſſit, Leo M. P. R.
pro ſui temporis ingenio, exacte refert, vid.
diſſ. praeſ. J. S. Semlero, *locos theologicos col-
lectos ex Leone* M. P. R. ſiſtens; A. R. J. J. Gries-

BACH p. 71. ſs. inp. p. 72. ſ. §. 33. Multo
nus ſententiae noſtrae praeſidium quaerimu
poteſtate Diaboli in corpora mortuorum, q
multi et Theologi et Medici adſtruxerunt:
his vnicum proferamus, D. ALBERTI, M
dicum Halenſem, qui in diſs. de *poteſtate D
boli in corpus humanum* ita: " Sicut diabolus
teſtatem habet in corpus hominis animatum
perinde perditiſſimam ſuam vim in corpus e
nimatum, aeque ac in alias naturales et m
riales ſubſtantias, permiſſu Dei deriuare,
que glaucomata et fraudulenta artificia pro
poteſt, qualia multis ſpeciminibus, fide et
dignis, KORMANNVS et GERMANNVS in
tractatibus de miraculis mortuorum confirma
Quare illi in pertinaci ſcepticiſmo haerere no
videntur, qui talia phaenomena in cadaueri
humanis obuia, indiſcriminatim nudis natura
bus proceſſibus et contingentiis adſignant, e
diaboli influxum atque concurſum negant, cum
haec poteſtas diaboli in corpora in dubium vo
cari nequeat. „ cf. C. M. PFAFF. diſs. *de fra
tre fratrem non redimente* ad Pſ. XLIX. 8-10. vb
p. 17. mentionem facit et Iudaeorum et Muha
medanorum, et Graecorum recentiorum, q
corpora impiorum vel excommunicatorum po
nae loco torqueri et cruciari in ſepulcris ex
ſtimant. -- De vampyrismo peculiaris exſta
gnitate Chriſti, et in officii ſaluberrimi parti
obeundis, a muneris, a Patre demandati, ra
nibus alienum ſit in deſcenſu hoc Chriſti, q
cognitioni frugiferae repugnet, me non in
ligere, ſincere profiteor.

3) Quaeſtioni huic cum haud mediocrem lu
adfundat ᾅδου intelligentia, pauca iis, q
ſupra C. II. §. X. p. 189. attulimus,
denda videntur. Si tam Gentilium, quam
daeorum, et Chriſtianorum de ᾅδῃ ſenten
euoluas, commune illud *animorum* vita fun
rum domicilium exiſtimatum eſſe, facile in
neris. Informabant ᾅδην ſic, vt in ingre
eius biuium patere dicerent, cuius altera p
iuſtis, altera iniuſtis ingredienda ſit, ſecund
illud *Diphili*: καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομ
μίαν δικαίων, κἀτέραν ἀσεβῶν ὁδόν. *Virgili*
igitur Aen. VI. v. 540. ſs.

Hic locus eſt, partes vbi ſe via findit
ambas,

Dextera, quae Ditis magni ſub moe
tendit,

Hac iter Elyſium nobis: at laeua m
rum

Exercet poenas, et ad impia Tartara m
tit.

Praeterea, cum Gentiles maxime, et eccleſia
ci doctores, in illa ᾅδου deſcriptione, è *Plato*
communi omnium magiſtro, ſaperent, op
p

pretium est, addere locum illum tam laudatum, saepiusque repetitum, in *Phaedone*, § 62. p. 293. s. Τέτων δὲ ὕτω πεφυκότων, ἐπειδὰν ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον, οἷ ὁ δαίμων ἕκασον κομίζει, πρῶτον μὲν διεδικάσαντο οἵτε καλῶς ϗ ὁσίως ϗ δικαίως βιώσαντες, ϗ οἱ μή. ϗ οἳ μὲν ἂν δόξωσι μέσως βεβιωκέναι, πορευθέντες ἐπὶ τὸν ἀχέροντα, ἀναβάντες ἃ δὴ αὐτοῖς ὀχήματά ἐσιν, ἐπ' τέτων ἀφικνἕνται εἰς τὴν λίμνην. ϗ ἐκεῖ οἰκἕσί τε ϗ καθαιρόμενοι, τῶν τε ἀδικημάτων διδόντες δίκας, ἀπολύονται, εἴ τις τὶ ἠδίκησε. τῶν τε εὐεργεσιῶν τιμὰς φέρονται κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκασος. οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν, διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς ϗ μεγάλας, ἢ φόνὑς ἀδίκὑς ϗ παρανόμὑς πολλὑς ἐξειργασμένοι, ἢ ἄλλα ὅσα τυγχάνει ὄντα τοιαῦτα, τέτὑς δὲ ἡ προσήκὑσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν τάρταρον, ὅθεν ὕποτε ἐκβαίνὑσιν. οἳ δ' ἂν ἰάσιμα μὲν, μεγάλα δὲ δόξωσιν ἡμαρτηκέναι ἁμαρτήματα, οἷον πρὸς πατέρα ἢ μητέρα ὑπ' ὀργῆς βίαιόν τι πράξαντες, ϗ μεταμέλον αὐτοῖς τὸν ἄλλον βίον βιῶσιν, ἢ ἀνδροφόνοι τοιἕτῳ τινὶ ἄλλῳ τρόπῳ γένωνται, τέτὑς δὲ ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον ἀνάγκη. ἐμπεσόντας δὲ αὐτὑς, ϗ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γενομένὑς, ἐκβάλλει τὸ κῦμα. -- οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι, ὗτοί εἰσιν οἱ τῶνδε μὲν τῶν τόπων τῶν ἐν τῇ γῇ ἐλευθερἕμενοί τε ϗ ἀπαλλαττόμενοι, ὥσπερ δεσμωτηρίων. ἄνω δὲ εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνἕμενοι, ϗ ἐπὶ γῆς οἰκιζόμενοι. τέτων δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι, ἄνευ τε σωμάτων ζῶσι παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, ϗ εἰς οἰκήσεις ἔτι τέτων καλλίὑς ἀφικνἕνται. ἃς ὕτε ῥᾴδιον δηλῶσαι, ὕτε ὁ χρόνος ἱκανὸς ἐν τῷ παρόντι. Ex his sine dubio sua hausit

sit PLVTARCHVS, in *Consol. ad Apollonium* πε
τῶν εὐσεβέων ἐν ᾅδου, T. VI. (ed. Reiske
p. 76.

--- ὡς τρισόλβιοι

Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες

Μόλωσ' εἰς ᾅδου· τοῖς δὲ γὰρ μόνοις ἐ

Ζῆν ἔστι, τοῖς ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κα

Eadem ratione ᾅδην informabant *Iudaei*. Si
Sadducaeorum mentem declarat *Iosephus*, An
Iud. L. 18. c. 2. ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν καὶ τὰ
καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσιν. Eade
notio ecclesiasticis scriptoribus familiaris erat
vt ᾅδην dicerent, ἐν ᾧ ψυχαὶ πάντων κατέχον
ται ἄχρι καιροῦ, ὃν ὁ Θεὸς ὥρισεν. In hoc ᾅδη
posuere *Sinum Abrahae*, *paradisum*, aliasque
mansiones, ad conditionem moralem deceden-
tium accommodatas. TERTVLLIANVS librum
scripsit de *paradiso*, iam deperditum, cuius ar-
gumentum sic exponit: "*habes etiam de paradi-
so a nobis libellum, quo constituimus, omnem anima
apud inferos sequestrari in diem Domini.*" de ani
ma, c. 55. CHRYSOSTOMVS in *panegyr.* ad S
Martyres: τὸ πρότερον ὁ θάνατος εἰς τὸν ᾅδη
κατῆγε, νυνὶ θάνατος πρὸς τὸν χριστὸν παραπέμ
πει. Iam vero nolim, has Gentilium Iudaeo
rumque notiones Scripturae inferri, suae ipsius
interpreti optimae clarissimaeque. Congruere
vero haec iis, quae de שְׁאוֹל et ᾅδῃ affirmat,
vnumquemuis locorum, in quibus occurrunt
iusta accurataque collatio docebit: ex qua simul
intelliget, multa loca de sepulchro, multo mi
nus

us de inferno, proprie ſic dicto, ſeu loco damnatorum, plane non poſſe intelligi. Quis *Iacobum*, Gen. XXXVII. 35. in ſuo ad filium abitu, ſepulcrum intellexiſſe putet, cum eundem a beſtia dilaniatum deuoratumque crediderit? Quis *Dauidem*, *Hiskiam*, *Hiobum*, cum de ſuo in שאול ſeu ᾅδην deſcenſu differunt, ſepulcrum ut locum damnatorum meditatos eſſe, ſibi perſuadeat, Pſ. VI. 6. LXXVIII. 1. 5. Eſ. XXXVIII. 18. Hiob XVII. 13? quid? quod *mors* et *infernus*, Apoc. XX. 14. inter ſe, vt demortuorum receptacula, et vterque locus a lacu igneo, in quem conjicientur, diſtinguitur. His igitur vocibus *status locusque* vita functorum ſignificatur, qui, pro varia conditione morali decedentium, varius et multiplex eſt, per me inferior et ſuperior, ſecundum *Auguſtinum* piis impiisque aſſignandus.

Hiſtoriam huius dogmatis ſcripſere plures. IOH. PEARSONIVS, Epus Ceſtrienſis, Anglus, *in Expos. Symb. Apoſtolici*, p. 400. ſs. THOMAS ITTIGIVS in *Sel. Capp. H. E.* Saec. I. II. C. III. Sect. I. § XVIII - XXV. p. 101 - 117. S. V. D. DIETELMAIERVS ſingulari ſcripto: *hiſtoria dogmatis de deſcenſu Chriſti ad inferos*, in compendio exhibita ab S. V. D. ERNESTI *N. Bibl.* T. IV. p. 694 - 714. BVDDEVS in *Inſtit. theol. dogm.* p. 790. b. ſs. nec contemnenda habet diſs. Praes. D. I. F. GRVNERO, Halae habita 1777. ab A. R. I. T. VNGERO. Quae his ſcriptionibus fuſe copioſeque enarrata ſunt, in gratiam noſtrorum, per potiſſima momenta perſequemur. In paucis illis, quae è Saec. I. ſuperſunt, monumentis ſcriptorum eccleſiaſticorum nulla fit huius deſcenſus Chriſti ad inferos mentio clara et

manibus eſſent, patrari potuerit, nec hodie i[n] tanto artis criticae ſtudio repertus ſit, nec praeter IVSTINVM M. vllus è tot chriſtianis ſcriptoribus tale carmen recitet. TERTVLLIAN[VS] *de anima* c. 55. p. 304. "*Quodſi Chriſtus, Deu[s], quia et homo, mortuus ſecundum Scripturas, et ſepultus ſecundum easdem, hîc quoque legi ſatisfecit, forma humanae mortis apud inferos functus, ne[c] ante aſcendit in ſublimiora caelorum, quam deſcenderit in inferiora terrarum, vt illic patriarchas [et] prophetas compotes ſui faceret: habes et regione[m] inferûm ſubterraneam credere, et illos cubito pellere, qui ſatis ſuperbe non putent animas fidelium inferis dignas, ſerui ſuper Dominum et diſcipuli ſuper magiſtrum, aſpernati, ſi forte, in Abrahae ſinu exſpectandae reſurrectionis ſolatium carpere.*" Sic etiam CLEMENS ALEXAND. *Strom.* L. VI. διόπερ ὁ κύριος εὐηγγελίσατο καὶ τοῖς ἐν ᾅδου. φησὶ γοῦν ἡ γραφή. λέγει ὁ ᾅδης τῇ ἀπωλείᾳ. Εἶδος μὲν αὐτοῦ οὐκ εἴδομεν, φωνὴν δὲ αὐτοῦ ἠκούσαμεν. Etiam Apoſtolos, ad exemplum Domini, mortuis euangelium praedicaſſe, contendit L. II. δέδεικται δὲ κἂν τῷ δευτέρῳ ϛωματεῖ, τοὺς ἀποςόλους, ἀκολούθως τῷ Κυρίῳ, καὶ τοὺς ἐν ᾅδου εὐηγγελισμένους, munitque ſe auctoritate HERMAE, in *Paſtore*: τοὺς ἀποςόλους καὶ τοὺς διδασκάλους τοὺς κηρύξαντας τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ κοιμηθέντας, τῇ δυνάμει καὶ τῇ πίςει κηρύξαι τοῖς προκεκοιμημένοις. Ἔχρῆν γὰρ, οἶμαι, ὥσπερ κἀνταῦθα. οὕτως δὲ κᾀκεῖσε τοὺς ἀρίςους τῶν μαθητῶν μιμητὰς γενέσθαι τοῦ διδασκάλου. Porro *de iis*, inquit BENGELIVS, ad Matth. XIV. 2. *quae Chriſti prodromus, ante ipſum occiſus, defunctis nunciarit, multa dicunt Graeci communiter; apud Leonem Allatium de LL. eccleſiaſticis gr. p.* 303. *ſs. et apud* WETSTENIVM *ad Dial. cum Marcion.*

sion. p. 33. *itemque latini, quos citat* ITTIGIVS *in diss. de euangelio mortuis annunciato.* § *XI. quibus adde* AMBROS. *ad Luc.* 17. *et* GERSON *Lect.* 2. *super Marcum.* ORIGENES, interpretationis grammaticae auctor, Libr. II. contra *Celsum*, p. 85. ed. Spenc. de hoc descensu, γυμνῇ, inquit, σώματος γενόμενος ψυχῇ ταῖς γυμναῖς σωμάτων ὡμίλει ψυχαῖς, ἐπιστρέφων κἀκείνων τὰς βουλομένας πρὸς αὐτόν. Alia quaedam loca ex *Comment. in Libb. Regg. et in Ioh.* exhibet diss. Halensis cit. p. 12. 13. EPIPHANIVS, Epus Salaminiensis in *Expos. fidei catholicae*, L. III. adu. haereses, § 17. p. 1099. descensus Christi ad inferos hisce verbis meminit: οὐχὶ τῆς Θεότητος συγκλεισθείσης, οὐ τῆς Θεότητος ταφείσης, συγκατελθούσης δὲ τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ εἰς τὰ καταχθόνια, ἑλκούσης ἐκεῖθεν τὴν τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, κλασάσης κέντρον θανάτου, διαῤῥηξάσης τὰ κλεῖθρα καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς ἀδαμαντίνους, καὶ λυσάσης ὠδῖνας ᾅδου ἐν ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ κ. τ. λ. Hae sunt priuatorum quorundam doctorum de D. C. ad I. sententiae, nondum ea auctoritate pollentes, vt in *symbola* fidei publice reciperentur. Ignorant enim hoc caput symbolon ecclesiae *Caesareensis*, vid. SOCRATES H. E. L. I. c. 8. p. 23. (ed. Read.) in concilio *Niceno* publice lectum et probatum, symbola ecclesiae *Hierosolymitanae*, *Antiochenae*, *Alexandrinae*. In symbolo, quod Sirmii compositum ac Arimini productum fuit, haec exstant verba: σταυρωθέντα, καὶ παθόντα καὶ ἀποθανόντα καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα, καὶ τὰ ἐκεῖσε οἰκονομήσαντα, ὃν πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες ἔφριξαν. RVFFINVS: *in ecclesiae romanae symbolo non habetur additum: descendit ad infera, sed neque in Orientis ecclesiis habetur hicce sermo, in Symb.* § 10. p. 570. idem hic in *Aquileiensi* primum

mum exſtitiſſe teſtatur, vt, praeter ſepulturam deſcenſus Chriſti ad inferos commemoraretur; vnde in Romanum, aliaque ſymbola tranſiiſſe et partem *ſymboli apoſtolici* haberi cœpiſſe docet. Saec. IV. *Apollinaris* vtriusque haereſi ortâ, qui Chriſtum aſſumſiſſe quidem carnem, ſed ſine anima humana, certe ſine intellectu, contendebatur, cuius locum ſuppleuerit diuinitas, noua cauſſae noſtrae acceſſit auctoritas, nouumque pretium, propterea, quod reuincendo huic errori inprimis apta cenſebatur et conſentanea. Explicatius hinc tradi coepit, et digna habebatur, quae in Symbola fidei publicae profeſſionis referretur. ATHANASIVS igitur Alexandriae Episcopus, *Arianorum ille malleus*, in L. *de Incarn. Chriſti*: L. I. c. XIII. XIV. p. 933. σῶμα Χριστοῦ μέχρι τάφου φθάσαν, ἡ δὲ ψυχὴ μέχρι ᾅδου διαβᾶσα. Διαιρετῶν δὲ ὄντων τῶν τόπων, πολλῷ μέτρῳ, καὶ τοῦ μὲν τάφου σωματικὴν ἐπιδεχομένου τὴν ἐπίβασιν, ἐκεῖσε παρῆν τὸ σῶμα, τοῦδε ᾅδου ἀσώματον. πῶς ἐκεῖ παρὼν ὁ Κύριος ἀσωμάτως, ὡς ἄνθρωπος ἐνομίσθη ὑπὸ τοῦ θανάτου, ἵνα ψυχαῖς ταῖς ἐν δεσμοῖς κατεχομέναις μορφὴν ἰδίαν ψυχῆς ἀνεπιδεκτὸν τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου παραστήσας παροῦσαν παροῦσαις διαρρήξῃ τὰ δεσμὰ ψυχῶν τῶν ἐν ᾅδου κατεχομένων. Spectant huc teſtimonia vtriusque GREGORII et *Nazianzeni* et *Nyſſeni*, CYRILLI HIEROSOLYMITANI, AVGVSTINI, aliorumque Patrum, in medium allata ab PEARSONIO l. c et *diſſ. Halenſi* cit. p. 13-17. --- Saec. VIII. IX. noua huic dogmati acceſſio facta eſt ſuperadditis notionibus *purgatorii* et *limborum*, ſine dubio è ſchola platonica (*) primum ortis, poſt *Scholaſticorum* diligen-

(*) Ne temere haec dici videantur, notiones platonicae de fluminibus ſubterraneis, euoluantur: *Acbe-*

ligentiâ diſtinctius propoſitis, tandem in quatuor potiſſimum interualla inferorum regionibus diuiſis, quarum infimam partem occupet *infernus*, proprie ſic dictus, vbi poena ſit *damni non* modo, gratiae nimirum Dei, pacis conſcientiae, gloriae caeleſtis, ſed etiam poena *ſenſus* cruciatuum infernalium, reprobis deſtinatus et proprius, nec vllam inde fore liberationem: Infimum hunc locum excipere *purgatorium*, animis demortuorum adcommodatum, qui peccatis, vt dicunt, venialibus non plene purgati eo deſcendiſſent, vt, quae ſatis eſſent, praeſtitis, purificati in caelos aſcendant: reliqua ſuperiora ſpatia, ſeu *limbos*, deſtinari infantibus, ſine baptiſmo mortuis, orbatis quidem gloriae caeleſtis vſura, nullo vero ſenſu cruciatuum adflictis, et *patribus* ſanctis V. T. fide in venturum Meſſiam, morumque integritate, conſpicuis, qui quidem gloriae caeleſtis fructu deſtituti, nec poenae aliquo ſenſu excruciati, futuram liberationem laeti exſpectauiſſent, tandemque voti ſui

Acheron flumen ſub terra eſt locus purgatorius, et ad curam pertinet et moerorem, reſpondet quoque aëri partique mundi meridianae. *Styx Cocytusque* reſpondet terrae atque occaſui, odiumque per luctum fletumque puniunt. *Phlegeton* igni reſpondet atque orienti, vimque puniendi continet per calorem, et irae cupiditatiſque feruorem punit, Differunt vero hoc inter ſe ſolum, quod Styx exoriens appellatur, Cocytus vero progrediens. *Tartarum* infimum tenere vult inferni locum, in quo ſceleſtiſſimi non medicinae, ſed exempli gratia adfligantur. cf. MARS. FICINI arg. in plat. phaed. p. m. 490. ſs. Fuere, qui hanc deſcriptionem platonicam ad concilianda ea loca Scripturae conferrent, in quibus partim ſtridorem et frigus, partim ignem de inferno praedicari videas.

ſui in deſcenſu Chriſti ad inferos compote
cti fuiſſent. Largimur quidem, opinionem
teris eccleſiae doctores multos, inque his i
mis TERTVLLIANVM, defendiſſe, animas
rum non ſtatim a morte in caelum euo
ſed venire in locum inferiorem caelo, n
ibi purgarentur a reliquiis peccatorum, v
lunt Romani, ſed qui ſit *temporale animaru*
delium receptaculum, *in quo delineetur futuri i*
ſeu poſt decurſum vitae in Sinu Abrahae refrig
quam parum vero hae ſententiae et deſcr
nes communi Romanorum de purgatori
nioni faueant, demonſtrauit S. V. D. ERN
in *Anti-Muratorio*, p. 156-159. Comm
hanc eccleſiae RC. ſententiam de quatuor
rorum receptaculis praeiuere maxime TH
AQVINAS, et BONAVENTVRA, ingenti
laſticorum familia ſtipati. Haec dogm
cies erat, cum LVTHERVS, diuini Vir
repurgandis ſacris operam nauauiſſet, et
conſilium omnes vires, ſtudia, laboresqu
tuliſſet. Inconſtanter quidem in hoc dog
explicando verſatum eſſe virum ſummum
negamus, id quod laudi potius, quam vi
rio duci debere exiſtimamus. Tandem in
bri illa ad Torgenſes habita oratione, propr
verborum, 1 Petr. III. 19. ſenſum tuitus, C
ſtum et anima et corpore inferorum ſedes a
ſe docuit, vincendi Diaboli, infernique por
rum infringendarum, victoriaeque in mo
partae latius perſequendae cauſſa. Tranſiit ha
ſententia in *Formulam Concordiae*, Art. IX. p.
573. et in *Repet.* et *Declar.* p. 712. in qua in
diſceſſum eſt ab antiquiſſimis Patribus, vt n
anima tantum, ſed et corpore deſcendiſſe Chr
ſtus in infernum exiſtimaretur. Sic HVTTER

QVE

QVENSTEDIVS, IAC. CARPOVIUS, aliique docent. Quatuor inprimis HVTTERI quaestiones, 1) num Christus vere et realiter, an spiritualiter s. metaphorice ad inferos descenderit? 2) quando descenderit? 3) num totus Christus secundum vtramque naturam, an sola anima, an anima et corpore descenderit? 4) num ad statum humiliationis, an exaltationis pertineat? recenset, et more suo diiudicat S. V. D. SEMLERVS, in *Apparatu ad LL. SS.* p. 394. ss. Ex quo libertas sentiendi iudicandique in ecclesia nostra euangelica restitui coepit, varia fortuna vsum, impugnatum, defensum hoc dogma, maiores ad nostram aetatem transmiserunt, in qua denuo sub examen vocatum, primum a b. BAVMGARTENIO, tum SEMLERO, MOLDENHAVERO, ERNESTI, VV. VV. ex locis theologicis expungi coepit, sententia ita lata: *N. Bibl. T. III. p. 708.* " *Von alle dem, was die alte Kirche vom Saec. II. -- biß auf die Reformation von der Höllenfahrt gelehret hat, ist kein Wort wahr, und sind alles Träumereien, die sich auf den heidnischen und iüdischen Begriff von dem* ᾅδῃ, *und damit verglichenen und übel verstandenen Schriftstellen gründen, woraus offenbar ist, daß wir uns hier auf den* consensum vet. ecclesiae *gar nicht berufen können, als der vielmehr, ausser dem einem, daß sie durch den* descensum ad inferos *nicht die Begräbniß verstanden haben, wider uns ist, und daß also unsere Erklärung eigentlich neu, und den alten ganz unbekannt gewesen ist, daraus folget aber noch nicht, daß sie unrichtig sei.*

II) His antiquis recentioribusque testimoniis cum fides nostra non innitatur, restat, vt quae sint huius descensus Christi ad inferos *praesidia scri-*

pturaria, circumſpiciamus; nec enim cum Io
DVNS SCOTO, *Sent. L. I. diſt. XI.* cauſſae h
ius demonſtrationem proprie et vnice ex *tra
tione* duci debere exiſtimamus.

a) Arx cauſſae et princeps locus, I Petr. I
18. 19. vexatiſſimus eſt, vti dogma ipſum, cu
probandi cauſſa adhiberi ſolet. SEMLERVS, V. Cel
eodem pro ſua liberalitate pronunciat ita: "
*lud carmen, I Petr. III. 19. IV. 6. eſt omnino
illorum numero, quorum ſententia non eſt ſ
clara, vt non poſſit ad dogmaticam auctoritatem
ficere.* -- *Appar. ad LL. SS.* p. 395. Qui de
ſcenſu ad inferos explicant, magnis ſe nomi
bus auctoritatibusque tueri poſſunt, hanc i
terpretationem praeeuntibus, HERMAE, IR
NAEI, CLEMENTIS ALEXANDRINI, ORIG
NIS, ATHANASII, EPIPHANII, CYRILL
HIEROS. RVFFINI. Videamus primum de co
haerentia orationis Petrinae: Commendat ſui
illam animi promtitudinem et πληροφορίαν, qua
vnicuique, qui popoſcerit, ſiue clementi ſiu
duro, parati ſint ad exponendas rationes ſ
et exſpectationis, (*) qua tamquam peregr
natores huius vitae, C. II. 11. et mundanaru
deliciarum incurioſi, Hebr. XI. 13. ſs. anim
ſint, idque fieri debere ea comitate ac relig
ne, qua chriſtiani eminere debeant, ſine i
acerbitate animi, ſine vllis verborum aculei
ſine imprudenti aliquo zelo, ea moderatione
reuerentia, quam Deo hominibusque debean
v. 15. ſeruiantque illibatae conſcientiae ſtudi
quo in ruborem agantur ii, qui ipſorum mor
inceſſant, carpant, conuiciis dicteriisque p
ſcindant. Satius enim eſſe, ſi Deo lubitum ſ

eoru

(*) Hinc PLVTARCHO Chriſtiani audiunt *Philoſo*
ἐλπιςικοί.

orum fidem, patientiamque aduerſis rebus exrcere, recte factorum conſcientia frui paſciue, quam male factorum angi excruciarique, 16. 17. vnum illud, perfectiſſimumque omnium irtutum exemplar continue intuentes, et ad vitam moresque ſuos exacte componentes, hriſtum, in cuius ſimilitudine magis magisue aſſequenda, et plenius exprimenda, chrianae pietatis norma ſit finisque, Chriſtum, quam, qui integer vitae ſcelerisque purus, tam profuderit in eorum gratiam et ſalutem, ui vitiorum lue tam foede contaminati eſſent, via quaedam apta et facilis aperiretur, qua alienati a Deo, in ipſius gratiam redire, conliarique poſſent, ea ratione, quae Deo gloioſa, hominibusque ſalutaris eſſet. — Iam cum n eo ſit Apoſtolus, vt breui compendio, (quale illud eſt, 1 Tim. III. 16.) et concinno ordine narret, quas Chriſtus hoc conſilio moleſtias xantlaſſet, viasque percurriſſet, ſigillatim enumerantur actus illi principales, primum mors, v. 18. tum abitio in cuſtodiam, ad eos ſpiritus defunctorum, qui diluuio quondam periiſſent, v. 19. tum adſcenſio in caelos, et ſeſſio maieſtatica ad dexteram Dei, vel angelis, et poteſtatibus potentatibusque, ei ſubiectis. v. 22. Haec primum legenti, vix in mentem veniat aliqua praeconii Chriſti, miniſterio Noachi facti, cogitatio, cui expoſitioni, antiquae quidem, multisque ſummi nominis theologis, PEARSONIO, l. c. LVD. CAPPELLO, b. HEDINGERO in *Nott. germ.* ad N. T. p. 765. D. GEORGIO BENSONIO, *paraphraſt. Erkl.* T IV. p. 345. BOCHARTO, CLERICO, WITSIO, *[illegible]. foed.* p. 466. THEOPHILO ALETHAEO, S. LAVRENTIO MÜLLERO, *Erläuterung dun-*

kler Oerter A. u. N. T. p. 110. ſs. Molde-
haverо, Ernestique, VV. VV. a
denti, repugnare videntur multa, qualia
verba: πορευθεὶς ἐκήρυξεν, i. e. ἐπορεύθη καὶ ἐ
ρυξεν, illud enim plane otioſum eſſet, (
*Bibl. T. I. p. 120. es iſt ein bloßer idiotiſcher P
naſmus, in der griechiſchen Sprache, der in
N. T. bei andern Griechen mehr vorkömmt, und a
in unſerer Sprache gewöhnlich iſt,*) id quod ab
ctione Petrina, et ſimili vſu vocis, v. 22.
proprie ſumi omnes largiuntur, alienum vi
tur et abhorrens; repugnat ποτε, quod ſ
poſtolus coniunxiſſet cum ἐκήρυξεν, nullum
pereſſet dubium de interpretatione illa vnice
ra et recta; refragari quoque videtur *cat*
actuum Chriſti, a Petro commemoratorum
qui doloribus morteque Chriſti, v. 18. et adſce
ſione in caelum, recenſitis, quo ordine ad prae
conium illud Noachicum deuenerit, intelligi ſa
tis nequit, eumque ſpiritum, quo Chriſtus,
necatus carne, in vitam redierit, exponi de
natura, qua ante incarnationem praeditus fu
rit, in eaque praedicauerit hominibus, dilu
quondam deletis, nullo alio loco ſimili aut d
clarari poteſt, aut illuſtrari; nec Gen. VI.
2 Petr. II. 5. Chriſti nondum incarnati, N
chi praeconio maxime operantis et efficac
mentio vlla iniicitur. *Caro* et *Spiritus*, ſ
Chriſto vno eodemque loco praedicantur, ſe
oppoſitionis mutuo illuſtrant. (*) Σαρξ Ch

(*) Laudabilem operam in notionibus πνεύμα
et σαρκὸς ſcripturariis euoluendis, poſuere b
diſs. b M. Georgi, praes. b. Canc. Revss
1776. et Cl. M. Rieger, praes. S. V. *D. Sa*
torio, 1778.

denotat naturam humanam, quae ſic deno-
inatur ex eo, quod eidem adiuncta ſit notio
firmitatis, fragilitatis, inconſtantiae, corru-
bilitatis, mortalitatis, Ies. XXXI. 3. Ioh. I. 14.
. II. 14. Rom. IX. 4. 'Εν σαρκὶ cum Iohan-
s Chriſtum veniſſe contendat, et qui ſecus
tiat, doceatque, Antichriſti notam praebere
nificet, 1 Ioh. IV. 3. vera humanitas Chriſti
tra *Docetarum* errorem aſſeritur. Huic σαρ-
ſecundum quam morti ſubiici poterat, op-
itur πνεῦμα, anima, ſed nouâ illâ naturâ
tuali, donisque ſpiritualibus locupletiſſime
cta, quae cum diuino quodam ſemine in-
uptibilitatis et immortalitatis animata ſit,
omnino neſcia eſt. Πνεῦμα igitur de di-
natura in ſe, ſeu Diuinitate Chriſti, hoc
loco intelligere nolim, propterea, quod
ditûs in vitam, ſeu viuificationis capax
, ſed πνεῦμα in Chriſto, coll. Rom. I. 4.
II. 16. eſt illud omne, quod Chriſti eſt
carnem, quamuis mundam et ſanctam,
carnem ex generatione a Patre, qui i-
nctificauit, Ioh. X. 36. ſic Spiritu S. ab-
ſime repletus et vnctus erat Ieſus, Luc.
IV. 1. 18. Ioh. III. 34. Act. X. 38. Pſ.
et ea natura, ea noua et ſpiritualis
, quam Spiritus S. naturae Chriſti hu-
ae indidit, Luc. I. 35. auxit, C. II. 40. con-
uitque, dicitur in illa *carnis* oppoſitione
tus, qui ante reſurrectionem ſub carne,
quam inuolucro quodam latuit, poſt reſur-
onem carnem quaſi abſorpſit, in eandem-
naturam ſpiritualem commutauit. Hic eſt
tus Chriſti, vis illa diuina, quae in Chri-
in terris agente, tam miraculis, quam ſin-
ulari illa ἐνεργείᾳ verborum, abs ſe prolato-

 rum,

rum, maxime conſpicua erat, Ioh. VI. 63.
quem *blasphemarunt Phariſaei*, Matth. XII.
per quem aeternum ſpiritum ſe ipſe obtuli
bauitque Deo innocentiſſimum, Hebr. IX.
tamquam victimam, omnibus numeris abſ
tam, et ab cultus leuitici vmbris et vani
longe diuerſiſſimam, excellentiſſimam ob
petuitatem, effectaque ſine continua et anni
ſaria ſacrificii repetitione perpetuo futura. H
nobiliſſimae naturae parti traditione in ma
Patris vnice proſpexit, Luc. XXIII. 46. C
ſtus moribundus. Hac ſua ſpirituali ſancta
natura, quae in ipſa reſurrectione manifeſtiſ
adparuit, potentiſſime demonſtratus eſt *filius*
Rom. I. 4. in hac iuſtificatus eſt, 1 Tim. III.
eamque iuſtitiam in Spiritu ad Spiritus *in*
ſtodia profectus praedicauit, et ab illo temp
potentiſſime exſeruit, Rom. IV. 25. 1 *Cor. I.*
Quemadmodum igitur Chriſtus carne illa frag
et mortali necabatur, ita ſpiritu illo, carnis in
uolucro quaſi incluſo, mortis aut vllius inter
tus neſcio, potentiſſime ad vitam *ipſe* redi
actusque vitales edidit plures et inſignes,
eundi, praedicandi, corpus in vitam, et
ritualem naturam reſtituendi. Et haec ca
eſt, cur ipſi noſtro corpori reditus in vitam
turus ſit, propterea, quod templum ſit fact
ſpiritus Dei, Rom. VIII. 11. oportet enim *h*
corruptibilis caro incorruptibili natura, et m
talis immortalitate indui, 1 Cor. XV. 53. *Co*
munem hunc de Chriſto loquendi vſum,
N. T. proprius eſt, repudiant illi, qui πνευ
de diuina natura intelligunt, qua, ante in
nationem, praeconium Noachicum virtute ae
ni ſpiritus I. C. nobilitatum fuerit, in prophe
veritatisque teſtibus et praeconibus, qualis N
ach

[...]achus fuerit, efficaciter operanti, 1 Pet. I. 10. ſ. [M]ihi quidem tutiori via, et conſilio Apoſtoli et o[r]ationis vniuerſae conſtructioni conuenientius, [i]ncedere videntur, qui in hac re, quamuis my[ſ]terii plena, proprietatem verborum tuentur, [e]t vexatiſſimi loci plenum ſenſum aeternitati re[ſ]eruant, academiae illi caeleſti, ad quam nos, in[f]irmitatis ſenſu, multis in rebus gemebundos ad[ſ]pirare decet. — In loco, myſterii pleno, non [d]ebemus proprietatem ſermonis ex eo dimittere, quod non habeat parallelos. B. LVTHERI iudicium de h. l. modeſtum, ſobrium et prudens, vid. *in Gnom.* p. 1019. Παρἀφρασιν difficilis loci hanc damus: ſemel Chriſtus pro peccatis hominum paſſus eſt, is, in quo, ab omnibus veri ſacerdotis virtutibus inſtructo, ne quicquam quoad vitae ſanctimoniam abſolutamque iuſtitiam, non tam inſitam, quam in ipſa vita et morte piaculari praeſtitam, deſiderari poterat, vt peccatores a Deo disiunctos et diſſociatos, ea ratione, quae et virtutibus diuinis, earumque ſummae perfectioni honorifica eſſet, et ad vniuerſi generis humani miſeriam tollendam, ſalutemque recuperandam, adcommodata, cum ipſo conciliaret, et vna ſecum iuſtificatis viam ad Patrem aditumque pararet, idque euidenti aliquo ſpecimine, vel in regionibus illis haud adſpectabilibus, praeſtitit: morte enim interemtus quoad fragilem et mortalem naturam humanam, animâ vero donis Spir. S. locupletiſſime auctâ, et vi vitae ἀκαταλύτȣ praeditâ, quam princeps vitae ſpiritualis in ſe ipſe habuit, et qua ſpiritu viuere neque deſiit, neque coepit, ſtatim viuum multis modis et expeditiſſimis ſe demonſtrauit, profectus enim eſt, tamquam viuorum et mortuorum Dominus, iure victoriae in morte

te partae, mortis orcique clauibus instruct
ringente Diabolo, frremente regno tenebrar
ad loca illa mundi inuisibilis, quibus, tamq
in custodia, ad carnis libidinosae castigation
1 Petr. IV. 6. animae detinebantur illorum
minum, qui quondam ob pertinacem et o
natam ἀπιςίαν diluuio deleti erant, iisque p
dicauit praeconium eiusmodi, quod animo
conditioni accommodatum esset, credentibu
peccatorum poenitentia fractis, euangelicun
consolationem, quod Christo proprium est,
teris legale, ad terrorem grauiusque iudici
si etiam hanc viam recuperandae gratiae p
tinaciter repudiassent!

b) Alter locus, qui ad demonstrandum descen
Christi ad inferos iam ab IRENAEO, ORI
NE, ATHANASIO, HIERONYMO, AMBR
SIO excitatus est, Eph. IV. 8 - 10. multis an
quiorum recentiorumque interpretum videtu
dubius, et minime aptus, ad cogendum ex e
articulum fidei. Paullus in eo est, vt summa
Christi maiestatem et potestatem super omnia v
dicet, et nil ipsi imperuium esse, nil extra e
dominationis ambitum positum ostendat, in
riores quoque terrae partes adiisse, vt diu
sua vi, in exaltatione recens assumta, omnia p
netrare posset, et praesentia atque operatio
fructibus mortis expiatoriae, donis humano g
neri recuperatis, immo se ipso implere. S
magni theologi, qui haec κ. μ. τ. γ. de terr
quam nos inhabitamus, et quam relicto ca
filius Dei adiisset, intelligenda esse docent,
S. V. D. ERNESTI *Nste Bibl.* T. II. p. 31.
MICHAELIS: *Paraph. und Anmerk. über d*
Briefe Pauli, p. 106. *Es kann unmöglich von d*
Hö

Höllenfarth Christi die Rede seyn, wie viel von unsern Gottesgelehrten vorgeben. FRID. BALDVINVS in *Comment. in omnes epp. Pauli* illud *κατέβη εἰς τὰ κ. μ. τ. γ.* tam de incarnatione Christi, quam de descensu ad inferos interpretatur, p. 906. Habet omnino interpretatio illa, quae *κ. μ. τ. γ.* de terra exponit, praesidia haud contemnenda. Obseruatus est animo Apostoli, dum haec scriberet, Psalmus LXVIII. qui alius quoque descensus meminit, nimirum in montem Sinai. v. 16. Christum vero in inferiores illas partes terrae, quibus homines viuere solent, descendisse, asserit Apostolus, et hoc sensu verbum *καταβαίνειν* plurimis locis vsurpatur, Ioh. III. 13. VI. 33. 38. 41. 42. 50. 51. 48. et *κάτω* respectu ad caelum, *ἄνω*, de terra occurrit. Ioh. VIII. 23. Act. II. 19. Sine dubio haec ipsa locutio hebraismum sapit, תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ Ps. LXIII. 10. vbi Dauid consilium suorum hostium, eòrundemque exitum describit, וְהֵמָּה לְשׁוֹאָה יְבַקְשׁוּ נַפְשִׁי יָבֹאוּ בְּתַחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ LXX. *εἰς κατώτατα τῆς γῆς.* Non facile de sepulchro heic cogitari potest, nam eosdem hostes fore portionem vulpium, v. 11 מְנָת שֻׁעָלִים יִהְיוּ vel hyaenarum contendit, adeoque honore sepulturae non cohonestatum iri, haud igitur improbabile videtur, haec תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ esse periphrasin שְׁאוֹל, loci et domicilii mortuorum. Porro haec ipsa locutio, Ps. CXXXIX. 15. de vtero matris vsurpatur, רֻקַּמְתִּי בְּתַחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ ingeniose contextus sum in ima terra, i. e. in vtero matris: vbi Ill. MICHAELIS annotat, p. 247. ss. *Den Zustand vor der Geburt stellen Hebräer und Griechen sich eben so vor, als den, nach dem Tode: die Griechen nennen den einen sowohl, als den andern,* Hades, *und die Hebräer verglei-*

 chen

chen den Mutterleib mit dem Grabe, und stellen sich als einen Theil der unterirrdischen Welt Hinc factum est, vt quidam hunc descen Christi εἰς τ. κ. μ. τ. γ. de sepulchro, vti D. ZACHARIAE, in *paraphrastischen Erkl. linischer Briefe* ad h. l. alii de vtero matris, eoque de incarnatione Christi, vti BEZA et GIVS, et Cel. W. A. TELLER, *WB.* p. *Zusäze* p. 23. interpretarentur, nec GROT in *Annott. in N. T.* alienus videtur, " pot inquit, aliquis credere, agi hic de vtero terno ob locum Ps. CXXXIX. 15. Sed cred lius est, agi de diuina Christi potentia, in te exercita, coram multis testibus, de quo a tur et 1 Tim. III. 16.,, Cum itaque haec תחתיות הארץ tam in proprio, quam improprio sensu, aliqu inferius superficie telluris indigitare videantu cum oppositio illa, qua adscendisse Christus περάνω πάντων τῶν ὐρανῶν dicitur, etiam de scensum ad ima terrae supponere videri possit, denique cum non quilibet adscensus, sed a scensus, captam captiuitatem habens coniu ctam, (*) praesupponat et inferat descensu

(*) Quid Patres dictione illa, שָׁבִיתָ שֶּׁבִי intellex rint, sequentia declarabunt: HIERONYM ad h. l. Eph. IV. " *Inferiora terrae, infernus cipitur, ad quem Dominus noster Saluatorque descen vt sanctorum animas, quae ibi tenebantur inclusae, cum ad caelos victor abduceret.* ,, Et in Matth. X 29. *alligatus est fortis, et relegatus in tartarum, et D mini contusus pede, et direptis sedibus tyranni, capti ducta est captiuitas.* Auctor libelli de paschate nomine AMBROSII: "*expers peccati Christus cu ad Tartari ima descenderet, seras inferni ianuasque co fringens, vinctas peccato animas, mortis dominatione d structa, a Diaboli faucibus reuocauit ad vitam. Atq*

in inferiores terrae partes, cum denique Hebraei animos defunctorum in inferioribus terrae partibus posuerint, Ez. XXXII. 18 - 31. XXXI. 16 - 18. Ies. XIV. 9 - 15. Ps. LXIII. 10. non vana et mere arguta eorum interpretatio videtur, qui ex h. l. descensum Christi ad inferos inferunt, vti quidem existimauit Reu. M. GRAEFENHAIN, Lipsiensis, in diss. perquam eleganti, *de interpretationibus N. T. argutis magis, quam veris.* 1774. p. 18. Ceterum ingenue fateor, nî alia loca superessent, ex hoc vno veritatem descensus Christi ad inferos, tuto et liquido probari haud facile posse.

Tertius locus, in quo singulare quoddam robur inesse putat PEARSONIVS l. c. p. 407. vt euidens et infallibile nominet pro hac doctrina argumentum, exstat Act. II. 25. ss. Si anima Christi non derelicta est in inferno, in resurrectione ipsius, vtique in inferno fuerit, necesse est, ante resurrectionem. Vt enim caro eius, v* promissionis ac prophetiae, non vidit corruptionem, tametsi fuit in sepulchro, corruptionis officina, vbi vsque ad resurrectionem in spe requievit: sic et anima eius, quae vi eiusdem promissionis in inferno derelicta non est, vtique in inferno fuit vsque ad tempus,

ita diuinus triumphus aeternis characteribus est conscriptus, dum dicit: vbi est, mors, aculeus tuus, vbi est, inferne, victoria tua. „ LEO *Imp.* Χριςὸς ἀνέςη τὸν ᾅδην αἰχμαλωτίσας, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἐλευθερίαν κηρύξας. MACARIVS: κελεύω σοι ᾅδη καὶ σκότος καὶ θάνατε, ἔκβαλε τὰς ἐγκεκλεισμένας ψυχάς.

quo corpori rurſus vnita fuit ad reſurrection
exſequendam. Hinc ſatis manifeſte ſequi vi
tur, animam Chriſti in inferno fuiſſe. Dur
paullo AVGVSTINVS, *quis*, inquit, *nif
fidelis negauerit, Chriſtum fuiſſe apud inferos.*
99. ad Euodium. Ill. MICHAELIS verba pſal
כִּי לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל vertit: *Du wirſt mei
Leichnam nicht dem Grabe laſſen*: Pace vero
ri Ill. putem, valde proprie prophetam loq
et inde in ſuam orationem transferre Apoſtolu
in carne Chriſti negantes corruptionem, qu
in ea ſola locum habuiſſet, et de anima Chr
aſſerentes, non derelictum iri in ſtatu mort
rum. לִשְׁאוֹל gr. εἰς ᾅδου. Cum haec verba
tum locumque animae poſt mortem ſignificent,
vix vnus alterue locus de *ſepulcro* intelligi p
ſit, non male hanc ſententiam vertunt, qui
animam meam, me ipſum, non derelinques i
communi mortuorum domicilio: cf. Pſ. VI. 6. ſed
propediem cum corpore, corruptionis exper-
te, copulaturus es, et in vitam reuocaturus.

4) Haec primaria ſunt illa dicta, è quibus locu
ille probari in ſcholis noſtris ſolet, ita ve
comparata, vt, ſi fateamur, quod res eſt, du
biis et exceptionibus valde pateant. Multo mi
nus laudanda eſt, et imitanda multorum, in
primis vero Pontificiorum, moleſta ſedulitas
qua in conquirendis vndique teſtimoniis, pr
deſcenſu hoc Chriſti ad inferos, tam ex libri
canonicis, quam apocryphis, numquam no
vacarunt, eo quidem conſilio, vt ſententiis d
purgatorio, de limbo patrum, infantumque a
liquod quaererent praeſidium auctoritatemque.-
Ex

Excitant Pſ. CVI. 16. כִּי שִׁבַּר דַּלְתוֹת נְחֹשֶׁת וּבְרִיחֵי בַרְזֶל גִּדֵּעַ׃ Sed hic locus plane nil ad hanc cauſſam ſpectat; agitur enim de liberatione ex Aegypto, cuius memoriâ populus ad grati animi pietatem excitatur, prorſus igitur *α'προσδιόνυσος* eſt. -- Excitant Zach IX. 11. גַּם – מַיִם בּוֹ׃ Sed aeque abſurde hic locus in ſubſidium vocatur. Propheta agit de liberatione ex captiuitate peccatorum, in quam aſſerturus ſit Hieroſolymam, eiusque ciues, Meſſias, cuius v. 9. manifeſta ſit mentio, et ſenſus ſine dubio huc redit: Etiam tu, filia Sionis, Hieroſolyma cum tuis incolis et vniuerſo populo, in ſanguine fœderis tui es; fœdus illud, ſanguine Meſſiae confirmandum ſtabiliendumque, ad te primario pertinet, tui cauſſa factum, ſancitum et manifeſtatum eſt; hinc dimittam tuos vinctos, peccati, legis, damnationis vinculis conſtrictos, et irae diuinae obnoxios, et liberabo illos è ſtatu profundiſſimae miſeriae, vbi nulla pax, animae, eiusque deſideriorum exſatiandorum nulla facultas, ſed ea ſitis, ea rerum omnium, ad ſalutem eiusque certam perſuaſionem ſpectantium inopia, vt ea non potuiſſent non contabeſcere, et miſere exſtingui. -- Excitant praeter ea loca N. T. quae iam vidimus, Rom. X. 6. et inde ſatis argute argumentantur, ergo Chriſtus fuit poſt mortem in abyſſo; abyſſus vero, vi loci ſimilis, ad quem Apoſtolus ſuauiſſima parodia alludit, Deut. XXX. 11-14. mare denotare videtur, vt ſenſus hic ſit: ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in caelum, ſc. vt ex eo cognoſcamus legem, eamque praeſtemus; nam hoc eſſet Chriſtum quaſi ex alto deducere, et negare, eum de caelo deſcendiſſe, vt legis verum ſenſum nobis aperiret,

ret, et praestandi viam patefaceret, vireso
concederet: aut quis descendet in abyssum,
est, in mare vltimum nauigio, vt ex locis re
tissimis cognitionem legis et praestandi facu
tem nobis suppeditet? hoc enim esset Chri
quasi ex mortuis reducere, ac negare,
mortuum esse pro peccatis, et resurrexisse
iustitiam, qua semel potiti viribus, implen
legi sufficientibus, instruamur: nam pro
quum est verbum euangelii, quo enunciatur
rus et legitimus vsus legis, et impletio il
offertur in Christo. -- Multo minus pro dem
strando hoc descensu admitti possunt, quae
tantur ex libris *apocryphis*, testimonia, vel
illud, Sirac. XXIV. 8. *penetrabo omnes inferi*
partes terrae: Inspiciam omnes dormientes, et i
minabo omnes sperantes in Domino; haec quid
encomii sapientiae pars, (vt nil dicam de lib
apocrypho, quem neque ecclesia ante Christum
iudaica, neque Patres ad Hieronymi vsque tem
pora, pro canonico agnouerunt,) ne exstat q
dem in fonte graeco, e quo latina versio t
ducta est, quod ipsi, qui illi iusto plus aucto
tatis tribuunt, fatentur RCatholici. Quaesita ei
modi loca dogma, in se probatu difficile, im
ditius reddunt et suspectius.

III) De *fine* huius descensus ampla est disputat
vt fit in iis rebus, quae mundum haud ad
ctabilem spectant, in quibus curiositas homin
valde μετεωρολογεῖν solet. -- Christum non
loquuntur, motu locali et reali infernum a
se, sed virtute modo et efficacia in defuncto
animas influxisse, mortisque fructus adplica
DVRANDVS quondam docuit, qui descen
improprius et metaphoricus cum 1 Petr. III. 19
ma

maxime cum verbis πορευθεὶς et ἐκήρυξε conciliari nequit. Propius accessit ad hanc sententiam IOH. PICVS, Mirandulae comes, qui in 900 conclusionibus, Romae publice ad disputandum exhibitis, etiam hanc posuit: *Christus non veraciter, et quantum ad realem praesentiam, descendit ad inferos, vt ponit Thomas, et communis via, sed solum quoad effectum.* -- De diris illis animae cruciatibus, quos Christus tempore passionis sustinuerit, interpretatur hunc descensum CALVINVS, *in Institt.* C. VII. 25 29. p. m. 299. (ed. Genev. MDLIV.) vnde *Reformatorum* ecclesiae, auctoritate huius magistri, communis facta est haec sententia, quam propugnauit quoque MOS. AMYRALDVS, in *syntagm thes. theologic. Salmuriens.* P. II. p. 35. ss. " *Christus* in corpore grauissimos cruciatus, et in animo incredibiles angores, et in vniuersa natura humana horrendam quandam ignominiam et maledictionem perpessus est: quum igitur, qui damnati sunt, in inferis nihil quidquam vel patiantur, vel passuri sint praeter cruciatum corporis et angores animi, et personae infamiam et maledictionem vniuersae, in inferis fuisse recte dicitur, qui iisdem rebus, eadem de caussa, eodem iudice, obnoxius factus est, etsi, quod ad locum attinet, inferos numquam viderit." Fuere etiam, qui ex aliis ecclesiis ad hanc sententiam accederent, ea quidem distinctione, vt in ipso inferno, humani generis ab diabolo et inferno redimendi caussa, Christum exquisitissimos dolores et cruciatus perpessum esse dicerent, dum corpus interim in sepulcro iacuisset, vt AEPINVS, Lutheri et Melanchtonis discipulus, IOACH. WESTPHALVS, HIERON. WELLERVS, ex RCatholicis NIC. CV-

SA-

SANVS, Pater purpuratus, cui se opposuit I COBVS FABER, Stapulensis; his suffragatus MATTIAS FLACIVS in eo, vt descensum Ch sti referret ad exinanitionem, propterea, qu anima Christi in inferno non derelinquenda consequi necessario, eam ibidem non bene buisse, et cum Patris indulgentia soluerit ὠ νας θανάτȣ, vinctum fuisse oportere acerb mis doloribus mortis, Christum vero a Pa non desertum, sed solutum, excitatum, gl ficatum fuisse, denique non congruere, c pus in ignominia in sepulchro iacuisse, a mam vero melius et gloriosius habitam esse, trasque potius partes simul humiliatas, sim glorificatas esse. Ceterum praedicationem Chr sti informabat maxime legalem, nec tam *ve balem* ad institutionem ac pœnitentiam, qua *realem* ad euidentem redargutionem, confusio nem et poenam eorum, qui ante viuentes, No acho, talia concionanti et inculcanti, credere no luissent, sed potius vt vanissima figmenta da mnauissent, et detestati essent, aut derisissent. c *Clav.* S. S. p. 448-454. voce *Infernus.* -- 'Ex periri voluisse Christum statum hominum vit functorum, vt fratribus per omnia assimilare tur, et quasuis eorum conditiones percurrere statuit BOCHARTVS; PEARSONIVS, STAC HOVSIVSque, vt satisfaceret legi mortis: a nimam Christi, a corpore vere separatam pe mortem, migrauisse in loca inferiora, vbi de gerent animae defunctorum, eo consilio, v aeque mortui, quam viui sortem subiret; adpa ruisse in similitudine carnis peccaminosae, e in alterum mundum concessisse sub imagine peccatoris, repositum fuisse corpus Christi in se pulchro, more aliorum defunctorum, animam

quoque

quoque ipsius delatam esse in eas regiones, quo aliorum hominum animae deferri soleant. Congruit haec sententia loco, Act. II. Ps. XVI. quem PEARSONIVS, tamquam vnicam huius caussae sedem, admittit, minime vero 1 Petr. III. 19. quo nos huius articuli fundamentum maxime niti existimamus. -- Per moram animi Christi in paradiso explicuit hunc descensum IOH. LIGTFOOTVS. -- Alia sententia, ab antiquissimis ducta temporibus, huc redit: ad illam ᾅδε, communis illius defunctorum domicilii, partem commigrasse Christum, in qua animae fidelium, patriarcharum maxime, et prophetarum, ab Adamo et Abele continua serie mutuo excipientium, detentae essent, easque, dissoluta illa potestate, qua inferius tenerentur, translocasse in sedes longe illustriores, et in statum beatiorem. Confirmant hanc sententiam, quae supra attulimus, testimonia. Concessere in eam EVSEBIVS, qui in *Demonst. Euang.* L. X. ὁ μὲν, inquit, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐν ᾅδῃ παρήει, ἐκ μακρῶν αἰώνων τὴν ἄφιξιν αὐτȣ̃ περιμενȣσῶν ψυχῶν. Sic CYRILLVS *Catech.* L. IV. κατῆλθεν εἰς τὰ καταχθόνια, ἵνα κἀκεῖθεν λυτρώσηται τȣ̀ς δικαίȣς. Idem *hom. pasch.* VII. ὅλον εὐθὺς σκυλεύσας τὸν ᾅδην ϗ̀ τὰς ἀφύκτȣς τοῖς τῶν κεκοιμημένων πνεύμασιν ἀναπετάσας πύλας, ἔρημόν τε ϗ̀ μόνον ἀφεὶς ἐκεῖσε τὸν διάβολον ἀνέστη. AVGVSTINVS in celebri illa ep. 99. ad Evodium, in eo dissensisse doctores narrat, quod alii multos, alii omnes a cruciatibus inferni liberatos esse, et in locum beatiorem statumque gloriosiorem translatos affirmarent, et quidem praedicata ipsis, adplicataque mortis piacularis vi, virtutisque recens partae efficacia. Transiit haec sententia in scho-

las

las Pontificiorum, a quibus fic ornata est et a
plificata:,, Christum ad inferos descendisse
et proprie, libere, nulla coactione, vel nec
tate naturae aut debiti, voluntati Patris obt
perantem, descendisse ipsum velocitate et c
ritate incredibili, retenta secum diuinitate,
remansisse in sepulchro, nec in inferno de
nec ibi quicquam passum fuisse, nec ibi det
ri potuisse, descendisse ipsum non seruum,
Dominum, descendisse solum, nec alium, q
ipse praestitit, praestare potuisse, descen
non secundum diuinitatem, nec secundum
pus, sed secundum animam, et quidem se
dum animae substantiam et praesentiam,
solum secundum effectum, descendisse ipsu
inferos subterraneos, et loca poenarum, a
nimarum receptacula, ad inferos Abrahae
nus, seu *limbum patrum;* (*) ad *inferna pur*
torii loca, vt omnes, vel aliquos inde liberare
et iustis reliquis imposterum ibi purgaturis spe
praeberet, fidemque firmaret, animas eoru
virtute suffragiorum liberandas, ad *limbum*
fantum, quos ob Christi aduentum, tamq
obiectum pulchrum et delectabile, exultasse c
iiciunt; ad *locum damnatorum* et *daemonum*,
illis insultaret, praedicaret et eorum potestat
reprimeret, neminem vero ipsorum liberare
Sunt quaedam in hac descriptione, quae adn
ti possint, sunt etiam, quae examen, accu
tius illud et solicitius, vix admittant, a nos

(*) In hoc consentit ecclesia *Graeca*, et speciatim
thenica, Christum ad inferos descendisse, vt a
mas S. Patrum ex vinculis et doloribus infe
liberaret. cf. ὀρθόδοξος ὁμολογία τῆς πίσ
τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας
ἀνατολικῆς. P. I. qu. 49.

formatisque copiosissimis disputationibus
ntilata. cf. inprimis DANNHAVERI *hodomor.*
iritus papaei, T. I. Phant. XII. 939-1052.
MYRALDI diss. prior. l. c. p. 28. ss. b. D.
OTTAE diss. II. de *inferno, eiusque sede.* —
nt, qui putent, Christum descendisse in in-
num, vt hominibus, secundum homines
ne iudicatis, 1 Petr. IV. 6. euangelii saluta-
n prædicationem impertiretur, qua vel illi
iperent ipsum, qui ante credidissent in eum,
l isti crederent in eum, qui ante reiecissent.
) -- Postrema denique, quae LVTHERI,
ATSPERGERI, *librorum Symbb.* et commu-
nostrae ecclesiae, de fine descensus Christi ad
feros, sententia est, huc redit: *Tota persona,*
us & homo, post sepulturam ad inferos descen-
, Satanam deuicit, potestatem inferorum euer-
, & diabolo omnem vim & potentiam eripuit.
rm. Conc. p. m. 712. art. IX. Quae quidem
ictoria cum sine praeda, hosti erepta, non
fa-

(*) Haud parum lucis loco, de *Vocatione* hominum ad salutem *vniuersali*, adfunderetur, si quidem loca haec, 1 Petr. III. 19. 20. IV. 6. proprie de mortuis, quibus euangelium post mortem annuncietur, acciperentur. C. M. PFAFFIVS certe in diss. *de luminis naturalis ad salutem habitu*, p. 15. hoc modo sententiam suam dicere non est veritus: *futura oeconomia*, quae hanc vitam insequitur, et iudicium vniuersale antecedit, subobscure nobis reuelata est, ita, vt neque in affirmatiuam, neque in negatiuam sententiam pedem determinationis tuae tuto inferre possis. Quis enim certus sit locorum, 1 Petr. III. 19. 20. IV. 6. sensus, haud fere liquet. Certe multos ex Patribus fuisse, qui gentibus Euangelium *post mortem* annunciatum esse existimauerint, constat.

facile concipi possit, plerique Patrum spolia
a Christo Satanam putabant, effractis inf
repagulis, et eductis, quibus vim fructum
mortis expiatoriae adplicare potuerit. -
omni hac caussa, iure tuo quæris Lector!
nos sentiamus? Infinities plura quaeri po
quam responderi, facile sentis. Candide
riam mentem, in qua si quid aberrauero

Candidus imperti, si non, his vtere mec

Morte Christi, (at quam salutari illa, et
omnes saeculorum decursus concelebranda,
poc. V. 9. 12. ff.) quemadmodum in adspe
bili rerum natura insignes contigisse com
mutationes, Matth. XXVII. 51. 52. ita in
spectabilia quoque valde commota esse, q
inficias iuerit? maxime, si curatius expenda
tur loca, quae tam de *frustratis inferni* aduer
sus Christum insultibus, quam de *victoria* Chri
sti, ab inferno reportata, et de *fructibus* bene
cis, inde in fideles redundantibus, agunt, qu
videsis in *Comp. theol. dogm. Magn.* Ca
D. SARTORII, p. 166. Rem sic concipio:
nima Christi, seu spiritus, in cruce Patri co
mendatus, in manu Dei recubuit, ad eamq
ᾅδου partem commigrauit, quae *paradisus* a
dit, Luc. XXIII. 42. 43. et sinus Abrahae, Lu
XVI. 23. locus optabilis, animorumque, e
antlantis vitae periculis, refrigeratio, in qu
tanquam in atrio, in sanctum sanctorum intr
mittendi constituuntur, manuque Dei asserua
tur, Ioh. X. 28. 29. suamque et fratrum co
summationem, die illo plenissimae manife
tionis gloriae I. C. futuram, hilari quadam
amœnissima exspectatione prospiciunt. Ebr. X

4

40. Apoc. VI. 10. 11. Hac migratione in paradiſum, quae ab aſcenſione in caelum differt, Ioh. XX. 17. per totum illud Sabbathum quaſi feriabatur, et requieſcebat ſub ſpe felicis reditus in vitam, cum corpore quoque communicandam; in ſpiritu iuſtus declaratus, 1 Tim. III. 6. a morte, et eo, qui mortis imperium habebat, teneri non poterat, ſed potius, tamquam auctor vitae et princeps, ſpiritu ſuo viuifico rediit in corpus, quo è ſepulchro, corruptionis officina, reuocato, valde mane ingenti terrae motu prodiit, nec ſolus, ſed ingenti ſanctorum in vitam reuocatorum caterua ſtipatus. Matthaei enim teſtimonio, C. XXVII. 52. perſuaſum eſt, apertis monumentis multa corpora ſanctorum, qui obdormiuerant, ſurrexiſſe, et egreſſos ex monumentis, poſt eius reſurrectionem, ingreſſos eſſe in ſacram vrbem, et adparuiſſe multis. Quâ virtutis efficaciâ haec excitatio facta ſit, verborum cum ceteris mortis Chriſti effectis copulatio docet, et quando contigerit, eadem narratio diſtincte exponit. „ Synchyſis verborum, inquit BENGELIVS l. c. rebus pulcre reſpondet. Statim ſub mortem I. C. diſciſſum eſt velum, terra mota, petrae ſciſſae, atque cum his portentis reliqua contexit Matthæus; vnde colligere licet, vnum, eumque continuum, fuiſſe a morte Domini ad reſurrectionem vsque motum, qui primum viuos, v. 54. deinde mortuos commouerit. Inter excitationem corporum ſanctorum, et inter egreſſum eorum ex monumentis, non poteſt notabile interuallum ſtatui. Primus ex mortuis ſurrexit Chriſtus, 1 Cor. XV. 20. Act. XXVI. 23. Col. I. 18. Apoc. I. 5. habuit autem comites, (in quibus antiqui Hiobum et-

iam posuere, nam exeunte eius libro, C. XLI 17. LXX. et *Theodotion addidere*: γέγραπτ δὲ πάλιν ἀναςήσεσθαι αὐτὸν, μεθ᾽ ὧν ἀνίςη ὁ κύριος.) Post excitationem ipsius etiam ex tatio sanctorum facta est, sed egressus eoru è monumentis, et ingressus in vrbem sanctam post ipsius excitationem factus memoratur quia multi illi, quibus sancti excitati adparu re, tempus ingressus & adparitionis noran sed ipsam eorum excitationem non viderar Reditu in vitam, quoad corpus, primogen tum ex mortuis, et in omnibus principem, n mo antecessit. Vel sancti V. T. imperio mort aliquantum subfuere, priore tabernaculo stant et viâ sacrarii nondum patefactâ, Hebr. IX. hinc metu mortis per omnem vitam seruitutis d rae cuiusdam generi obnoxii erant, Hebr. II. 15 vel Enocho, Mose et Elia, a quibus discedendum hac in re videtur, suam consummationem, τελείωσιν, ab hoc vitae principe accipientibus. Victoriam, in morte partam, continuo persequebatur Iesus, mortis imperium abolendo, vitae victricis vim omnibus infundendo, qui huius beneficii exspectatione detinebantur, potestatemque suam vel in latissime patentes mortis ᾅδουque regiones exercendo, Apoc. I. 18. et victricia arma vndique circumferendo. Viuus quoad animam et corpus, et vniuersa humanitate Christi immortalitate et incorruptibilitate induta, iisque omnibus, quae mortalitati suberant, vitae potentiis quasi absorptis, et in vitam spiritumque immutatis, nulla vi mortis aut potestate tenebricosa teneri amplius potuit: hinc euacuari coepta sunt quaedam mortuorum receptacula, captiuorum insigni multitudine in libertatem, vitaeque societatem assertâ et vindicatâ, Eph. IV. 8. Spiritu Christi potentissimo-

mo, diuino, victore, cui ne infernus, inferorumque princeps restiterit, animas demortuorum inflante, vitâque aeterna benignissime impertiente, cuius inexhaustus fons, etiam quoad humanitatem, factus est, Ioh. V. 26. XVII. 2. Nec solum iis, qui sanctius ceteris vixissent, ducem se, vitaeque sempiternae brabeutam, declaratum iuit, sed penitiora et profundiora inferorum regionis adyta penetrando, iis quoque se praeconem et vindicem ostentauit, qui quondam diluuio deleti essent, carnisque libidinosae et contumacis poenas dedissent, vt secundum homines carne iam iudicati, secundum Deum spiritu viuere inciperent. 1 Petr. IV. 6. Latissime igitur mortis Christi patuere effectus, adhucque patent, suis incorruptibilitatem vitamque perennem conciliantis, qua omnium tremendorum mortis effectuum terrorumque liberis, per mortem naturalem introitus in vitam sempiternam paratus est. Ioh. V. 24. VIII. 52. XI. 25. 26. Rom. XIV. 7-9. Mors peccati stipendium est, sed gratuitum Dei beneficium, vita sempiterna. Rom. VI. 23. Illud iam cogitatu suaue est et iucundum, descensu suo metum nostrum sustulisse Christum, et adscensu spem nostram confirmasse. Ad eas commigrauit sedes, quas tenebrarum princeps occupauit, et in quibus mortis potestatem maxime exercuit, vt, cum in Caput nil habuisset potestatis, certi redderemur et nos, non posse eum exercere vllam vim in membra. Hebr. II. 14. 15. Ioh. XII. 26. XVII. 24. Hinc ATHANASIUS: πάσχων αὐτὸς ἡμᾶς ἀνέλαβε, πεινῶν ἡμᾶς ἔτρεφε, καὶ εἰς τὸν ᾅδην καταβαίνων ἡμᾶς ἀνέφερεν.

§ XI.

Effectus mortis Christi.

Quamcunque eligas ſententiam lector, noſtra parum intereſt; nobis illud perſuaſum videtur exploratumque, *morte* Chriſti, iisque rebus quae eam conſecutae ſunt, inſignem commotionem, variasque mutationes, Diabolo funeſtiſſimas, contigiſſe, nulla vi, nullo tempore ab ipſo reſarciendas, fortius ſubinde continuandas et omni principatus, poteſtatis et virtutis, filii Dei contrariae abolitione, 1 Cor. XV. 24. olim terminandas, in gloriam Patris, et victoris I. C. in aeternum concelebrandas, Pſ. CX. 1. Phil. II. 10. Pertinent huc eximiae illae promiſſiones de morte deglutienda in victoriam, in aeternum, Ies. XXV. 8. 1 Cor. XV. 54. et praeclarum illud ἐπινίκιον, 1 Cor. XV. 55. coll. Hos. XIII. 14. Πȣ̃ σȣ θάνατε νῖκος. Quod quidem *mortis exſilium* vere euangelicum cauſſa erit communis tripudii, et laetiſſimarum acclamationum ad thronum eius, cuius admiranda ſapientia omnia recte diſpoſuit, et *feliciſſime* abſoluit. Tota rerum vniuerſitas aduentu Chriſti commota eſt, Hagg. II. 7. coll. Ebr. XII. 22-26. cf. b. CRVSII prol. I. II. *de caelo per aduentum Chriſti commoto*, Lipſ. 1757. quidni etiam tum, cum, prouinciâ laudabiliter adminiſtrata, occuparet imperium, in quascunque caeli terrarumque oras latiſſime patens, cum quaſi triumpharet hoſtem, tot ſaeculis graſſatum et confiſum Col. II. 15. (*) tamquam is, qui operum Diaboli diſſol-

(*) Laborat, fateor, communis loci huius interpretatio aliqua difficultate ex nexu, qui cum conſilio Apoſtoli non ſatis cohaerere videri poſſit, quod in eo potiſſimum verſatur, vt chriſtianis in-

oluendorum caussa in mundum venisset. 1 Ioh. 8. Nutu igitur et imperio I. C. totum caelum

Z 4 gu-

inaestimabile illud exemtionis a dura legis seruitute beneficium ad animum reuocet, v. 14. 16. 20-23. Quod quidem consilium quomodo potestatum illarum infestarum mentio, v. 15. ingrediatur, difficile visu est. Euanescit vero multum difficultatis, si tria illa beneficia, a Christo procurata, et ab Apostolo commemorata, recte distinguantur, peccatorum remissio, v. 13. liberatio ab lege, v. 14. potestatumque, vel sub lege, spiritus vitaeque experte, potissimum grassantium, deuictio. v. 15. Sic plana sunt omnia. In illa communione, quam cum morte v. 11. sepultura, v. 12. resurrectione Christi, v. 12. per fidem ingredimur, nec legis seruitus, v. 14. nec peccatorum recordatio, v. 13. nec malignae mentes moram iniiciant, (exauctorata nimirum haec in cruce sunt,) quo minus parta euangelii libertate laeti fruamur, alieni ab illis conscientiae scrupulis, quos pusilli illi doctores, legis tenaciores, iniicere solent. Fuere, qui cum *bonorum angelorum* cultum heic viderent, v. 18. quos certorum rituum pompa conciliare sibi necesse esset, *malos* formidatos esse existimarent, et ab horum metu, illorumque vano cultu, abducendos esse Christianos, praeciperent, Deum vnum sincero cultu amplexuros. Ioh. IV. 24. Bonorum vero angelorum cultus cum alienus sit ab hoc loco, eo ipso disparent hae nexus vindiciae. v. 15. ἐν αὐτῷ retulere plerique Patrum ad crucem, σταυρὸν v. 14. hinc *crucem* currum triumphalem dixere. Sic THEOPHYLACTVS -- ἐν τῷ σταυρῷ τοὺς δαίμονας ἡττωμένους δείξας -- ἐν τῷ σταυρῷ τὸ τρόπαιον στήσας ὁ Κύριος, ὥσπερ ἐν δημοσίῳ θεάτρῳ ἑλλήνων, ῥωμαίων, Ἰουδαίων τοὺς δαίμονας ἐθριάμβευσεν: edoctus hanc expositionem ab CHRYSOSTOMO: ἐκεῖ τὴν πληγὴν ἔλαβεν ὁ διάβολος ὑπὸ σώματος νεκροῦ τὴν καιρίαν λαβών.

gubernari videas, quod magnifice depictum
stit tota Apocalypsis, quae omnis in eo est, vt
claret, Christum esse τὸν ἰσχυρότερον, qui τὸ
ἰσχυρὸν, totius fere mundi tirannum potentem, et
millennia opus suum perficientem, per gradu
lustrium triumphorum sit deuicturus. Quis
dus fuerit, necesse est, in terrore, pudore, ig
minia, qua se adfectos sentirent mali angeli,
uictissimo Mariae filio succumbentes, suis i
rum consiliis in propriam perniciem retor
quam pudenda finium latissime patentium d
ctio! quam insignis clades hostium, fide, pa
tia, tolerantia publice deuictorum! quam glo
sa Christo et honorifica spiritus illius arroga
simi, quem sibi principatus isti sumerent, de
sio! Nec in inuisibilibus tantum hi mortis Ch
et victoriae patuere effectus, quae in visibili
do adparent commoda, sunt ista manifesti
celeberrima: religionis christianae firma
lis in terris constitutio et erectio, celerri
omnes mundi plagas propagatio, Col. I. 23
riorum impedimentorum, immo ferramento
quibus palatium suum firmatum existimabat
stis, irruptio et demolitio, idololatriae destru
iudaicae ἀπιστίας illuminatio, fidelium in fide c
firmatio, et ad finem vsque vitae, saepius pe
culosissimae, sustentatio, et inde proficiscens p
seuerantia, Ioh. X. 28. 1 Petr. I. 5. è sanguine m
tyrum noua prosiliens confessorum et fidelium
boles, ita, vt saepissime fit, etiam hîc aduersa
machinationes in suam ipsius perniciem, reg
que tenebrarum damna notabilissima terminare
tur; oraculorum gentilium iam obmutescenti
silentium, et ea consulentium minor subinde
decrescens quotidie numerus, vt suo iam temp
re Plinivs, Ep. L. X. ep. 97. *desolata prope temp*

ſacra ſollemnia diu intermiſſa quereretur; operum bolicorum diſſolutio, et ſalutaris doctrinae per nes terrarum fines amplior ſubinde et firmior entatio; barbariei et craſſae ſuperſtitionis exgnatio; artium ſcientiarumque, inprimis phiophiae, defaecatio; ſpiritus maligni, adhuc in tumacibus vigentis et dominantis, peruerſitaoppoſita donorum Spiritus S. et extraordinarum et ordinariorum adminiſtratio, vigens vue eorum vſus, et omnium chariſmatum pler oeconomia; obſedendi homines, chriſtianos xime, quoad corpus, valde circumſcripta, nulla amplius poteſtas. *Nuditas certe hoſtis deti in nulla re magis patuit, quam in euangelio,* od fremente hoſte, omnibus machinationibus us fruſtra exhauſtis, latius ſerpſit, et maiori vi efficacia ad omnes orbis terrarum gentes pergatum eſt. Hic ipſe triumphus iam per tot ſaela continuatus, plena hoſtis clade et aeterna rnicie terminabitur. *Ad peractum iam triumphum,* nquit b. BENGELIVS *in Gnom.* ad I Cor. XV. 25. *ius reſidua pars victoriae ſe habet, ut ad orbem aliuius monarchiae humanae ſubiugatum, margo eius uiſpiam aut angulus.* Victoria igitur de Satana, n morte Chriſti parta, in reſurrectione declaraa, in aſcenſione publice, omni regni Dei ciuim oculis oſtenſa, plena in ſe, et ratione meri conſummata, ratione adplicationis et exſecutiois eſt vel maieſtatica, vel gratioſa, datur enim xſecutioni per homines, et in hominibus, hinc uos accipit limites, prouti ab hominum fide vel πιςία aut laxantur aut reſtringuntur. Non itaue omnem in homines poteſtatem demtam eſſe iabolo, eiusque ſatellibus putem, ſed valde cirumſcriptam, et ab hominum arbitrio definiri olitam. Chriſtus enim hoſtes, quatenus Chri-

sti hostes erant, pridem destruxit, quatenus n
stri, eos destruet, non sine aliquo consensu
concursu nostro, propterea, quod etiam hui
liberationis pars, quemadmodum omnis rede
tionis gratia, nemini obtruditur, sed omnib
offertur, admittenda, continuanda, persequend

§ XII.

3) per pugnam illam apocalypticam

Maiestaticam victoriae Christ in morte partae, persecutionem sequitur insignis illa et notabilis c*des*, quam perpessus est Satanas cu suis copiis ab MICHAELE, Arch angelo, eiusque angelis, Apoc. XI 1 - 12. (*) quam, pro instituti ratione, paucis ob ser-

(*) Apocalypsis, si sub finem imperii *Domitiani*, A. C. 96. scripta est, (quod cur EPIPHANII, scriptoris iunioris, testimonio, qui eius natales ad A. 67. *Claudio* imperante, refert, (de *Haer.* I. 33.) contra vniuersae antiquitatis, IRENAEI maxime, (c. Haer. V. 30.) et EVSEBII H. E. III. 18. V. 8. sententiam in dubium vocari possit, non adparet,) vniuersum illud interpretationis aedificium, quod b. I. C. HARENBERGIVS, qui hanc epistolam datam esse contendit ad Hebraeos, Hierosolymae degentes, de excidio vrbis proxime instanti admonendos, aliique, etiam antiquiores, illi *Epiphanii* asserto superstruxere, vna ruit, nec cum Iohannis vita, rebusque gestis, nec cum ecclesiis illis asiaticis, C. II. III. conciliari facile potest. Quare existimem, continua quadam serie de maximis et notabilissimis euentibus, ad finem vsque praesentis oeconomiae futuris, hoc ipso libro ecclesiam instruxisse Dominum, *pro incomparabili* sua erga eandem fide et singulari cura, cf. C. I. § XVII n. 6. p. 109. Accedit, quod Bestia illa apocalyptica multiceps, C. XIII. de nul-

ationibus illustrabimus, quae iis, quibus o-
a apocalyptica sordent, non obtruduntur,
ero, qui de auctoritate Apocalypseos canoni-
am ex argumentis historicis, quam internis
i sunt, diiudicandae relinquuntur:

Pugnam hanc, a Iohanne in ecstasi visam, roprie et litteraliter accipere, nil obstat, cum ia id genus certamina, inter bonos malosque gelos, in sacris litteris commemorentur, et tissimus inuisibilium cum visibilibus interce- t nexus. (*) Insignis erat et admirabilis lu- us, animique angor, qui *Danielem*, per ter em dies, inuasit, C. X. 2. adeo, vt nec ario pane vesceretur, nec victu carnis aut i, nec vnguentis vteretur, toto illorum ter em dierum spatio, inscius maximarum re- rum,

nulla alia potestate, quam politica et ecclesia- stica, exponi facile possit, id quod clauis loco ha- beri potest, et quasi ansae prophetiarum huius libri recte interpretandarum. cf. b. D. FABRI diss. in Apoc. XIII. 8. p. 6-15.

(*) Sunt, qui ad praelia malorum cum bonis angelis refe- rant Matth. IV. 11. quo vestiti corpore, vel gladiis vel baculis vel virgis Satanam fugam capessere, et verte- re terga coëgerint, eundemque loris, fustibus, lapi- dibus, egregie perfrictum et dedolatum, in re- gnum tenebrarum fugarint, cf. FECHTII *prol. in Fest. Michaëlis* 1704. qua *bonorum angelorum cum daemonibus commissa, in hominum salutem, praelia,* commemorantur. -- Peregrinae eiusmodi, incer- tae, falsae, aut certe arbitrariae, accessoriae, opi- niones id incommodi efficiunt, vt non tantum a prudentioribus repudientur, sed ipsis expressis atque irrefragabilibus Scripturae testimoniis la- bem notamque contrahant, vt vera cum falsis rescindantur, et abiiciantur.

rum, quae interea temporis in aula regis P
siae agerentur. Exactis his diebus, visus ei
angelus, cuius splendida et magnifica for
v. 5. 6 ita perculsus est, vt mutatâ perditâ
coloris elegantiâ, nihil retineret virium,
mni robore destitutus. v. 8. Ab eodem vero c
confirmatus esset, accipe, inquit, rem, qu
tibi aperiam. Ex quo animum ad consider
dum, C. IX. 2. carnisque sensum variis m
stis exercitationibus deprimendum, C. IX
X. 3. adpulisti, Deus precibus tuis grat
annuit, earumque effectum tibi significa
caussa adsum. v. 12. Certiorem vero te
volo, non sine graui quadam intercessione
rum summam, quam efflagitasti, C. IX.
19. obtentam esse. Angelus enim, *Persaru*
res curans, omnia molitus est, vt in *perp*
tuum sub Persarum seruitute ingemi*scerent Iu*
daei. Michaël vero, Iudaeorum dux et *custos*
v. 31. me auxilio suo iuuit, vt illi *Persarum*
procuratori superior, locum et stationem in *Per*
sidis aula defenderem, et saluti Iudaeorum in
uigilarem. Agebatur igitur in inuisibilibus d
statione apud Persiae reges, vel malo vel *bon*
angelo, iure victoriae concedenda; malus sin
dubio omni intensa opera stationem adfectaui
inuisibili sua vi et potestate animum regis, re
gnique procerum, flexurus, et contra *Israe*
litas irritaturus, cui vero bonus praeualuit
a Michaële confortatus. Qua re factum est,
vt boni angeli, ceu legati Dei, inter Pers
statio confirmaretur, et Iudaeis a Persiae reg
gibus nil mali instare, non obscure significare
tur. Euentum, qui in terris inde prodiit
cernere licet in reparatione templi, vrbisque
restauratione, in rebus gestis Hamani et *Mar*-
do-

chai, et in iis omnibus fatis populi iudaici, iae libris Esrae, Estherae, et Nehemiae conientur. Nec illud, quod notemus, indium videtur, preces piorum, vel caussae, r solito sint ardentiores, ignarorum, saessime incidere in maximas res, quae in curia elesti agantur, quemadmodum hic Danielis dor precum, et lucta angelorum, eodem temre, contigerunt. Poëtice tantum, et figurate ec dici, vt Ill. MICHAELIS docet *Erkl. Brief die Hebr. p.* 130 *f.* vix putem, cum scriptos sacri in iis rerum gestarum narrationibus, uas in litteras retulerunt, nec ingenio, nec loquentia placere lectoribus studeant, & simlicissime ea, quae facta sint, soleant proponere, nec grauitati Scripturae satis consuli videatur, si quis eam poëticis eiusmodi figmenis, atque expolitionibus, quales nostri poëtae n exornandis fatis principum et gentium à Graecis et Latinis, qui geniis suis, tamquam Diis ex machina, ingeniose luserant, didicere, visam esse docent. Nam in eo ipso, quod Deus certis quibusdam prouinciis et regnis angelos praefecerit, quod Satanas, Dei simia, imitatus sit, nil absurdi et Deo indigni inueniunt multi. Haec vero angelorum studia et concertationes diuersam eorum indolem satis aperte arguunt, et exstincta sunt a Christo, totius vniuersitatis rerum Domino et Rectore potentissimo, Hebr. II. 5. Eph. I. 21. „*Forsan*, inquit Dign. GRIESINGER l. c. *Deus postea demum, quum Diabolus mundi nostri per peccatum potitus erat, angelos bonos, eorumque ordines singulos, singulis telluris nostrae locis, prouinciis, rerum generibus et ipsi etiam hominum genti praefecit, tum vt globo huic ab spiritibus homogeneis tantum*

com

commodi ac beneficii redderetur, quantum detri allatum ipsi a diabolo esset; tum vt malis, n stitatem nimiam efficiant, vires spirituales bon sistant. Forsan homines, non prius, quam t nidi satanicae subesse, et decoctis viribus concreat lieno indigere praesidio coeperunt, custodiae a cae committebantur. Vt enim hominum qu magis indiget, ita eum frui magis tutela a rum, et hinc pusiones ab ipsis praecipue custo è sacris litteris euidens est. „ Prophetiae, nes, adparitiones, a poëtarum fictionibus e legoriis, ad libidinem vsque excogitatis, nite distant, et multum abhorrent. -- Aliu iusmodi certaminis exemplum idem nobis stit Archangelus, de corpore Mosis cum S na disceptans, Iud. v. 9. conf. §. 3. C. II. cedit et illud, quod proprie haec pugna plicanda sit; Scripturae familiare saepius e ea, quae in terris geruntur, et ad terram sp ctant, impropriis verbis describere, et cae stia propriis, statui nostro peregrinationis de adcommodate et adposite, quod pluribu stendit Ven. ROOSIVS *Einl. in die bibl. G von Adam --- Abraham, Vorr. p. IX - XX* et boni quisque et religiosi interpretes n quam non praecipiunt, interpretationem mnem, vt magis habeat facilitatis notam sit eiusmodi, vt cuilibet, diligenter adtend ti, sponte venire in mentum debuisse videa ita magis plerumque veram esse. Proprie tur h. l. Michaëlem, Draconem, caelum, mi debere, non allegorice, his, quae d mus, recte expensis, facile cuique patebit. ratur recentiores inprimis commoratio Satan in *caelo*, quam cum plena de eo report Christi victoria, cum caeli beatis sedibus m

ſionibusque, conciliare nequeunt, cf. S. R. D. ERNESTI *Nſte Bibl. T. I. p. 416.* Nec vero hic vnus ſupereſt locus, in quo ſtatio quaedam Diabolo in caelis tribuitur, idem ex Ioh. XII. 31. Hiob. I. 6. II. 1. Eph. VI. 12. manifeſtum eſt; his omnibus locis ſi quid proprii ineſt, impudenter religioſiſſimae ſe intrudebat ſanctorum panegyri, et ſanctos criminabatur apud Deum. Tam vere igitur fuit in caelis, in quibus poſt hanc pugnam nullus ipſi amplius locus relictus eſt, (id quod laetiſſima omnium caelitum adclamatione excipiebatur, v. 12.) quam eſt in terra, erit aliquando in abyſſo, XX. 1. ſſ. et in ſtagno ignis. v. 10. *In ſumma* inquit b. BENGELIVS *in Gnom.* ad Apoc. XX. 2. *accuſatio Satanae in caelo, furor in terra, per ſpatium millennio breuius, captiuitas in abyſſo, per mille annos, et poſt ſeductum Gog et Magog cruciatus in ſtagno ignis, in ſaecula ſaeculorum, ita inter ſe ſuccedunt, vt nullum horum cum altero coniungi, nullius ordo traiici poſſit. Omnem Scripturae perſpicuitatem neget, qui hoc negare perſeueret, ac refutare conetur.* „ Agnoſcit idem b. CRVSIVS in progr. *de caelo per aduentum, Chriſti commoto*, P. II. „ *locum talem qualemcunque in caelo retinebat, commeans illuc, potiſſimum ad ſollemnes πανηγύρεις, ſ. congregationes, et in terram remeans, quem, cum propinquitate ad thronum, qua ſancti angeli fruuntur, non comparandum, regnante Chriſto non retinuit*, Apoc. XII. 7. *ſed poſt grauem cum Archangelo, et eius copiis, pugnam in terram praecipitatus eſt.* -- Nec opinari decet, Deum noſtro periculo nimis erga Daemones indulgentem eſſe, ſed credere, quod iuſtas indulgentiae cauſſas habeat, quas quidem in rerum caleſtium et οἰκονομίας, qua in ſpiriti-

ti

tibus istis vtitur Deus, ignoratione nos n dum plene capimus. (*) Nec nostra, nec v tatis, quam inde ducimus, admodum in est, si quis *caelum*, v. 3. 7. de *ecclesia* expli rit.

II) A

(*) Quicquid sit de hac pugna, quaecunque hyp sis ad eam declarandam assumatur, proprie improprie explicetur, caelum siue figurate i ligatur, siue non, Michaël sit, ἀρχάγγ et Satanas, necesse est. Aliâs nec in visione quocunque emblemate, repraesentari potui In mira illa sententiarum diuersitate, qua i pretes Apocalypseos inter se distant, id, conceditur ab omnibus, describi C. XII. rem aliquam persecutionem ecclesiae, Sat ce et concitatore illatam, cui Deus, serperet, pro sua in ecclesiam curâ et tiâ cauerit; in hostis erga ecclesiam m nibus euertendis vti Deum ministerio angelorum; Satanam, hoc illoue consilio f statim moliri aliquid noui, instare ex al nec cessare vmquam; etiam in hac pugna se inferiorem; peccatorum hoc modo impl furâ accelerare iudicium vltimum, ei nitatem exasperari. Haec si concedant praesidii tractationi nostrae ex hoc loco, mnis Apocalypseos, δυσνοήτῳ accedit. Illud ro ne minimam veri speciem habet, quando ctor anonymus: *Versuch einer bibl. Daemon.* p. *182.* Diabolum, Satanam, Draconem, serpe antiquum, de imperio quodam, e. g. Rom ecclesiae ante Constantinum M. valde molesto terpretatur: *Der grosse rothe Drache — bezei ein mächtiges heidnisches Reich — das seine fürchter Macht Christo und seiner Kirche entgegensezte: — römischen Kaiser und Obrigkeiten widersezten sich christlichen Kirche gleich anfangs, und suchten ihre der, gleich nach der Geburt, zu vertilgen — die ren Glaubigen sind der Sohn der Kirche. Gott ha in seinen Schuz genommen, und zu den höchsten* ob

h

) Accusarat Satanas fideles coram throno Dei, varia ipsis, eaque odiosissimis nominibus, expro-

keitlichen Würden erhaben. v. 7-9. commoratione Satanae in caelis maxime offenditur auctor, *es ist nichts widersinnischer und alberner, als, daß Satan dazu im Himmel bleiben müßen, damit er die Heiligen auf der Erden bei Gott verklagen konnte — Der Kampf, die Zwietracht der heidnischen und christlichen Religion ist durch einen Streit im Himmel, zwischen den Engeln des Lichts vorgestellet. Michael und seine Engel bedeuten die Vertheidiger der Wahrheit, der Drache und seine Engel, die Verfolger desselben, die Vertheidiger des Aberglaubens und des Irrthums. Der Himmel — ist die Religions-Verfassung — des Drachen Engel sind die römische Unterobrigkeiten, Statthalter, Philosophen, Gözendiener und Sophisten — Die christliche Religion erhob sich immer — und ihre Vertheidiger herrschten so gar auf dem kaiserlichen Thron: die heidnischen Priester wurden mit ihren Gözen ein Spott — wegen der* List *und des Betruges wird das Heidentum* die alte Schlange, *wegen der Lästerungen, Verläumdungen, falschen Anklagen und übrigen Verfolgungen der Christen, der* Teufel *und* Satan *genennt* — v. 12. 13. *Ie mehr sich die Vertheidiger des heidnischen Aberglaubens verachtet sahen — desto heftiger verfolgten sie die Christen, sonderlich die sich in niedrigen und armen Umständen befanden. Webe denen, die auf Erden, (in armen niedrigen Umständen) wohnen, und auf dem Meer (auf den Inseln entfernt von der höchsten Obrigkeit) denn der Teufel (der heidnische Aberglaube mit seinen Vertheidigern und ihren Verläumdungen und Lästerungen) kommt zu euch hinab. — Zeit hat. Das Heidentum kam seinem Ende recht merklich immer näher.* Posito, minime concesso, Michaëlem, et Satanam h. l. improprie sumi et figurate, nec tamen vtrumque exsistere, quam absurde haec omnia dicerentur, figura et simili ab iis desumtis, quae plane non sunt, nec cogitari possunt. Nec vllus locus similis datur, in quo vocabulo Satanae notio plurium Deorum cultûs, idololatriae, religio-

probrans, v. 10. quâ vero cauſſâ iuſtiſſime
cidit contra victores in ſanguine Chriſti, v.
et haec ipſa ſententia exſequenda datur Mi
ëli, eiusque copiis, a quibus in terram
peris regionibus deturbatus, Vae illud terti
omniumque grauiſſimum, ciere annititur;
ſtitur hoc modo in vltima tuba, C. XI. 15.
lamitatis iſtius tertiae et ſingularis occaſio,
mirum deiectio Satanae è caelo, et mulier,
lium parturitura, omnes gentes virga fe
paſturum, quae duo in idem tempus incid
et ſpecimen ſunt *Simultanei* illius, cuius varia
empla in Apocalypſi obuia obſeruat b. BENGE
vs *Erkl. Offenb. Einl.* *§. 19. p. 84.* quae
ro etiam viam ſternunt laetiſſimae illi et Do
no glorioſiſſimae acclamationi, per ingentes
las voces concelebratae: *regna mundi Domino*
ſtro et Chriſto eius obtigere, hicque regnabit in
mnem perpetuitatem, v. 10. C. XI. 15. Eodem
igitur modo etiam hic victus eſt Diabolus in

gionis gentilis ſubiiciatur. Haec omnia in
tiam hypotheſeos dicuntur, nec vllo probabili
gumento nituntur, nec ipſi hiſtoriae profanae co
ſentanea ſunt, barbaros ad delendam religion
chriſtianam, in imperio romano ſtabili
busque firmatam, ab iis allectos et pro
eſſe, qui ſuperſtitionis gentilis tenaciores e
eamque ſub imperatoribus chriſtianis tuere
Denique quî calumniatores illi chriſtianorum
tiles dici poſſunt, ſanctos accuſaſſe noctu et
terdiu *coram Deo.* v. 10. Vaga eiusmodi inter
tamenta interpretem arguunt, non tam
quam ſuae opinionis ſtudioſum, nec ſe gram
ticis legibus et praeceptis hermeneuticis alli
tem, ſed ſophiſticas potius demonſtrationes,
magnae oratoriae artes plerumque potentio
ſunt et efficaciores, grammaticis iſtis minu
praeferentem.

iis contra ſanctos accuſationibus, quemadmo-um in certaminibus contra ipſum Dominum, idelicet via iuris et facti, prouti ſupra in mor- et exaltatione Chriſti factum eſſe vidimus, oh. XII. 31. Eph. IV. 8. Col. II. 15. Noua il-us, eaque continua delicta, nouum illi et iſtius ſubinde domicilium parant. Accuſator nctorum in terram, beſtiae vtriusque auctor oncitatorque in abyſſum, Gogi et Magogi dux ſtagnum ignis deiicitur, et depreſſio haec tanae per gradus, variaque iudicia, œcono-iae diuinae tantum abeſt, vt repugnent, vt otius adprime illi conueniant, eamque miri- illuſtrent, in inſigni illa longanimitate, erga homines peccatores vtitur benigniſ-um Numen, ſatis quoque conſpicuam.

varias τέχνας, et machinationes Diaboli cognoſcendas et detegendas, valet etiam cus, qui manifeſte docet, hoſtem hunc ar-uſſae, et id, quod caput eſt et praeci- primum ſolere adgredi. Adortus *Domi-* ſum, ſed ſuperatus, inuadit et accu-*nctos*, ab his quoque ſanguine redem-pudefactus, *regnum Chriſti* in terris quo- modo impedire et ſufflaminare contendit; *ſculum* a parturiente vix enixum, mox de-oraturus, quo ad thronum Dei recepto, per-equitur *mulierem*, et hac in deſerto nutrita, *liquos* eius *ſeminis* vexat, etiam in his voto-um ſuorum non compos in iis, qui ἐπίγεια ρονοῦσιν, et beſtiam adorant, requieſcit. x his planum eſt et perſpicuum, id agere Sa-nam, in id omnibus intenſis viribus anniti, t regnum Chriſti, ſub ſeptima tuba ſummam amplitudinem et decus conſecuturum, et ad o-

mnes orbis terrarum gentes peruasurum,
uis modo impediat, illiusque progressibu
stet. Magna igitur illa seductio, qua te
partem stellarum caeli secum detractam ir
ram deiecturus praedicitur, Apoc. XII. 4
midabilis est, et in notabili illa et satis
festa ἀποστασίᾳ a plena fidei vi et ἐνεργείᾳ
spicua, quae in christianis primaeuis, i
mirationem omnium et stuporem vsque,
tuit, inprimis, si computo temporum B
liano sua fides constet, Anno Christi 84
cepta, et per infausta illa saecula, ad rep
ta vsque sacra Saec. XVI. continuata.

§. XIII.

4) Per captiuitatem mille annorum in *abysso*.

Bestia, falsoque prophe
tis, ordo iudiciorum diuin
cem et facem tot calamita
regno Christi per tot saec
stissimarum catastropharum
Diabolum, Apoc. XX. 1 -
ptiuitas mille annorum in abysso praedicitur,
certe periodus, capitali hoc hoste ab ne
rum suarum exercitio excluso, ecclesiae
non potest non esse laetissima, prosperrima,
mnium iucundissima. (*) Sic demum tran
erunt omnia in terris, Diabolo gentium deci
darum si nulla amplius supererit copia; tu
rebit ecclesia Christi, et tot vaticiniis in omn
vi et amplitudine impletis, euentuque compl
tis, piorum exspectatio communis erit laet

(*) Difficilis loci, Apoc. XX. 1 - 5. si quis vari
aueat legere explicationes, adeat IOH. G
HARDI *diss.* Tom. p. 1034 - 1061.

spes meliorum temporum tandem coronabitur, et
ptu illi non modo exacte respondebit, sed
dem etiam superabit; tum non habebit vllus,
d queratur: *o longas et vanas spes* ! Ecclesiae
e Christi, per tot, et tam euidentia veteris no-
ue testamenti indicia, talis periodus, talis
a quaedam rerum facies, instat, vt eadem non
le in alium sensum trahi possint. Quae si a no-
ibus peregrinis, commentitiis, in codice sa-
non fundatis, libera sint, et immunia, tan-
n abest, vt vlla veri diuinitus propositi pars
corrumpatur, vt etiam illustrari multas par-
, et dicta V. Nque T. haud temere aliquis di-
it. Hic certe *chiliasmus*, sanus, et verbo di-
no consentaneus, ab expressa promissione diui-
, Apoc. XX. 1-3. a naturali verborum vi et si-
ificatione, a plurimis V. T. vaticiniis eam ha-
commendationem, qua vlla vmquam veritas
ophetica eminuit; nec abusus huius doctrinae
rum illius vsum et legitimum tollit. Scriptu-
am mirifice torqueat, et fœcundissimas latissime-
ue patentes eius promissiones ad minutos sen-
us redigat, necesse est, qui ab hac doctrina,
escio, qua ratione, et inani abusus formidine,
lienum se profiteatur. Dixit aliquando b. WEIS-
ANNVS *in diss. priuilegium populi christiani et iu-*
aici, etc. p. 27. n. 1. " *quisquis statuit cum Male-*
ranchio, Diabolum in hoc mundo nullam exercere po-
statem, quoniam is pridem ab angelo caeli catenis
inctus, in abyssum detrusus fuerit, in fine mundi
emum inde emersurus, Apoc. XX. 1. ss. *is ostendit*,
infelicem esse Apocalypseos interpretem ,, pari mo-
do, eodemque fundamento nixus, dixerim,
quisquis hoc millennium, vel de Constantini M.
temporibus, vel de publica sacrorum emendatio-
ne, LVTHERI ministerio facta, quod b. ZELTNERVS

 fe-

fecit, dis. 1716. *de chiliasmo praesenti*, explicueri, plane ostendit, se infelicem esse Apocalypseos i terpretem. Et ordo prophetiae, et varia iudic antegressa, hostes huic periodo obstantes subla ra, et harmonia vaticiniorum veteris testamen longe aliud suadent postulantque. Voti igitur lius, quod b. WEISMANNI fuit, in dis. *Apoc lypseos excellens doctrina fidei & morum*, p. 27. co potes nos esse factos, insigniter laetamur: "*V nam*, inquientis, *vel tandem ea cognitionis & lu mensura aetati nostrae obtingeret, per quam illa s crarum literarum testimonia, quae vltimam mun aetatem, vt pessimam et corruptissimam describunt, cum aduentu Domini coniungunt, nec minus alte illa, in quibus magnifica et illustria regni Christi pha nomena nouissimae saeculi huius consummationi dens et confertis in eam rem doctrinis praemitti videntur, saltem quoad rem ipsam, (quis enim plura hic facile requisiuerit?) ad suauem, perspicuam et satisfacientem omnibus bonis & sapientibus harmoniam redigantur*. -- Nam distingue tempora, et concordabit Scriptura; distingue, inquam, hoc mille annorum spatium captiuitatis in abysso, vbi in terris, hoste capitali, lerna malorum, submoto, tranquill erunt omnia, ab illo parui temporis spatio, Apo XX. 3. in quo solutus carcere Satanas, per sedu ctionem Gogi Magogique, vltimum accelerab iudicium, et testimonia Scripturae de laeto opta bilique, simul vero etiam tristi, et calamitoso no uissimi temporis statu amicissime conspirabunt. Ne hoc modo dicam nobis scripserit facile rei gnaru et intelligens iudex, tamquam, hoc chiliasmo ad structo, articulum XVII. Aug. Conf. transgressis nec enim omnem ibi proscribi chiliasmum, se mere carnalem, iudaicum, vanum illud com mentum, multi ante nos solide demonstrarunt, vt

Pavlvs Antonivs in *Coll. antith.* p. 935. d. Hoffmannvs in *Comm. ad A. C.* p. 304. ss. ngelivs :· *Erkl. Off.* p. 943. ss. Accedit et d, quod fœcunditas, profunditas, et ingens tudo plurimorum vaticiniorum in iis, quae sub ia N. T. contigissent, non exhauriantur, cf. expende Ies. II. LX. LXI. LXV. LXVI. (*) Quae

 qui-

(*) In postremis his iudiciis, Diabolo futuris, idololatriae, superstitionis, irreligionis finem exitumque videt Anonymus l. c. pag. 183. *Gott wird die herrschende Bosheit, Blindheit, und Lasterhaftigkeit der Unglaubigen, die von je her der Wahrheit Hinderungen entgegen gestellet, und sie verfolget und gelästert haben, d. i. den Drachen, die alte Schlange, den Teufel und Satan, durch seine treue Verehrer binden. Wir sehen bereits die Erfüllung. Die Macht des heidnischen und jüdischen Aberglaubens ist alles furchtbaren Ansehens beraubet --- --- dem Laster und Gottlosigkeit ist immer mehr gesteuret, so daß sie nicht mehr öffentlich und gewaltsam herrschen können.* v. 7. 8. Cap. XX. *Es soll aber die traurige Zeit wieder kommen, und vieleicht ist sie schon da gewesen, da sich die Macht der Finsterniß, der Wahrheit und ihrem Lichte sich ohne Scheu mit öffentlicher Gewalt widersezen, und den Aberglauben mit öffentlicher Gewalt unterstüzen wird,* v. 10. *Alle öffentliche und fürchterliche Macht des Aberglaubens und alle gewaltsame Verfolgung der Warheit, wird auf ewig vertilget, und in verschiedenen offenbaren Feinden und Verfolgern der christlichen Kirche zu steter ewiger Schmach und Schande verworffen werden ---- Teufel und Satan sind in der Offenb. Joh. allgemeine Benennungen und personificationen des Aberglaubens, des Unglaubens, und der Bosheit.* ---- At o bone! quam vehementer falleris! Et Tu, lector, Scripturae reuerens, quid sentis de his explicationibus! Hoc modo Scripturam interpretari videas ecclesiasten, animarum ducem; nec interpretari tantum, sed omnibus, qui sapiant, vel conuiciis iudaicae superstitionis et nefandarum opinionum, commentorum, deliramentorum, angue peius et cane fugiendorum,

ob-

quidem vaticinia, aliaque plura, si ita accipi-
tur, vt inter *Origenianam* allegoricam disciplina

obtrudere eas sententias conantem, in sing
interpretationibus sibi adplaudentem, et in
riationem ingenii et perspicaciae desinentem,
vllâ earum firmo et stabili argumento firma
sed tamquam è tripode dictâ, sine idonea pro
tione, leuiter et temere proiecta. -- Plaud
δότε κρότον, κὴ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κ
πήσατε. -- Declamationes vero declamationi
non rependamus. Haec testimonio sint, ad q
manifestissimas torturas Scripturae per hypoth
suam abripiantur Adaemonistae. Quis per om
illa V. et N. T. loca, in quibus Satanae men
occurrit, a Prophetis, ab ipso Christo Apostol
que iniecta, abstracta quaedam et personae spe
repraesentata vitia intelligat? et quaenam su
contradictiones, quibus se communioris senten-
tiae patroni implicant? Quaenam sunt praecepta
hermeneutica, quibus haec ab omni vsu loquen-
di aliena, et insolentia, immo, quod *in* prima
fronte gerunt, contortissima interpretamenta ni
tuntur? Et quî, quando, quomodo superstitio
peccatum, prauitas, malitia, ad mille annoru
spatium in abyssum conclusa dixeris? Et his tran
actis, quando reuiuiscere coeperunt? Haec omn
Scripturae summa vi inferuntur, nec, vt dec
theologum, veritatis amore ductum, *efferuntu*
Redarguuntur haec aliaque plura falsitatis, vel vi
illo notissimo praecepto hermeneutico: *Talia su
subiecta, qualia permittuntur esse a suis praedicatis.* R
praesentantur regna, babylonicum, persicum
graecum, romanum, variis emblematis, è regn
animali desumtis, leonis, vrsi, pardi, Dan. VI
singulis horum animantium adfectionibus illoru
regnorum statui conuenientibus: sed vel sola ho
rum locorum comparatio cum illis, quae Apo
calypsis C. XII. XX. de Satana habet, precari
assumtae huius hypotheseos fundamenta subrui
Quis enim *imperium romanum*, in quacunque pe-
rio-

Theodori hiſtoricum tantum ſenſum conſectan-
ſtudium, via media teneatur, non poſſumus non
futura eccleſiae conditione optime ſperare, nec
o modo de illa conditione populi iudaici in-
ligere, quae ſeruitutem babylonicam ſequere-
r, aut de ſtatu eccleſiae, a Chriſto Apoſtolis-
e recens in terris plantatae. *In quo ſi erro, --*
enter erro; nec mihi hunc errorem, quo delector,
n viuo, extorqueri volo. Cic. Sen. 23. Satana,
cleſiae Chriſti hoſte capitali, in abyſſum con-
ſto concluſoque, laeta ſint omnia, et ſalua et
rtunata futura oportebit. Hanc certe felicitatem
cleſia per omnia ſaecula, quibus in terra floruit,
ndum obtinuit.

§. XIV.

5) Per iudicium vltimum.

Vltimam denique, eamque ſum-
iam ſtragem experietur Satanas,
n ſtagno ignis ardente ſulphure, A-
poc. XX. 7 - 10. et haec erit decreto-
ria illa dies, in qua de omnium ho-
minum angelorumque actionibus iuſtiſſime decer-
netur. Matth. XXV. 31 - 46. Sic impleta Spirituum
malorum menſura ſuperabundabit, et reddetur v-
nicuique ſecundum opera ſua. Rom. II. 6 - 10. Ad
hunc finem tendit imperium Chriſti, inter hoſtes
adminiſtrandum, vt tandem fiant ſcabellum pedum

riodo, cum *ſerpente* contulerit? Et qualis, et
quanta *ἀκυρολογία*, Diabolum, i. e. ſuperſtitio-
nem *ſolui carcere*, v. 8. et proficiſci ad decipiendas
gentes, quae quatuor terrae partibus contineantur,
Gogum et Magogum? aut Draconem, C.
XII. 3. exponi de inſano idolorum cultu? Haec
vel Heracliteae ſeueritatis homini, riſum dicam,
an indignationem, aut lacrymas commoueant!

ipsius. Ps. CX. 1. Phil. II. 9 - 11. 1 Cor. XV. 2
Hîc pater nequitiarum cum suis Apostolis, besti
falsoque propheta, eorumque asseclis, promeri
aeternasque luet pœnas, v. 10. Apoc. XX. I
brachium Iehouae in omni suo robore, et ma
statico infinitae potentiae vsu, manifestandum
coram omni creatura celebrabitur! Rex, iu
mento in sancto Sionis monte inauguratus et c
firmatus, Ps. II. 6-9. euicto hoste, omnem su
recuperabit ditionem, latissime patentem in cae
et in terris, omni principatu, omni potentia
potestate abolitis. 1 Cor. XV. 24. Hîc Dominus
viis suis, in quibus saepenumero pro infirmit
nostra, et obtusa oculorum acie offendimur, c
ram vniuersa Spirituum ciuitate, quaqua pate
illustrabitur, omnibus viis, quibus vsus est, a
ipsius laudem, virtutumque perfectissimarum ce
lebrationem conuersis: vltima haec scena, vt fit,
omnibus antegressis admirabilem adfundet lucem:
Hîc scandala, ex longanimitate diuina accepta
in summam optimi maximique regis gloriam de
nent, et omnia ipsius opera laudem creatoris co
celebrabunt, et eo perducentur, vt Deus sit omn
in omnibus, 1 Cor. XV. 28. hostibus ita destr
ctis, ut repugnare non valeant, vt sint debella
imbelles, capti, supplicio adfecti, sub pedib
Domini nostri prostrati, quemadmodum de terr
cananiticae regibus relatum legimus, Ios. X. 2
Hîc peccatum et mors et infernus, quique in h
dominatur, Satanas, a quibus oppugnati toties i
gemiscimus, victi ad ἐπινίκιον illud, in omni s
vi vt personare possit, exstimulabunt prouocabun
que. Πȣ̃ σȣ, θάνατε, τὸ κέντρον; πȣ̃ σȣ, ᾅδ
τὸ νῖκος; 1 Cor. XV. 55. Quam illustris tum a
parebit sanctorum dignitas, vel angelos iudicat
rorum? 1 Cor. VI. 3. a quibus saepius impetit

tentati

tati, vexati, accusati numquam plene succu-
re, sed sanguine filii Dei abluti, animo corpo-
ue purgati, rerum spiritualium mira cognitione
uti et aucti, et supra mensuram, statui gra-
conuenientem, illuminati, de mundi illiusque
cipis moliminibus recte, et sententiae supre-
iudicis conuenienter, statuent, non modo testes
adprobatores, sed etiam in suffragiis ferendis
idam modo iudices. Deuictio quidem, con-
natio, pudefactio et repressio regni diabolici,
ante hoc mundo, immo durante potius regno
tiae, inchoata, et per notabiles vitae spiritua-
eriodos, et illustres victorias continuata est,
uilibet tum triumphi, Deo et Saluatori, illius-
eris discipulis, honorifici, non modo consum-
ntur, sed etiam manifestabuntur in contume-
Satanae, huiusque tiranni pudorem, in lau-
Seruatoris, Sanctorumque salutem, et au-
um gloriae illustrissimum et magnificentissi-

§. XV.

De restitutione Diaboli.

iberatum iri aliquando, post
um aeonum decursum, ex hoc
grauissimique supplicii loco,
turam angelicam, diabolicâ vi-
peruersitatibusque expurgatâ,
naeuae integritati restitutum iri, inde ab ORI-
NE statuerunt multi, ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονῦν-
, sine dubio ex argumentis, è ratione magis,
m reuelatione ductis, eo ablati. In vexatissi-
m illum locum de ἀποκαταςάσει πάντων non
censuri, paucis quibusdam obseruationibus,
nem hanc rem pro instituti ratione expedie-
nus, ad cetera disputationis capita progressuri.

I)

I) Hiſtoriam huius dogmatis pertexere inſtit Ven. D. IOH. AVGVSTIN. DIETELMAI in *Commenti fanatici de rerum omnium ἀποκατ ςάσει hiſtoria antiquiori.* Altd. MDCCLXIX. qua vero vltra Saec. XIII. nondum progreſ eſt, et alteram partem, proxime, ſi prom ſis ſteterit Vir. Cel. edendam, iure deſideram Addimus his id vnum, dogma hoc noſtra ae te plures nactum eſſe patronos, qui id publ profiteri, litterisque propagare, argum que firmius munire non verentur: cf. Au *Güldene Zeit*, P. I. II. III. BASEDOVIVM in *P lalethie*, p. 539 - 552. S.R.D. BÜSCHING in d *allgemeinen Anmerkungen über die ſymboliſche Schr ten*, p. 92. ſ. Ven. LAVATERVM in *Ausſicht in die Ewigkeit*, T. III. p. 275. ſ. EBERHARD in *der Apologie des Sokrates* &c. p. 372. Cel. C. F. BAHRDITVM, *in dem 44 Brief über die ſyſtema tiſche Theologie*, p. 273 - 279. conf. etiam, quae de hac materia Theodiceae inſeruit LEIBNI TIVS §. 266 - 274.

II) Si quid iudicando aſſequi poſſumus, ration e rationis lumine ductae, praeualent illis, qu ex ſacris litteris proferuntur, neque tamen lae rem conſiciunt, quod dudum demonſtrau C. M. PFAFFIVS in diſs. de *perpetuitate poen rum infernalium ex ratione neque refutabili, n que demonſtrabili, Tub. 1748.* cum vindiciis, di ſertationi *de inuocatione S. Chriſtophori ad largien dos nummos, 1748.* annexis, p. 27. ſ. Ceterum quam infirma ſint et longe petita argumenta quae inprimis pro reſtitutione diaboli malo rumque angelorum a Peterſenio ſociisque affe runtur, pluribus expoſita et refutata vid. i DAN. PFEFFINGERI, Argentoratenſis Theolo gi

gi, diſs. *de reſtitutione diabolorum*, 1708. Argent. p. 18 - 48. I. C. PFAFFII *ſylloge quaeſtionum theologicarum denuo tritiorum*, p. 89 - 94. Ej. diſp. inaug. *de fine oeconomiae Chriſti*, ex Cor. XV. 24. cum vindiciis ab I. W. PETERSENII animaduerſionibus. Tub. 1713. Si reſtitutio hominum damnatorum a reſtitutione Diaboli malorumque angelorum ſeiungeretur cogitatione, pro illa non exigui ponderis argumenta paſſim, maxime è ſ. litteris, è dogmate de gratia vniuerſali, è munere ſacerdotali Chriſti in aeternum duraturo, adduci ſolere putem, cum in hac maxime medium deficiat et ignoretur, per quod eiusmodi reſtitutio Diaboli perfici poſſit, nec poenae in ſe, et vel acutiſſimi dolores id ſemper efficiant, vt quis ad ſaniorem mentem redeat, vt potius pari iure contrarium operari poſſe exiſtimari queant. Sobrie de omni hac cauſſa ſentiunt et PFAFFIVS et WEISMANNVS: "*Nec tamen quis negauerit, ſi demonſtrari poteſt, gratiam Dei vniuerſalem* ἐις τȣ̀ς ἀιῶνας τῶν ἀιώνων *valituram, nec praeſenti tantum vitae incluſam eſſe, non parum inde ſubſidii* (*in doctrina de origine et permiſſione mali*,) *eſſe exſpectandum.* -- *Ceterum* (inquit b. PFAFFIVS,) *multa omnino circa praedeſtinatianiſmum, circa originem mali, quae ſubnaſcuntur dubia, quae et facile contra attributa diuina homini rationali ſuboriuntur, multa, inquam, dubia hoc ſyſtema ſolueret, unde et* IOH. CLERICVS *contra Baelium, et* IOH. TILLOTSONVS *contra incredulos id tantiſper aſſumſere, ſi ſaltem id* ἐξαγώνιον *eſſet*, cf. WEISMANNI diſſ. I. inaug. p. 45. ſ. Ad problemata exegetica ſi quis igitur omnem hanc cauſſam amittat, non male feciſſe putandus erit. Fortaſſe ſucceſſu temporis, et maiori cognitionis menſura diuinitus diſpen-

dispensatâ, in hac quoque caussa clarius v debimus perspicaciusque, die illucescente phosphoro in animis nostris oborto. 2 Petr. 19. Illud haud temere coniectare licet, Sa nam cum omnibus Christi hostibus eandem e perturum esse sortem, vt ad pedes Domini D minantium prostratus, regis huius maiestate inuiolabilem et sanctam, nolens, volens, gnoscat et reuereatur, Ps. CX. 1. Matth. XX 1. Cor. XV. 25. Ebr. II. 8. qua ipsa vero beatitatis aliquod genus non continetur. ποταγὴν hanc cum ἀνακεφαλαιώσει illa, Eph. 10. coll. v. 21. non confundi debere, monu re cordatiores theologi. Quis iustitiam diu nam iniquitatis accusare sustineat, si beneficio rum suorum nefarium hunc decoctorem eapa ti, ea consequi permittat, quae naturalis quaedam consecutio adfert, si ipsum suis tenebris suisque vitiis ac poenis relinquat? Quis vel bonitati diuinae vel aequitati hanc necessitatem imponat, vt quae semel tradita non retinuisset, sed sua culpa perdidisset, ipsi restituantur? Gen. III. 14. 15. Iud. v. 6. 2 Petr. II. 4. quibus locis poenae diaboli commemorantur, ne s pi cio quidem gratiae, post tot aeonum decursum aliquando obtinendae, exstat, cum contra ianuam pacandae in futurum irae divinae homini statim ab initio apertam esse constet. Sed satius fortasse, dicat aliquis, fuisset, diabolum in id miseriae venturum, non creasse, in talem conditionem, quae in certam, et nullo modo effugiendam interminabilem perniciem desitura sit. Qua ratione clementiam diuinam, bonitatem iustitiamque decuerit, dare vitam iis, qui haud dubie in infinitum tempus miserrimi essent, ratio, de diuinis perfectionibus recte

ſte edocta, fateor, non aſſequitur, adeo, vt
eſſent theologi graues, qui in hanc partem pro-
penderent, vt redemtionem malarum menti-
um non repugnare ſtatuerent: Sic FECHTIVS
in *ſelectarum ex ſacris doctrinarum farragine, theſin*
V. ita poſuit: „ *Non negamus, ſi diabolus ſolo
lapſu a Deo deſciuiſſet, nec homines inſuper ſedu-
xiſſet, nec Deum erga homines calumniis et men-
daciis proſcidiſſet, - Deum ipſi mediatorem per in-
gentem ſuam miſericordium fortaſſis conſtituiſſe;
quippe Diaboli lapſus aeque diuinae miſericordiae
ſubiectus erat, quemadmodum hominum, ad mi-
nimum ipſius redemtio non repugnat.* „ Vrge-
ri hinc videas ab illis *ἀποκαταςάσεως τῶν
πάντων* patronis *amorem* Dei in res creatas ſum-
mum, non niſi in earum ſalute acquieſcentem,
praeſtantiamque naturarum illarum angelica-
rum, qua ceteras creaturas antecellant; qua-
rum in perpetua miſeria ciuitati diuinae in-
gens labes ignominiaeque nota affricetur; mi-
nui etiam videas peccati daemonum magnitu-
dinem, qua culpam hominum non adaequent,
gratiam Chriſti, tantopere oblatam, repudianti-
um; in praeſidium porro et auxilium vocari
videas, Col. I. 16. coll. v. 20. Eph. I. 10. coll.
v. 21. Ieſ. XXIV. 21. 22. v. CXLV. 9. 10. Phil.
II. 9 ſſ. 1 Cor. XV. 28. quibus in locis vniuer-
ſitati rerum cum capite Chriſto amice coniun-
gendarum maxime inhaerent, gloriamque di-
uinam ex tam ſalutari, inque optimos fines deſi-
nente *οἰκονομίᾳ* illuſtrari autumant. Aeternitatis
contra poenarum argumenta ex Matth. XXV.
46. Iud. v. 6. Apoc. XIV. 11. Ieſ. LXVI. 24. Hebr.
II. 16. peti, quaeuis tibi cōmpendia declarant;
iam iudicium penes te ſit, lector, ſed iudica,
Deo eiusque vniuerſae naturae, iudica ingen-
ti

fecit, diss. 1716. *de chiliasmo praesenti*, explicuerit, i plane ostendit, se infelicem esse Apocalypseos interpretem. Et ordo prophetiae, et varia iudicii antegressa, hostes huic periodo obstantes sublatura, et harmonia vaticiniorum veteris testamenti longe aliud suadent postulantque. Voti igitur illius, quod b. WEISMANNI fuit, in diss. *Apocalypseos excellens doctrina fidei & morum*, p. 27. compotes nos esse factos, insigniter laetamur: "*Vtinam*, inquientis, *vel tandem ea cognitionis & lucis mensura aetati nostrae obtingeret, per quam illa sacrarum literarum testimonia, quae vltimam mundi aetatem, vt pessimam et corruptissimam describunt, et cum aduentu Domini coniungunt, nec minus altera illa, in quibus magnifica et illustria regni Christi phaenomena nouissimae saeculi huius consummationi densis et confertis in eam rem doctrinis praemitti videntur, saltem quoad rem ipsam, (quis enim plura hic facile requisiuerit?) ad suauem, perspicuam et satisfacientem omnibus bonis & sapientibus harmoniam redigantur.* -- Nam distingue tempora, et concordabit Scriptura; distingue, inquam, hoc mille annorum spatium captiuitatis in abysso, vbi in terris, hoste capitali, lerna malorum, submoto, tranquilla erunt omnia, ab illo parui temporis spatio, Apoc. XX. 3. in quo solutus carcere Satanas, per seductionem Gogi Magogique, vltimum accelerabit iudicium, et testimonia Scripturae de laeto optabilique, simul vero etiam tristi, et calamitoso nouissimi temporis statu amicissime conspirabunt. Nec hoc modo dicam nobis scripserit facile rei gnarus et intelligens iudex, tamquam, hoc chiliasmo adstructo, articulum XVII. Aug. Conf. transgressis, nec enim omnem ibi proscribi chiliasmum, sed mere carnalem, iudaicum, vanum illud commentum, multi ante nos solide demonstrarunt, vt

Pavlvs Antonivs in *Coll. antith.* p. 935. od. Hoffmannvs in *Comm. ad A. C.* p. 304. ss. ngelivs : *Erkl. Off.* p. 945. ss. Accedit et ud, quod fœcunditas, profunditas, et ingens itudo plurimorum vaticiniorum in iis, quae sub tia N. T. contigissent, non exhauriantur, cf. expende Ies. II. LX. LXI. LXV. LXVI. (*) Quae

 qui-

(*) In postremis his iudiciis, Diabolo futuris, idololatriae, superstitionis, irreligionis finem exitumque videt Anonymus l. c. pag. 183. *Gott wird die herrschende Bosheit, Blindheit, und Lasterhaftigkeit der Unglaubigen, die von je her der Wahrheit Hinderungen entgegen gestellet, und sie verfolget und gelästert haben, d. i. den Drachen, die alte Schlange, den Teufel und Satan, durch seine treue Verehrer binden. Wir sehen bereits die Erfüllung. Die Macht des heidnischen und jüdischen Aberglaubens ist alles furchtbaren Ansehens beraubet --- --- dem Laster und Gottlosigkeit ist immer mehr gesteuret, so daß sie nicht mehr öffentlich und gewaltsam herrschen können.* v. 7. 8. Cap. XX. *Es soll aber die traurige Zeit wieder kommen, und vieleicht ist sie schon da gewesen, da sich die Macht der Finsterniß, der Wahrheit und ihrem Lichte sich ohne Scheu mit öffentlicher Gewalt widersezen, und den Aberglauben mit öffentlicher Gewalt unterstüzen wird,* v. 10. *Alle öffentliche und fürchterliche Macht des Aberglaubens und alle gewaltsame Verfolgung der Warheit, wird auf ewig vertilget, und in verschiedenen offenbaren Feinden und Verfolgern der christlichen Kirche zu steter ewiger Schmach und Schande verworffen werden ---- Teufel und Satan sind in der Offenb. Joh. allgemeine Benennungen und personificationen des Aberglaubens, des Unglaubens, und der Bosheit.* ---- At o bone! quam vehementer falleris! Et Tu, lector, Scripturae reuerens, quid sentis de his explicationibus! Hoc modo Scripturam interpretari videas ecclesiasten, animarum ducem; nec interpretari tantum, sed omnibus, qui sapiant, vel conuiciis iudaicae superstitionis et nefandarum opinionum, commentorum, deliramentorum, angue peius et cane fugiendorum, ob-

quidem vaticinia, aliaque plura, si ita accip tur, vt inter *Origenianam* allegoricam disciplin

obtrudere eas sententias conantem, in sin interpretationibus sibi adplaudentem, et in riationem ingenii et perspicaciae desinentem vllâ earum firmo et stabili argumento fir sed tamquam è tripode dictâ, sine idonea p tione, leuiter et temere proiecta. -- Plaud δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς π πήσατε. -- Declamationes vero declamationi non rependamus. Haec testimonio sint, ad q manifestissimas torturas Scripturae per hypoth suam abripiantur Adaemonistae. Quis per om illa V. et N. T. loca, in quibus Satanae men occurrit, a Prophetis, ab ipso Christo Apostol que iniecta, abstracta quaedam et personae spec repraesentata vitia intelligat? et quaenam sun contradictiones, quibus se communioris senten-tiae patroni implicant? Quaenam sunt praecepta hermeneutica, quibus haec ab omni vsu loquen-di aliena, et insolentia, immo, quod in prima fronte gerunt, contortissima interpretamenta ni tuntur? Et quî, quando, quomodo superstitio peccatum, prauitas, malitia, ad mille annoru spatium in abyssum conclusa dixeris? Et his tran actis, quando reuiuiscere coeperunt? Haec omn Scripturae summa vi inferuntur, nec, vt dec theologum, veritatis amore ductum, efferuntu Redarguuntur haec aliaque plura falsitatis, vel vi illo notissimo praecepto hermeneutico: *Talia su subiecta, qualia permittuntur esse a suis praedicatis.* praesentantur regna, babylonicum, persicum graecum, romanum, variis emblematis, è reg animali desumtis, leonis, vrsi, pardi, Dan. VI singulis horum animantium adfectionibus illoru regnorum statui conuenientibus: sed vel sola h rum locorum comparatio cum illis, quae *Ap calypsis* C. XII. XX. de Satana habet, precar assumtae huius hypotheseos fundamenta subrui Quis enim *imperium romanum*, in quacunque pe ri

Theodori historicum tantum sensum consectan-studium, via media teneatur, non possumus non futura ecclesiae conditione optime sperare, nec modo de illa conditione populi iudaici in-ligere, quae seruitutem babylonicam sequere-, aut de statu ecclesiae, a Christo Apostolis recens in terris plantatae. *In quo si erro, -- enter erro; nec mihi hunc errorem, quo delector, viuo, extorqueri volo.* Cic. Sen. 23. Satana, clesiae Christi hoste capitali, in abyssum con-to conclusoque, laeta sint omnia, et salua et tunata futura oportebit. Hanc certe felicitatem lesia per omnia saecula, quibus in terra floruit, dum obtinuit.

§. XIV.

Vltimam denique, eamque sum-stragem experietur Satanas, *ignis* ardente sulphure, A-. 7 - 10. et haec erit decreto- dies, in qua de omnium ho- angelorumque actionibus iustissime decer-tur. Matth. XXV. 31 - 46. Sic impleta Spirituum torum mensura superabundabit, et reddetur v-ique secundum opera sua. Rom. II. 6 - 10. Ad nc finem tendit imperium Christi, inter hostes ministrandum, vt tandem fiant scabellum pedum ipsi-

5) Per iudicium vltimum.

riodo, cum *serpente* contulerit? Et qualis, et quanta ἀκυρολογία, Diabolum, i. e. superstitionem *solui carcere,* v. 8. et proficisci ad decipiendas gentes, quae quatuor terrae partibus contineantur, Gogum et Magogum? aut Draconem, C. XII. 3. exponi de insano idolorum-cultu? Haec vel Heracliteae seueritatis homini, risum dicam, an indignationem, aut lacrymas commoueant!

ipſius. Pſ. CX. 1. Phil. II. 9 - 11. 1 Cor. XV. 2
Hîc pater nequitiarum cum ſuis Apoſtolis, beſti
falſoque propheta, eorumque aſſeclis, promeri
aeternasque luet pœnas, v. 10. Apoc. XX. H
brachium Iehouae in omni ſuo robore, et ma
ſtatico infinitae potentiae vſu, manifeſtandum
coram omni creatura celebrabitur! Rex, iu
mento in ſancto Sionis monte inauguratus et co
firmatus, Pſ. II. 6-9. evicto hoſte, omnem ſua
recuperabit ditionem, latiſſime patentem in cael
et in terris, omni principatu, omni potentia
poteſtate abolitis. 1 Cor. XV. 24. Hîc Dominus
viis ſuis, in quibus ſaepenumero pro infirmita
noſtra, et obtuſa oculorum acie offendimur, co
ram vniuerſa Spirituum ciuitate, quaqua pate
illuſtrabitur, omnibus viis, quibus vſus eſt, in
ipſius laudem, virtutumque perfectiſſimarum ce-
lebrationem conuerſis: vltima haec ſcena, vt ſit,
omnibus antegreſſis admirabilem adfundet lucem:
Hîc ſcandala, ex longanimitate diuina accepta,
in ſummam optimi maximique regis gloriam deſi-
nent, et omnia ipſius opera laudem creatoris con-
celebrabunt, et eo perducentur, vt Deus ſit omnia
in omnibus, 1 Cor. XV. 28. hoſtibus ita deſtru-
ctis, ut repugnare non valeant, vt ſint debellati
imbelles, capti, ſupplicio adfecti, ſub pedibus
Domini noſtri proſtrati, quemadmodum de terrae
cananiticae regibus relatum legimus, Ioſ. X. 24
Hîc peccatum et mors et infernus, quique in his
dominatur, Satanas, a quibus oppugnati toties in-
gemiſcimus, victi ad ἐπινίκιον illud, in omni ſua
vi vt perſonare poſſit, exſtimulabunt prouocabunt-
que. Πȣ͂ σȣ, θάνατε, τὸ κέντρον; πȣ͂ σȣ, ᾅδη,
τὸ νῖκος; 1 Cor. XV. 55. Quam illuſtris tum ad-
parebit ſanctorum dignitas, vel angelos iudicatu-
rorum? 1 Cor. VI. 3. a quibus ſaepius impetiti,
tentati,

tati, vexati, accuſati numquam plene ſuccu-
re, ſed ſanguine filii Dei abluti, animo corpo-
ue purgati, rerum ſpiritualium mira cognitione
uti et aucti, et ſupra menſuram, ſtatui gra-
conuenientem, illuminati, de mundi illiusque
ncipis moliminibus recte, et ſententiae ſupre-
iudicis conuenienter, ſtatuent, non modo teſtes
dprobatores, ſed etiam in ſuffragiis ferendis
dam modo iudices. Deuictio quidem, con-
nnatio, pudefactio et repreſſio regni diabolici,
ante hoc mundo, immo durante potius regno
tiae, inchoata, et per notabiles vitae ſpiritua-
periodos, et illuſtres victorias continuata eſt,
quilibet tum triumphi, Deo et Saluatori, illius-
e veris diſcipulis, honorifici, non modo conſum-
abuntur, ſed etiam manifeſtabuntur in contume-
m Satanae, huiusque tiranni pudorem, in lau-
m Seruatoris, Sanctorumque ſalutem, et au-
nentum gloriae illuſtriſſimum et magnificentiſſi-
uum.

§. XV.

De reſtitutione Diaboli.

Liberatum iri aliquando, poſt
multorum aeonum decurſum, ex hoc
ltimi grauiſſimique ſupplicii loco,
t naturam angelicam, diabolicâ vi-
iis peruerſitatibusque expurgatâ,
rimaeuae integritati reſtitutum iri, inde ab Ori-
ne ſtatuerunt multi, ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονοῦν-
, ſine dubio ex argumentis, è ratione magis,
am reuelatione ductis, eo ablati. In vexatiſſi-
m illum locum de ἀποκαταστάσει πάντων non
cenſuri, paucis quibusdam obſeruationibus,
nem hanc rem pro inſtituti ratione expedie-
mus, ad cetera diſputationis capita progreſſuri.

I)

I) Historiam huius dogmatis pertexere institui Ven. D. IOH. AVGVSTIN. DIETELMAIR in *Commenti fanatici de rerum omnium ἀποκαταστάσει historia antiquiori*. Altd. MDCCLXIX. in qua vero vltra Saec. XIII. nondum progressus est, et alteram partem, proxime, si promissis steterit Vir. Cel. edendam, iure desideramus. Addimus his id vnum, dogma hoc nostra aetate plures nactum esse patronos, qui id publice profiteri, litterisque propagare, argumentisque firmius munire non verentur: cf. Auct. *Güldene Zeit*, P. I. II. III. BASEDOVIVM in *Philalethie*, p. 539 - 552. S. R. D. BÜSCHING in *den allgemeinen Anmerkungen über die symbolische Schriften*, p. 92. s. Ven. LAVATERVM iu *Aussichten in die Ewigkeit*, T. III. p. 275. s. EBERHARDVM in *der Apologie des Sokrates* &c. p. 372. Cel. C. F. BAHRDITVM, *in dem 44 Brief über die systematische Theologie*, p. 273 - 279. conf. etiam, quae de hac materia Theodiceae inseruit LEIBNITIVS §. 266 - 274.

II) Si quid iudicando assequi possumus, rationes, e rationis lumine ductae, praeualent illis, quae ex sacris litteris proferuntur, neque tamen illae rem conficiunt, quod dudum demonstrauit C. M. PFAFFIVS in diss. de *perpetuitate poenarum infernalium ex ratione neque refutabili, neque demonstrabili*, *Tub. 1748.* cum vindiciis, dissertationi *de inuocatione S. Christophori ad largiendos nummos*, *1748.* annexis, p. 27. s. Ceterum, quam infirma sint et longe petita argumenta, quae inprimis pro restitutione diaboli malorumque angelorum a Petersenio sociisque afferuntur, pluribus exposita et refutata vid. in DAN. PFEFFINGERI, Argentoratensis Theologi,

gi, diss. *de restitutione diabolorum*, 1708. Argent. p. 18 - 48. I. C. PFAFFII *sylloge quaestionum theologicarum denuo tritiorum*, p. 89 - 94. Ej. disp. inaug. *de fine oeconomiae Christi*, ex Cor. XV. 24. cum vindiciis ab I. W. PETERSENII animaduersionibus. Tub. 1713. Si restitutio hominum damnatorum a restitutione Diaboli malorumque angelorum seiungeretur cogitatione, pro illa non exigui ponderis argumenta passim, maxime è s. litteris, è dogmate de gratia vniuersali, è munere sacerdotali Christi in aeternum duraturo, adduci solere putem, cum in hac maxime medium deficiat et ignoretur, per quod eiusmodi restitutio Diaboli perfici possit, nec poenae in se, et vel acutissimi dolores id semper efficiant, vt quis ad saniorem mentem redeat, vt potius pari iure contrarium operari posse existimari queant. Sobrie de omni hac caussa sentiunt et PFAFFIVS et WEISMANNVS: "*Nec tamen quis negauerit, si demonstrari potest, gratiam Dei vniuersalem εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων valituram, nec praesenti tantum vitae inclusam esse, non parum inde subsidii (in doctrina de origine et permissione mali,) esse exspectandum. — Ceterum* (inquit b. PFAFFIVS,) *multa omnino circa praedestinatianismum, circa originem mali, quae subnascuntur dubia, quae et facile contra attributa diuina homini rationali suboriuntur, multa, inquam, dubia hoc systema solueret, vnde et* IOH. CLERICVS *contra Baelium, et* IOH. TILLOTSONVS *contra incredulos id tantisper assumsere, si saltem id ἐξαγώνιον esset*, cf. WEISMANNI diss. I. inaug. p. 45. s. Ad problemata exegetica si quis igitur omnem hanc caussam amittat, non male fecisse putandus erit. Fortasse successu temporis, et maiori cognitionis mensura diuinitus dispen-

dispensatâ, in hac quoque caussa clarius v debimus perspicaciusque, die illucescente phosphoro in animis nostris oborto. 2 Petr. 19. Illud haud temere coniectare licet, Sa nam cum omnibus Christi hostibus eandem e perturum esse sortem, vt ad pedes Domini D minantium prostratus, regis huius maiestate inuiolabilem et sanctam, nolens, volens, gnoscat et reuereatur, Ps. CX. 1. Matth. XX 1. Cor. XV. 25. Ebr. II. 8. qua ipsa vero beatitatis aliquod genus non continetur. ποταγὴν hanc cum ἀνακεφαλαιώσει illa, Eph. 10. coll. v. 21. non confundi debere, monu re cordatiores theologi. Quis iustitiam diu nam iniquitatis accusare sustineat, si beneficio rum suorum nefarium hunc decoctorem ea pa ti, ea consequi permittat, quae naturalis quaedam consecutio adfert, si ipsum suis tenebris suisque vitiis ac poenis relinquat? Quis vel bonitati diuinae vel aequitati hanc necessitatem imponat, vt quae semel tradita non retinuisset, sed sua culpa perdidisset, ipsi restituantur? Gen. III. 14. 15. Iud. v. 6. 2 Petr. II. 4. quibus locis poenae diaboli commemorantur, ne si spicio quidem gratiae, post tot aeonum decursum aliquando obtinendae, exstat, cum contra ia nuam pacandae in futurum irae divinae homin statim ab initio apertam esse constet. Sed satius fortasse, dicat aliquis, fuisset, diabolum in id miseriae venturum, non creasse, in talem conditionem, quae in certam, et nullo modo effugiendam interminabilem perniciem desitura sit. Qua ratione clementiam diuinam, bonitatem iustitiamque decuerit, dare vitam iis, qui haud dubie in infinitum tempus miserrimi essent, ratio, de diuinis perfectionibus re-

ste

le edocta, fateor, non assequitur, adeo, vt
ssent theologi graues, qui in hanc partem pro-
enderent, vt redemtionem malarum menti-
m non repugnare statuerent: Sic FECHTIVS
i *selectarum ex sacris doctrinarum farragine, thesin*
'. ita posuit: „ *Non negamus, si diabolus solo*
ipsu a Deo desciuisset, nec homines insuper sedu-
isset, nec Deum erga homines calumniis et men-
aciis proscidisset, - Deum ipsi mediatorem per in-
entem suam misericordiam fortassis constituisse;
uippe Diaboli lapsus atque diuinae misericordiae
ectus erat, quemadmodum hominum, ad mi-
m ipsius redemtio non repugnat. „ Vrge-
hinc videas ab illis *ἀποκαταστάσεως τῶν*
των patronis *amorem* Dei in res creatas sum-
, non nisi in earum salute acquiescentem,
stantiamque naturarum illarum angelica-
, qua ceteras creaturas antecellant; qua-
n perpetua miseria ciuitati diuinae in-
abes ignominiaeque nota affricetur; mi-
iam videas peccati daemonum magnitu-
, qua culpam hominum non adaequent,
n Christi, tantopere oblatam, repudianti-
praesidium porro et auxilium vocari
Col. I. 16. coll. v. 20. Eph. I. 10. coll.
Ies. XXIV. 21. 22. v. CXLV. 9. 10. Phil.
ff. 1 Cor. XV. 28. quibus in locis vniuer-
rerum cum capite Christo amice coniun-
rum maxime inhaerent, gloriamque di-
i ex tam salutari, inque optimos fines desi-
e *οἰκονομίᾳ* illustrari autumant. Aeternitati
poenarum argumenta ex Matth. XXV.
Iud. v. 6. Apoc. XIV. 11. Ies. LXVI. 24. Hebr.
16. peti, quaeuis tibi compendia declarant;
n iudicium penes te sit, lector, sed iudica,
eo eiusque vniuersae naturae, iudica ingen-
ti

ti illi proposito et amplo, Eph. I, 9-14. c
uenienter et apte.

§. XVI.

Rationes longanimitatis diuinae in tolerando hoc hoste.

Superest vnica quaestio, qu
hic mouere non superuacane
duxi. Adstruximus hactenus pler
victoriam, ab infenso hoc Dei
minumque hoste a Christo in m
partam, §. VII. VIII. IX. in
scensu ad inferos et exaltatione g
riose demonstratam, §. X. XI. XII. ab Micha
archangelo continuatam, §. XIII. in millennio
secutioni dari coeptam, §. XIV. et in die pantoc
tico absolutam perfectamque, §. XV. Iam cur s
plicium hoc vltimum in diem vniuersalis iu
differt Deus? Matth. XXV. 41. Nonne sati
set, hunc tot malorum coryphaeum è th
rum humanarum submoueri, et citius pr
tae poenae addici? quam infinita cum eo malor
genera praecisa fuissent, et series omnis abrup
qua tot mala, et peccati mancipia concatenata su
quot scandala, ex hac longanimitate diuina vul
accepta, vno halitu absorpta, et è medio subl
ta fuissent? Digna omnino quaestio, ad qua
curate respondeamus! Si quid in oeconomia
uina ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ ἀνεξιχ
ἄστȣς ὁδȣ̀ς αὐτȣ̃, Rom. XI. 33. probat, certe id
cit patientia et longanimitas, qua continuata h
ius hostis molimina tolerat Deus. Admirabilis
la sapientia, qua circa hunc capitalem hoste
versatur, nobis homuncionibus mysterii plena e
quoad maximam partem alteri saeculo reserua
da. Interea ne in difficili hoc et spinoso loco su
cumbamus, fideique aliquod naufragium, f

qu

is humanae ſapientiae irretiti, patiamur, via- Domini attenta conſideratione opus eſt, m Scriptura egregrie acuit, argumenta ſug- endo eiusmodi, quibus ſuſpenſus animus ſi- et conſcientia tranquillari poſſit. Non repe- us, quae WEISMANNVS in *Inſtitt. theol.* p. in medium attulit, ἀπολογίας Dei in hac ſpecimina. Primum videamns, caueamus- ſummopere, ne nos feriat illud ſermonis ni ad Hiobum initium, C. XXXVIII. 2. מִי זֶה מַחְשִׁיךְ עֵצָה בְמִלִּין בְּלִי דָעַת׃ uientes nimirum ad infinitas illas, et longiſ- uentes rerum, euentuumque, inter ſe ar- e nexorum, ſeries, cum ea, quae vniuerſo condenda et conſeruanda, quanta quanta ſit, ſitate conſilio adcommodatiſſima ſint, per- efinire ſuſtineamus, quae agere, quae de- Deum deceat. Quis enim es homo, quae ui vis, quae viarum Domini conſiliorum- lligentia, qui audeas liberrimum Dei ratiunculis tuis circumſcribere, et ex nti et Deo digna toleratione hoſtis, diutina, ſcandalum capere? Tolerat et hinc recte argumentamur, ſapienter cte id fieri, etiamſi rationes certas igno- mus. Id tua te ratio docet, id quod diuino lio factum conſtet, Deo dignum eſſe, con- ensque cum eius perfectione vniuerſa, et li- acri id firmant, nihil a Deo decerni aut fieri quod ſecus ſit. Sine admirabili igitur con- omnium perfectionum diuinarum nil agere m, nil ferre, è neceſſaria omnium virtutum um conſeruatione liquet; illuſtrandae igitur ae diuinae, et perfectionum omnium ſummae larandae, apta ſit diutina hoſtis huius toleratio, eſſe eſt. Conſentaneam adeo ſummae maieſta-

 ti,

ti, sanctitati, iustitiae diuinae esse, ἀνυπεύθ
hanc αὐτεξουσιότητα, quae in ferendo hoc adu
sario cernitur, ex consideratione Numinis op
sapientissimique facile intelligitur. Illud enim
metipsum, et naturam suam abnegare ne
2 Tim. II. 13. Quodsi igitur plane nullas h
rei liceret caussas perspicere, tamen idoneas
dubitandum nullo modo foret homini, de D
eiusque sapientia recte sentienti. Iucundum
est et vtile, indagare vestigia diuinae bonitat
sapientiae, quae singulis Dei actionibus operi
que, tam in naturae, quam gratiae regno, imp
sa conspiciuntur. Alienissimae sunt, vt hinc
diamur, sanctiores tabulae ab illa monstrosa
tentia, qnae de duplici principio boni et
li, vtroque necessario, veteribus imponeret,
malignis illis viribus contrariis diuinae guberna
tioni surreptis, necessarius et immutabilis malo
rum fons aperiretur. Nec quaeritur, cur crea
rit Deus, cur labi passus sit hostem? Amplient e
nim, dilatent, multiplicent augeantque oratio
illam malorum iliada, per hostem illatam,
mus profecto, haec vera mala, salua menti
intelligentium et liberarum natura, et summa p
fectionis lege, non potuisse absoluta quadam
impediri, ipsa vero haec mala sapientissime et
nignissime ad optimos quosque fines dirigi,
si ab hominibus, eorumque libera voluntate ad
uarentur, certo certius consecuturi essent. C
sentaneum videtur sapientiae diuinae, sedu
prius auxiliari, quam tolli seducentem, qui ta
quam spiritus natura liber, intelligens, imm
talis, nec exscindi, nec ad nihilum redigi pote
qui vero, vt vidimus, C. II. a primis peccati
ductionisque protoplastorum initiis, iudicium qu
dam grauissimum, a peccati natiua vi et ind

nquam diuellendum, incurrit, arbitrariis deni-
poenis augendum et exaſperandum. Iud.
. 2 Petr. II. 4. -- Adde et recogita porro illud,
nia Diaboli, malarumque mentium molimina,
t et quanta ſint, in maiorem ipſarum contume-
liam pudoremque, ampliorem que Chriſti et
lium gloriam deſinere. Permittit Deus ſapien-
me, vt omnia malitiae, machinationum, frau-
nque genera profundat exhauriatque, certior
modo futurus, non inique ſecum agi, ſed ſe-
dum exactiſſimas iuſtitiae leges, nec in ſimili
pa aliam eſſe Dei in ſe, quam in homines ſen-
tiam. Impletâ igitur peccatorum menſurâ, im-
bitur etiam iudicium. Nec opponas victoriam
iſti, plenam in ſe abſolutamque, in membris
o continuandam, perſequendam, perficiendam.
. Nec ſtatus probationis, eccleſiaeque mili-
tis natura, plenam hoſtis remotionem et abo-
onem admittere videntur. Vel hac in re, tot-
e illuſtribus triumphis, qui ab illo reportantur,
rincipatibus et poteſtatibus in caelis declaratur
r eccleſiam ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, Eph.
. 10. Antiqui theologi *lictoris* partes in eccleſia
ibuêre Diabolo, 1 Cor. V. 5. 1 Tim. I. 10. quod
idem extraordinarium videtur munus, ſoli a-
ſtolicae eccleſiae proprium, nec ceterarum aeta-
m commune. (*) Piis vero, (vti omnia in hoc

 mun-

(*) De hac traditione in poteſtatem Satanae inter-
pretes ſibi non conſtant, et in varia ſententiarum
diuortia abeunt, nonnullis e. g. BEVEREGIO,
ESTIO, FECHTIO, MARCKIO, S. R. D.
SEMLERO, in paraph. 1 Cor. Ep. de ſupremo ex-
communicationis eccleſiaſticae gradu eam intel-
ligentibus, qui phraſi Iudaeis familiari, prouti
exempla ex LIGHTFOOTO et WETSTENIO
alla-

mundo,) tantum abest, vt damno sit & noxae, potius ipsis ad bonum conferat, Rom. VIII. & si filius Dei incarnatus eius tentationi se su cere non dedignatus est, a Spiritu ductus in sertum, eamque feliciter superauit, et nostr quidem in salutem et exemplum superauit, C. §. 5. sponte sua sequitur, nolle nos Deum, tempore longanimitatis et patientiae suae, tationibus Satanae subtrahere, et vocationem stram nos eo ducere, nec tamen velle, vt i murmuremus adversus rationes regiminis diui sed potius ad sancta cum regno Satanae certa na, & parem victoriam sub auspiciis illius S uatoris contendamus, qui quidem venit ad des ctionem operum Satanae, sed eam sensim sensi que exsequitur, moralem eius vim in anim frangendo, deinde etiam exterius ad consumm tionem

allata probare videntur, expressus sit; aliis con tra SELDENO, LIGHTFOOTO, MOL NAEO, VITRINGA, SAM. BASNAG CAVEO, CLERICO, PFAFFIO, quibus dere licebit S. V. D. ERNESTI *Nste theol.* T. I. p. 507. de singulari Apostolorum potest eam explicantibus, qua efficere potuerint, vt fernalis genius malitiosis hominibus *morbos* gasque corporis inferret. Nam praeter Apost nemo illa vsus legitur. Nec sine grauissima tione Apostoli territarunt homines, immissis modo morbis et intentata morte, Act. V. 1- sed rarissime factum est, nec potuisset frequen fieri, quin calumniandi grauem ansam incre lis praebuissent. Poenae hae miraculosae, pri illis temporibus adprime conuenientes, pecca ribus quibusdam 1 Tim. I. 10. Act. V. ab Apo lis ob scandali noxaeque grauitatem inflictae, *ἐνεργήματα δυνάμεων* recte referuntur. 1 C XII. 10. Abusum huius potestatis in PP. R vid. in diss. J. J. GRIESBACHII: *Locos theo gicos ex Leone M. P. R. sistente* p. 74. not. 64.

m sui de Satana triumphi maiestaticam pro-
ido. Quid igitur sobrietatis studium, et vi-
tiam fidelium continuam magis acuat, quid
im ardorem magis accendat, quid spiritualis
turae cupidiores reddat, quid singularum virtu-
hristianarum, incontinentiae huius hostis op-
rum, indefessum studium exerceat magis, quid
oribus praemiis digniores reddat, quam fe-
iidem cum hoc hoste et fortiter decertata pu-
1 Pet. V. 8. Paullus in paradisum vsque ra-
, et qui ineffabilia verba audiret, dignus ha-
, certamen et adflictionem ab hoc hoste per-
ustinuit, 2 Cor. XII. 7. 8. (*) vt in fine curri-

 culi

(*) Quomodocunque hic σκόλοψ et colaphi expli-
centur, vel de dolore auriculae paullinae, cum
TERTVLLIANO, vel de cephalalgia vehemen-
tiori, cum HIERONYMO, qui etiam traditio-
ne aliqua nititur, vel de iliaca passione, cum
HVGONE de S. CARO, THOMA AQVINA-
TE, LYRANO, vel *renum infirmitate* et articulo-
rum debilitate, cum GREGORIO NAZIANZENO,
vel de stomachi aegritudine, morbo comitiali,
incubo, capitis vertigine; vel de aduersariorum
vexationibus, hostilitatibus, iniuriis, cum CHRY-
SOSTOMO, ERASMO, S. V. D. SEMLERO, vel de
insigni aliquo furore libidinis, foedis cogitatio-
nibus, cum HVGONE Card. CORN à LAPIDE,
vel de aculeatis arthritidis doloribus, vel de ne-
phritidis vehementibus συμπτώμασι, cf. diss.
M. CHRIST. HEINSII, de *palo Paulli*, Witteb. 1749.
non excludi debere diabolicam quandam vim et
ἐνέργειαν, angeli σατᾶν commemoratio, et alia
exempla eiusmodi adflictionum, ope diaboli san-
ctorum corporibus, v. c. Hiobi, inflictarum de-
clarant. Intelligi singularem aliquam infirmita-
tem, quae exterius in corpore Paulli conspicua
esset, ἀσθενείας nomen, v. 9. et loca quaedam si-
milia innuere videntur: Gal. IV. 13. 14. comme-
morat

culi et metae praeclarum illud ἐπινίκιον celeb posset. 2 Tim. IV. 7. 8. Haec recte considerata, que indignum Deo esse, neque iniustam hanc lorum spirituum tolerantiam, ostendunt, ne nim aliquid possunt, nisi homines velint, e ctoris sui ianuam aperiant ipsi, Ioh. VIII. 44 satis firma, immo insuperabilia homini pr sunt praesidia, quibus ab eorum malignitate ueri possit, Eph. VI. 10 - 17. Luc. XXII. 31. nec ipsi operationum suarum perniciosissima terminos et fines figere possunt, sed in operan permissione et regimine Dei dependent, Hi 12. II. 6. ipsiusque consilio inscii et inuiti su uiunt. -- Quemadmodum olim populis As Babyloniis, Syris, Aegyptiis, Romanis vs Deus, tamquam virga populi sui castiga quae cum officio functa esset, ipsa abiecta eremata et exitio data est, Ies. IX. 4. X. 5. i fatum, eundemque exitum nanciscetur S cuius continuis sollicitationibus, tentatio et ad relapsum instigationibus, Deus suos net in officio, ab omni securitate praemuni ad omnium bonorum operum exercitium stren reddit et indefessos. Accedit etiam illud, q sapientiae diuinae, et liberrimo arbitrio const tum fuerit, arrogantiam et superbiam Diaboli tumescentem paruulis illis deprimere, illiusq impotentiam virtute diuina τοῖς πτωχοῖς πνεύμ

morat infirmitatem carnis, qua euangelium nunciarit, πειρασμὸν τὸν ἐν σαρκί, cuius cau sa ipsum repudiare aut respuere potuissent Ga tae. C. VI. 17. ἐγὼ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. Acutissimo huiu infirmitatis, perpetuae Paulli comitis, sensu, qui ad reprimendam omnem elationem superbiamque aptius erat, quid adcommodatius?

uppeditata, infringere et pudore suffundere, e quidem victoria Deo, cuius virtus ἐν ἀσθε-τελεῖται, 2 Cor. XII. 9. gloriosa, et piis a-ino laetabilis est, hosti vero inflato et tume-iti pudenda et erubescenda. Luc. X. 17-19. Ps. .3. Apoc. XII. 7-12. Rom. XVI. 20. Et quae erit gaudii et communis laetitiae, gloriaeque felicitatis numquam intermoriturae accessio, a Deus potentissimo suo brachio systema hoc, vitiis deturpatum, tot sceleribus inquinatum, diabolicis artibus operibusque peruersum, in inem rediget, vbi, quae Dign. Griesin-ri verba sunt, l. c. p. 150. *quot indignis sedi-bus, praeliis, vastationibus regnum Dei et Christi surpatore Diabolo, mundi per peccatum potito, itur nunc, tot insignibus victoriis, tot gloriosis phis, de agmine hostium rebellium agendis, ex-r Christus Rex; quot conuiciis, scommatis, in-us Christus dehonestatur nunc, tot sanctissimorum olorum plausibus et adclamationibus, de vindicta ab sumta personituris, magnificabitur, tantum-ominiae ac tormenti reddetur ipsis, quantum e aduersus regnum Christi exercere ausi sunt. malum rependetur aequa prorsus lance.* " Non itur est, vt quis in tolerantia huius hostis of-ndatur. Tota inprimis Apocalypsis in eo est, prouidentiam diuinam in omnibus viis san-tam et iustam vindicet, et princeps hoc scanda-lum, ex magna et diuturna Satanae tirannide ac-eptum, caueatur. Quis enim dubitet, inter alios ius fines, etiam hoc maxime consilio, admirabi-es illius prophetias esse editas, vt venenatum hoc scandalum remoueretur, Deoque sua in omni-bus viis constaret sanctitas et gloria? Si quaera-tur, inquit b. Weism. in diss. *Apocalypseos excel-lens doctrina fidei et morum*, p. 16. s. cur hoc re-

gnum exſtare, et dominari Deus permiſerit, ſtatur Spiritus Dei, non id factum eſſe ex i cillitate, cum ſit αὐτοκράτωρ et omnipotens, tus et glorioſus victor Satanae et regni illius, de potentia et robore agitur: neque ex igno tia, omnes etiam hos euentus perſpicaciſſime uidit, priusqnam exſiſterent, et accurate p dixit: multo minus ex ignauia, ambulat eni medio eccleſiarum, vt inſpector vigilantiſſi C. II. 1. nec diuturnitas huius mali pariter d hit prouidentiae, praeterquam enim, quod moras illa non efficit in oculis Dei, cito ſanc cenſentur, quae alias humano calculo per decurrunt ſaecula. Quid multa? Deus odit malum, idque ea ratione, quae nomini ſa ctiſſimo glorioſa ſit et honorifica, abolebit uebitque. Ex omnibus triumphis imagina iori dedecore et ignominia pudefiet hoſti nitum eſt tempus, quo durare ipſi licet, bernaculis iuſtorum celebrabitur victoria et potentiſſimi ipſius brachii. Tum, vti d bus operibus Dei, recte dici et praedicari p *finis coronat opus*, cum, omni principatu, tiaque abolitis, regnum Chriſtus tradet Pa redintegratio omnium, quae in caelis te ſunt, ad vnum caput, et collectio ſequetur, E I. 10. qui quidem glorioſiſſimus exitus omne quotquot ſunt, praeteritos ſcenae actus luce insigniter colluſtrabit, et quae nobis erant, tenebricoſo noſtro ſtatu antegreſſo, offendicul tum erunt laudi, quae olim ſcandalo, tum gl riae, quae ſalutis noſtrae impedimento, tum be titudinis et felicitatis noſtrae aeternae acceſſio incredibili. Quid igitur cogitatu iucundius, qu praeſenſione illa ſuauius, quid Deo eiusque vi tutum ſummâ dignius, quid ſolatii plenius, il

spe

e, fore, vt tot imperfectiones, tot mala, sanctissime permissa, nec absolute impedita, in sequentibus periodis euadant bona, veraeque perfectiones, fore inquam, vt ex ingenti illa virium actionumque dissensione, oriatur harmonia omnium praestantissima, in laudem mundi rectoris, eiusque prouidentiae sapientiaeque, in ciuitatis bona, ciuium salutem desitura. Tum adparens illa pugna, quae inter diutinam hostis huius eiusque machinationum tolerationem intercedit cum perfectionibus diuinis, et quam multi, nostra maxime aetate, conciliari posse desperant, prorsus euanescet, et in gloriam summi Numinis terminabitur. Recogita, quaeso, iterum iterumque admirabilem indulgentiam et longanimitatem in peccatores, vel abiectissimos, sapientem illam mali moralis, qua vtitur, exstirpandi rationem, naturae daemonum excellentiam, oeconomiae nostrae praesentis modum, qui totus ad exercendam fidem, spem, patientiam compositus est, recogita actum illum iudicialem nouissimum, viarum diuinarum, coram vniuersitate rerum, ἀπολογίαν manifestissimam, nonne ingentis huius scandali aculeus sic satis hebescat, necesse sit? Sic triumphabit veritas, sic opera quaecunque in laudem gloriamque Seruatoris optimi, et Patris indulgentissimi collimatura videas, licebit denique!



CAPVT IV.

DE CONSILIIS SATANAE.

De consiliis Satanae generatim.

Quo intendat vires, studiaque stis, quibusque mediis con illa perficiat, hoc capite, quant nostrarum est virium, consider mus. Nec enim arcana hostium uestigare, christiano milite indignum! βάθη τῦ σατανᾶ, Apoc. II. 24. quis omnia enumer rit? quis emetiatur? Attingemus ea, quae exp sis perspicuisque sacrarum litterarum testimon omnium locorum temporumque communib firmata sunt munitaque. Habere diabolum νοήματα, conatus, consilia, quibus circu possint homines et capi, perniciosas ma nes cogitationesque vafras, et ad fallendu positas, Paullus Corinthiis declarat, 2 Ep. quibus tum immisericordiam in lapsum, laps moerorem et desperationem inspirare allabora Et quemadmodum veri discipuli est, habere m tem Domini cognitam perspectamque, eamque ctis dictisque exprimere, ita non ignoret νοήματ cogitationes consiliaque hostilia necesse est. Q igitur agit, quid meditatur, quo spectat om um ipsius operum finis? Satanam ex quodam ne consilioque agere, neque imprudenter et tem re, pro impetu naturae peccatricis, ad hoc illud ferri, intelligere est ex natura sagacissi hostis, et ex concatenatis eius moliminibus, qu astutiam et calliditatem incredibilem arguunt, ad commune aliquod centrum, vnde nata sunt haud difficili opera reducuntur. Atque hoc prin cipe eius actionum scopo, ad quem collineant omnes,

es, recte constituto, omnium illius, a multis o saeculis ad nostra vsque tempora continuo a- peractarum, machinationum, dilucidiori men- oculo circumspiciendarum, dabitur copia. -- tem se et aduersarium Dei in omnibus rebus re, non difficile est diuinare, sed hoc ipsum lium specialius definiri posse videtur. *Christo* mis, filio Dei vnigenito, capiti illi rerum invisibilium quam visibilium, principi illi m caelestium, refragatur, huius excellen- oscere, et reuereri dedignatur, huius di- quouis modo impedire, ciues vexare, illa auertere, tenebrarumque vires fulci- nire, et quibusuis aggeribus et castellis in- praestare annititur. Odium hostium speci- e fertur in primogenitum. Ps. CX. 1. XXII. 44. Regni itaque diabolici supre- *Salus reip. diabolicae, et christianae detri-* Hinc sincerum est et subtile b. WEIS- iudicium, in diss. *porismata sapientiae et ex laudibus Mahomedis*, p. 23. *quando dia- ismum inspirat hominibus, personam is agit, it esse falsissimam: credunt enim Daemones umque odio habent*, Iac. II. 19. *sed cum do- pirat deismum, tunc ipsissimus est diabolus, serio agens.* Oeconomiam igitur Christi, i, peruertendi, eludendi, fine suo maxi- gloriâ Dei et Seruatoris, ex restituta salu- minum redundaturâ, defraudandi infaustam prouinciam sumsit Satanas, id quod actiones notabiliores apertius declarabunt. Hinc tot niorum, bono semini ex oscitantia doctorum korum, clandestina sementis, et nata inde siae deprauatio, Matth. XIII. 24 - 30. coll. hinc malitiosa illa verbi auditi et intellecti eptio, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσι, Luc. VIII. 12.

12. hinc τυφλώσας dicitur τὰ νοήματα τῶν ἀ
ςων, ἐις τὸ μὴ - ἐικὼν τῦ Θεῦ, 2 Cor. IV. 4. h
veritatis salutaris, erroribus et inuentis suis p
uertendae studium, 2 Thess. II. 9. hinc opera
num diuinarum fere omnium peruersa imitatio
eo maior, distinctuque difficilior oriatur confu
hinc verae reuelationis, vaticiniorum, miraculor
in fraudem, efficta spuria et falsa id genus sim
cra; Matth. XXIV. 24. 2 Thes. II. 9. 10. h
duorum, regno Christi quam maxime aduer
rum, hostium, bestiae falsique prophetae,
citatio, quae Diabolo adscribitur, et primum
lud opus est grande et capitale, post deiection
è caelis in terram tentatum; Apoc. III. 2. c
v. 11. ss. hinc atrocissimarum persecutionum
christianos saeuientium, reip. florem et fulcr
optimos ciues è medio tollentium, insania, f
rorque, ipsi ciuitati exitiabilis et perniciosissimus
Apoc. II. 10. hinc regno lucis opposita ἐξεσία τ
σκότϐς, Col. I 13. Act. XXVI. 18. hinc tentatio
nes innumerabiles, quibus vigor *fidei* in Christu
plenae, generosae, sanctae, salutaris sollicitatu
hinc falsorum apostolorum, prophetarum doct
rumque ortus, 2 Cor, XI. 13 - 15. hinc fraudu
infinita multitudo, quibus contra vniuersam
uitatem Dei inter homines, et singula eius me
bra, statumque eorum cum internum tum e
ternum insurgit; hinc haeresium crassiorumq
errorum, veritatem obfuscantium, ortus et la
gissimus prouentus; hinc hominum κατὰ διάν
αν peruersorum, aliosque peruertentium suscitati
lucis tenebrarumque mixturae, ecclesiae in mu
tas sectas scissio, (vnitatem fraternamque coniu
ctionem reformidat, in distractionibus animoru
et sententiarum, tamquam statu turbulento, pisc
tur et aufert, decipit et defraudat,) hinc vnion
st

ium cum detrimento veri; hinc lucis obtene-io, verique abnegatio et peruersio, christia-pietatis vigor decrescens, et insectatio; ho-um, ab vno extremo ad alterum deflectenti-vertigo, ab ἀπιςίας apice ad fanaticismum us, ab incredulitate ad superstitionem, et ab ad illam relapsus. Infinitas vero fraudes, agemata, μεθοδείας, Eph. VI. 11. hostis πολυ-ποτάτου, quas mendacii auctor et patronus lon-vsu exercere numquam intermisit, quis refer-ustineat? Quis tot genuinas proles patris men-iorum in hominibus malis peruersisque, sin-lis saeculis nouo habitu, noua forma, nouis nis, reuiuiscere non videat, aut neget? Haec quis omnia solis hominibus eorumque peruer-ati, sine aliquo interuentu malignarum menti-, vel humili Iudaeorum opinandi consuetudi-, etiam ab Apostolis Θεοπνεύςοις, et quidem re-et sapienter retentae, tribuat, nae is interpre-magit parum liberalem, suamque iudicandi facul-atem apostolicae sapientiae iudicem constituere videtur.

§. II.

Continuatur.

Consiliorum Diaboli daemonum-que summam haec *generatim* comple-ctuntur, qua regni sui prouehendi et uendi studio ducti, oeconomiam Christi quouis modo euertendam, impediendamque spectare dicuntur. Iam innumerabiles sunt fraudes, artes et stratagemata, quibus hoc consilium princeps perficere, gloriaeque Christi detrahere student, vt variarum et abstrusarum illarum artium ocea-num exhaurire, nec hominis sit, nec inprimis mearum partium et virium. Ex multis tamen et infinitis pauca quaedam attigisse iuuabit. Quis

e-

nim potiores huius hostis et homicidae fraud
caueat, nisi cognitas. Ante vero, quam spec
tim aliquas fraudes enumeremus, *generatim* qu
dam praemittemus:

1) Quamuis tot sint fraudes et artes, quibus
clesiæ Christi imponit, vt earum numerus
iri nequeat, in summa rei, *sibi perpetuo consi*
quamuis varias formas et σχήματα, tem
rum hominumque genio, notabilioribus
mundo Φαινομένοις, scientiisque dominan
bus apta induat, eandem tamen ludit fab
lam, semper ad antiquos mores callidissim
redit. Tentationes eius ad genium, gust
palatum, delicias hominum potiores accomm
datae, tot insignes habitus, arguunt *versicolo*
rem *chamaeleonta*, in consiliis perniciosissimis
sibi semper et vbique similem, in mediis eorum-
que potiundorum adminiculis plane disparem.
Hinc versipellem personam agit, leonis rugien-
tis, 1 Petr. V. 8. angeli lucis, 2 Cor. XI. 14
serpentina modo calliditate incedit, vt veren-
dum sit, ne forte, vt serpens Euam astutia su
decepit, sic nostrae mentes ab illa integritate
quae esse debet in christianis, corruptae defle
ctant, 2 Cor. XI. 3. leonina modo saeuitia gra
satur, et in membra Christi furit. 1 Petr. V.
9. Apoc. II. 10. Ex quo intelligas, quam im
piger sit Diabolus, et in quasuis occasiones in
tentus, quibus venenatas suas merces extr
dat, nec vllum telorum genus, quamuis el
sum et retortum, vibrare desinat, aut omnin
abdicet et eiuret, cum ipsi nullae sint induciae
nulla pax, nullus inuidiae odiique modus
nec vulnera, quae facit, adeo coalescere so
leant, vt nil vestigii eorum supersit, nec red
ire

e in fugam actus pudori ducat, aut impu-
entiae quicquam exuat: Se quasi Deum caeli,
errae moderatorem, fatorum arbitrum, prae-
dem fortunarum, et noxia quadam et for-
nidolosa imagine vltorem iniquitatis, vindi-
em scelerum mentiatur. Quoties, quaeso, sub
micitiae et amoris velo, quasi caelestis quidam
nonitor, imagine homines fefellit subdola, il-
orumque aures sonis fallacibus oppleuit? Gen.
II. 1. ss. 2 Cor. XI. 3.? In omnes certe se trans-
ormat formas, atque vt decipiat, nulli colori
arcit. Quis, vt hoc vtar, spiritum illum hy-
ocriticum atque inuidum, qui in *Caino* fuit,
Ioh. III. 12. non agnoscat in *Iudaeis*, prophe-
arum, Christique ipsius interfectoribus, Matth.
XXIII. 34. 35. non in *haereticis*, in via Caini am-
bulantibus, Iud. v. 11. Mutatis igitur personis
ministris, mutatâ tantisper scenâ, eadem agi-
tat consilia Satanas, et incumbit sapientiae chri-
stianae studiosis, vt ea cognoscant, sibi aliisque
ab iis caueant, et praecepta scholae Christi, a-
lio quamuis tempore, aliisque hominibus, ab
initio dicta, suae aetati, suisque non minus,
quam aliorum vsibus prudenter adplicare di-
scant. Ea certe mens, quae in contemplandis
rebus gestis, quas H. E. commemorat, detenta
sit, lucidiori oculo, et faciliori negotio, rerum
caussas, profunde saepius latentes, perspiciat,
si, quemadmodum artes et μεταχηματισμοὶ an-
tiqui Veteratoris quasi per circulum in orbem
redeant, curate adtenderit. Sunt vero etiam
in hac caussa quot capita tot sensus! Quo acutius
aliquis omnem οἰκονομίαν diuinam perspiciet,
quo fidelius suas omnes opiniones tabulis sacris
subiiciet, quo magis αἰσθητηρίοις γεγυμνασμέ-
νοις pollebit, quo magis vel minus superstitio-
nis

nis, ἀπιςίας, ante captarum opinionum vis vel acuet vel distorquebit, eo subtilius, m tique reuelationis aptius, de omni hac ca statuet. Quam complicata vero res sit, su misque difficultatibus impedita, et domesti magis, quam alienae conuictioni conuenie facile omnes vident, nec monere attinet.

II) Ad pleniorem regni tenebrarum notitiam m tum facit continua eius cum *regno lucis com ratio.* Opposita enim, iuxta se posita, ma illucescunt. Quae de Deo bonisque angelis bonam, ea vi oppositionis, de malis in mal dici praedicarique debent. Ex peccatis De iram, angeli tristitiam, ecclesia scandalum boni taedium concipiunt, Diabolus laetitiam orcus iucunditatem: ex mutatione contra ani in melius, redituque hominis ad frugem, Deus laetitiam, ecclesia οἰκοδομὴν, piique volupta- tem, angeli summum gaudium capiunt, Luc XV. 7. 10. Diabolus iram, angelique eius tris tiam. Quis indignationi modus sit aut finis si quando eos, quibus auidissime inhiarant, foedissima vitiorum lue ereptos, ad omniu virtutum studium conniti vident? Quae mai sit, necesse est, carnificina, quam si eos, qu suis illecebris ad aeternam perniciem excaec tos et irretitos crediderant, caelitus liberato et, praelucente sacrarum litterarum lumin verae sanctimoniae studiis deditos, assiduis dei, precum, religionis castae puraeque exe citationibus detentos deprehenderint? Sanct hoc vindictae quoddam genus est, quod statu Deus in peccati auctorem suasoremque, vt e rum, qui decepti erant ad peccandum, ad m liorem mentem reuertentium, v. c. de super

bi

a ad animi demiſſionem, de profuſione ad rſimoniam, de fornicationibus ad pudicitiam ſtitatemque, de diris imprecationibus ad prem ardentius ſtudium, de amore rerum vanam et caducarum ad bona vera, certa, ſoli-, ſeque erraſſe agnoſcentium et deflentium, enitentiae lacrymis vratur quaſi, et incendar, immo flagelletur, crucieturque. -- Quemmodum boni angeli πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ νεύματα - σωτηρίαν, Hebr. I. 14. ita mali ſalus huius impediendae, interuertendae, obſcundaeque prouinciam infeliciſſime ſuſceperunt; li laudant adorantque Deum, Pſ. CXLVIII. 2. eſ. VI. 3. exſequuntur eius mandata, Dan. VII. o. cuſtodiunt pios, Pſ. XXXIV. 8. XCI. 11. ſs. dmirantur ſapientiam, in regimine eccleſiae onſpicuam, Eph. III. 10. hi contra, Deum camnniantur, Gen. III. 1. 4. 5. voluntatique eius eſiſtunt, Dan. X. 13. pios tentant, 1 Theſs. III. 5. hi ὀχυρώματα et ὑψώματα ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ augent, fouentque, 2 Cor. X. 4. - Vniuerſae oeconomiae diuinae aduerſa et contraria conſilia agitant cacodaemones: Deus vocat, Satanas irretit; Deus verbi ſui efficacia in gyrum rationis ſanae et obſequioſae, ſpiritualisque intelligentiae, reducit, hic, verbum Dei et opera ventis et aurae vt committantur, facit, a fide et caritate auellit, in ſuperſtitionem, prauam noſtri fiduciam, cordis indurationem, aut in extremam deſperationem, Deique abnegationem et exſecrationem, aliaque innumera et deteſtanda piacula praecipitat; Spiritus S. flectit et emollit, hic indurat; Deus illuminat, hic occaecat; Deus ſanctos reddit, hic ad quaeuis peccata ſollicitat; Deus ſanctificatos in vnionem admittit, hic obſidet; Deus pacem,

 tran-

tranquillitatem, fidem, ſpem, animis inſi
dit, hic naturalibus affectibus, irae, triſtiti
inuidiae ſe inſinuat, eosque exaſperat; D
veritatis et amoris, hic mendacii inimicitiaru
que auctor eſt et patronus. Ioh. VIII. 44. --
quoque eorum omnium bonorum eſt, quib
perfectio felicitasque hominum abſoluitur, t
ſenſibus quam intelligentia oriundorum, q
non in deterius flectere, atque vtilitate ſua
uare poſſit. Sic optima vitio hominum ſaep
fiunt peſſi ma. Quodnam, vt hoc vtar, ſtat
pretium vel ſummae, quae in hominem cad
perſpicaciae, ſi in vanae oſtentationis, lud
inflationis materiam, vitiorumque miniſterii
vertatur. -- Quamcunque tibi felicitatis via
aperias, vel ſenſuum gratorum, vel intellige
di iudicandique facultatis, vel vtriusque con
iunctionis, in ſingulis tam deprauatae mentis,
quam hoſtis fraudibus ad perniciosa quaedam
praecipitia deuenire poteris. Caue ne vel Epi
cureismo lites, vel Stoiciſmo, vel Fanaticiſmo
vtrique naturae humanae, in vniuerſum ſpect
tae, veraeque felicitati aduerſo. Solent eni
tenebrarum vires bonis in ſe rebus ſubinduc
re prauas, easque ſic commiſcere, vt non f
cile diſcerni poſſint, et auctoritate eorum, qu
licita, vera, bona ſunt, commendentur illi
ta, falſa, mala. -- Diuinae ſapientiae e
graui quadam, dura et triſti naturae diſcipli
incipere, et ad optima quaeuis ducere, poe
tentiae lacrymis viam ad gaudia numquam i
termoritura parare, cupiditatum mortificatio
vitae ſpiritualis incrementa procurare, via qu
dam anguſta et arcta porta, Matth. VII. 13. 1
aditum ad ſempiternam vitam aperire, Diabo
contra, dulcibus vitiis et ſuaui ſenſuum delini
tion

ione pessima quaeuis infundere, in quo simi-
iter facit, quamuis alia mente et peiori consi-
io, ac callidi quidam medici:

--- Pueris absinthia tetra medentes
Quum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum aetas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem. --

Lucr. I. 935. ss.

l) Quemadmodum multa sunt in daemonologia, quae in hac, quam in praesentia agimus, infantia, impedita sunt et explicatu difficilia, ita non inepte aliquis quaerat: quî fit, vt Satanas malaeque mentes pro ea, quae in ipsis est, sagacitate, et virium suarum, a nutu creatoris et conseruatoris, Dei, pendentium, poenarumque, quae peruersum earum vsum olim manent, atrocissimarum conscientia, Iac. II. 19. tantum absit, vt resipiscant, vt potius cumulatioribus indies delictis maiorem culpam contrahant? Extrema eiusmodi et summa malitia quî in angelum eius ordinis, eius notitiae cadit? Se, cum disciplinam Christi oppugnat, (§. 1.) Deo resistere, et in summâ rei, contra vim huius maximam, vincique nesciam, nil efficere, quis ignorare Satanam autumet, idque eo magis,

quo saepius deuictus consiliisque suis omnib
deiectus est? Quid admirabilius est, quam il
pudore ignominiâque, qua victus obruitur,
cui ad nocendum, vehementius instare, sua a
uersus Deum et sanctos praelia non modo co
tinuare, sed redintegrare vires, crudelius a
huc furere, aciemque eo fortius instruere, m
iorique vigore et alacritate vniuersam teneb
rum oeconomiam administrare, immo pau
tate temporis ipsa vehementius incendi? Ap
XII. 12. quid? quod captiuitate illa mille ann
rum in abysso, Apoc. XX. 1 - 3. non ad frug
redit, sed exacto illo tempore denuo ecclesia
oppugnat? v. 7. 8. -- Multa sunt, quae a
hanc dubitationem responderi possunt. No
quidem satisfacere illi putamus, quae Hvetiv
in *Origen.* p. 81. refert ex *Eusebio*, Patrum plu-
res sensisse, ne aeternis quidem cruciatibus sese
damnatum sciuisse Diabolum, antequam publi-
ce illud Christus ac palam praedicasset: atque
hinc in omne nequitiae genus prorupisse, pa
simque haereses disseminasse, narrante Isido
ro Pelvsiota, L. II. Ep. 90. *audito sententi
aduersus se latae decreto, acrius spirauit in no
et haereses peperit.* Peccatum in se, insita qu
dam vi, animum spiritualium et diuinaru
rerum gustu et amore spoliat, eumque duru
reddit et inhabilem obstinatumque, a Deo
mnium bonorum fonte longius subinde rem
uet, propriarum virium nimia fiducia imbu
it, φιλαυτίαν auget et confirmat, elationem ani
mi et superbiam gignit. Quemadmodum bon
angeli ad maiores subinde cognitionis, sapien
tiae, beatitatis gradus, ex operum diuinorum
creationis, redemtionis, regiminis ecclesiae
conseruationis singulorum ciuium consideratio-
ne,

ie, ob fidelitatem semel praestitam admittun-
ur, ita malorum tenebrae subinde fiunt crassio-
es, spissiores, inextricabiliores, vt longo re-
um vsu et consuetudine in malitia crescant,
n sua ἀποστασίᾳ perseuerent, vana inanique
onatuum suorum exspectatione detineantur.
Quid vel homines praeiudiciis, malitia, affe-
tibus in transuersum acti possint, quotidianis
onuincimur exemplis. Quoties eorum iudi-
ia de optimis rebus impediri aut peruerti vi-
eas per vim adfectuum, praeiudiciorum, cu-
iditatum, vt inuidiae, vindictae cupidinis?
nimum, quid euidentius, aucta imperfectione
morali, vitiis peccatisque continuatis plane de-
generare, sensuque veritatis virtutisque plane
emori destituique? Quoties homines ad malitiam
daemoniacam haud paullo propius accedentes
adeo indurati, peruicaces, et ad omnia vitio-
rum genera proiecti videntur, vt ad quaeuis
salutis media diuinitus oblata et praedicata ob-
brutescant, occalleant, boni, veri, rectique gu-
stu et sensu omni excidant, vt libertate, quae
in bonis rebus maxime exercetur, amissâ, ad
male agendum quasi venditi sint, et vi quadam
peccati et imperio coacti? Quid denique iustius
illo *iudicio* diuino, (C. II. §§ IX. X.) quo deser-
torem malitiosum deserit Deus?

V) At *refragari*, dices, continua haec bella Sa-
tanae malarumque mentium virtutibus diuinis
summis, *bonitati*, *sapientiae*, *amori paterno*,
quo in salutem ciuitatis suae filiorumque fer-
tur. Pater fidus, felicitatique suorum inuigi-
lans, seductorem, innocentiae pestem, ab in-
fantibus remouet, non tolerat; arcet, nec ad-
mittit; quam indignum id Deo, ferre hunc o-

perum ſuorum continuum deſtructorem, v
quae gratia aedificet, inuidia Satanae demoli
tur, quae pro ſua ſolicitudine plantet, hic
uellat radicitus! *A. D. Bibl. Anhang zu dem*
36 Band, *p. 113 - 117.* -- *Conuenientiae* prin
pium, quod dicitur, quo è conſideratione pe
fectionum diuinarum, imperfecte a nobis c
gnitarum, argumentamur, quid Deum dece
quid non, ſi vlla in re, quam lubricum, qu
minus firmum ſit, certe in hac noſtra cau
adparebit. Recogita, ſi placet, quae C. I
§ XVI. attulimus, et adde ſequentia. Vno q
dem nutu ſententiaeque decreto, Diabolu
cum omni ſatellitum turba aeternum abyſſo i
cludendum curare, Deo integrum erat, ſe
valde vereor, vt eius vias virtutesque decu
ſet. Hanc quidem agendi rationem cum nul-
la mentium intelligentium et liberarum, quam-
uis peccantium, parte tenet; quam miſere il-
lâ nobiscum actum eſſet! nec hac via malum
morale radicitus exſtirparetur vnquam.-- Tri-
umphis de Satana reportandis auget felicitatem
gloriamque filiorum Deus, non imminuit. Ve
paruulis hisce, quorum in infirmitate diuin
virtus perficitur, 2 Cor. XII. 9. hoſtem inflatu
in ruborem agit et confundit Deus, immunes a
eius tentationibus praeſtando, hasque ipſas i
gloriae acceſſionem incredibilem vertendo. Ne
vlla operum diuinorum et conſiliorum pars ad
duci poterit, quae penitus ab hoſte deuaſtata
interuerſa, euentuque ſuo et fructu fruſtra
ſit, quin eandem et glorioſius et *nomini ſu*
honorificentius reparauerit. Et quis es homo
quae *rationis* tuae vis et perſpicacia, qua *ſum*
mam Dei *libertatem* anguſtis tuis ratiunculis
humanis et infirmis, concludas, eiusque vias
ampliſſi-

mplissimas, et vniuersitatem rerum, quaqua
atet, complectentes, ad infirmitatem tuam et
fantiam adstringas? aut tot euidentia Scriptu-
e loca, morositate quadam ingenii, aut alia,
escio, qua de caussa, tuae intelligentiae tuis-
ue argutiis deuoueas et immoles? Quam pre-
osum vero sacrificium! Non adeo obtusa ge-
amus pectora, vt quid Deum deceat et dede-
eat, non videamus. Sed quae Deus ex mani-
estissimis Scripturae dictis facit, fert, tolerat,
irtutibus eius omnibus, etiamsi non plene
eruideremus, consentanea esse, firmiter tene-
nus. Remp. daemoniacam ab initio exstitisse,
dhucque exstare, et nouissimo demum iudicio
eternis poenis addictum iri, Matth. XXV. 41.
ud. v. 6. 2 Petr. II. 4. si quis eripere mihi pos-
it, nihil neque in diuinis neque humanis libris
am euidens esse concedam, quod non eripi
ac peruerti possit. Scepticismum iam domina-
ri, certissimasque interpretandi leges aboleri
finam. Quam innumerabilia vero sunt, ad quae
ratio tua in operibus factisque diuinis tam in
naturae, quam gratiae regno obstupescat, suae-
que infirmitatis admoneatur, cum omnis oe-
conomia diuina eo spectare videatur, vt ingen-
tem illam Dei hominumque cogitationum et
rationum diuersitatem exponat, Ies. LV. 8. 9.
Rom. XI. 33. ss. Fidei certe est, doctrinam
Christi Apostolorumque, omnibus veritatis cer-
tae et indubitatae signis notisque testatam, ser-
uare, reuelata, credendo, promissa, speran-
do, facienda, obediendo. Quis, vt hoc vtar,
salutem vniuersi generis humani per *crucem*,
abiectam illam et humilem, procurari existi-
mauisset, quis tam admirabile facinus conue-
nientiae principio aptum putauisset et adcom-

modatum? 1 Cor. I. 18-25. Quaestiones Hi
propositas vtinam saepius recogitaremus!
XXXVIII-XLI.

§. III.

1) in *peccato*. Primum illud et capitale op
quo vis omnis, robur et potestas
tanae absoluitur, et *iuris* quod
genus, (si tamen vllum,) *peccato* continetur.
ius ope; tamquam suo opere et inuento, m
dum recens conditum intrauit, eodem domin
quoddam sustentauit, et cessante peccato cess
omnis cacodaemonum potestas: exulante hac
re exulabunt et euanescent, quotquot sunt, m
larum mentium vires. Cum in locum hunc m
ximi momenti inciderimus, in eo declarando t
versabimur, vt generatim quaedam de peccat
moneamus, tum, quaenam sint et quales in eo in
generando Diaboli daemonumque partes, probe
mus, deinde fraudes, quibus in ea re vtitur, a
tendamus, aliquas denique cautelas necessari
subiiciamus.

a) Ad omnem rerum diuinarum, oeconomi
regiminisque diuini, sapienter et sancte adm
nistrandi, intelligentiam plurimum nos ad
uari *peccati notitia* vera et subtili, res ipsa
cet, et testimonia multorum insignium viron
confirmant. In vnius huius rei perspicien
si aberrauerimus, in multis aliis alucinem
oportebit. Vnus hic error multorum erit f
cundissimus parens. Id vtinam *μεμνημένοι*
stri maxime discant! Quemadmodum in v
hac re pestifera et abominabili euertenda, a
misque hominum ab illa vitiositate liberan
p

urgandisque, tota versatur Diuinitas, summisque viribus modisque omnibus, qui Deum decent, virtutesque eius illustrant, id allaborat, in quo saluberrimo opere eo plures graae operationes requiruntur, quo plura lli obstant et contra militantia impedimenta; ta in peccato hominibus inspirando, animisque hac pestilentissima lue inficiendis, nil facit reiqui Satanas, huc omnium consiliorum eius is finisque spectat, in quo assequendo eo felicius laborat, quo amicabilius ipsi cum carne constat. Cnm vero nihil sit, quod *Cicerone* auctore, Fin IV. 24. *tam miseros faciat, quam impietas et scelus*, multum sane interest, peccati naturam et atrocitatem nosse, agentis serpentem in blanditiis, leonem in noxis, intellectui tenebras, voluntati compedes iniicientis: cuius noxia vis, vniuersae naturae humanae deuastatrix, maxime cognoscitur ex iis, quae id continuo sequuntur. Qui pudor, quae male factorum conscientia,et excrucians cura, quod uis peccatum grauius sequitur, veneno, dulcis cuiusdam mellis specie ingresso, mortiferam suam vim et efficaciam demonstrante? Gen. III. 7. 8. Ecquid enim humanas mentes, quae simulacra esse debebant et adyta diuinitatis, magis deformat, quam peccatum, teterrima illa pestis, et nocentissima tabes cum animi, tum corporis, qua Deum facis inimicum, et Diabolum constituis Dominum? Illud enim Diaboli auctoramentum est, et seruitutis non turpissimae modo, verum etiam miserrimae genus. Maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi, amatoriis leuitatibus dediti, petulantes, audaces, proterui, intemperantes, ignaui, nunquam in sententia perma-

nentes, dic, quo angore, quo metu, quibu animi perturbationibus conficiantur? In eoru vita, inquit *Cic. Fin.* I. 18. *nulla est interc pedo molestiae.* Stultorum igitur nemo non m ser, et sapientum nemo non beatus; vera nim sapientia tam late patet, quam mater vit rum, stultitia. Hanc excipiunt noxae, nec saria quadam et naturali copulatione eam c mitantes, Ebr. II. 2. Gal. VI. 7. 8. vel pro a bitrio a Deo, vindice mali iustissimo, sancita Ps. VII. 12 ff. Certe si quid grauitatem peccati noxam eius, et pestiferam vim demonstrat, i fieri putem iis malis, quae peccatum primo rum parentum exceperunt, et tristi illa *cond* tione, quae inquinato cupiditatibus animo corpore cum aliis incommodis, tum *morbi* et morti obnoxio cernitur, quod cur alia *pec*cata aeque grauia et voluntati diuinae *aduers* pari modo efficere, aut conditionem hanc tristem exulcerare, et medicamentorum *vim* atque virtutem frangere, debilitare, aut plane irritam reddere non possint, vix adparet. *Hoc* vnum illud est, quod commercium Deum inter atque homines dirimit, Jes. LIX. 2. *lucem* virtutemque veri exstinguit, πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, Ioh. III. 20. quod gratiae diuinae sensum intercipit, legem violat, societatem turbat, putida et inutilia *membra* format, voluntatem propriam erigit, timorem amoremque Dei iugulat, (qui, *tamquam* omnis religionis summa, coniungantur necesse est, vna virtute alteram sic temperante et *moderante*, ne timor in seruitutem, amor in licentiam aut familiaritatem, diuinae maiestati *aduersam*, degeneret:) hoc fastum et arrogantiam, quâ nil turpius, et magno animo *verae*que

ie virtutis studioso indignius, excogitari pot-, Iac. IV. 6. ingenerat et confirmat; hoc, m virtutis vis maxima sit et propria in per-rendis doloribus et contemnenda voluptate, languidos reddit ad sufferendas molestias, et nditiis praesentium voluptatum corruptos. uid multa? Peccatum, monstrum horrendum, gens, cui lumen ademtum, vna est, et foe-ndissima malorum mater, tam mundum ma-rialem, quam spiritualem prementium: quid im possit, quo impetus eius hominem aufe-nt, et ad quae enormia flagitiorum genera rotrudant, videre est in iis, qui freni cupi-itatum expertes, legum quarumuis et disci-linae repagula impune violant; quae enim vi-ia, quae peruersissima animi conditio, quae rauae consuetudines, quae coniunctiones et ecessitates cum aliis, ad quos illa exempla ma-nant, quae arctissima vincula prauitatis inde proueniant, Ies. V. 18. in aprico est. Vel *legum* multitudo, quibus vita humana circumuallari debet, peccati amplissimum imperium demon-strat.

) Vnde iam haec vitiorum, malorumque ilias duci debet, quam nec ratio nec experientia ne-gat, et cui sanandae nulla ingenii humani vis, nulla philosophia par est; haec enim quando interitum attulit prauitatis, nec mediocritate vi-tiorum, si eam efficiat, contenta esse debet? congenita quadam labe et naturali animorum uiositate eam duci debere, sanctiores litterae unde testantur, Matth. XV. 19. Ioh. III. 6. LI. 7. Gen. VI. 5. VIII. 21. diuersa vero, et gentibus interuallis seiuncta, in diuersis homi-nibus, pro variis externis, et in animi condi

tio

tionem influentibus rebus. *Peccatum* enim *ginis* in se *aequale*, ita pronunciauit b. W MANNVS, per proximos parentes auctum, *quali* gradu propagatur. Subtili quadam i re disputatione opus est, ne hanc natur corruptionem vel minuamus, vel iusto plius exaggeremus. Scintillulas quasdam nas, et superstites imaginis diuinae reliqu ex insigni illa corruptione subinde emican concedimus homini; vnde enim impetus ad bene faciendum, ad perfectionem sub maiorem enitendi, vnde adpetitiones illae nesti, iustitiae, aequitatis, virtutisque, et de proficiscentis felicitatis, vnde auersatio malitiae omnis generis, vnde societatis ine dae et colendae naturale quoddam desideriu Rom. II. 15. et quaenam sunt *conscientiae*, *f susque moralis* origines? (*) Quae laudabil simpli

(*) Tetigimus hoc loco temperamentum quodd inter eos, qui vel in naturali prauitate, vel gnata quadam virtute, rectâ viâ declinare dentur, alterutram vel nimium exaggerante vel deprimentes. Certe, si quid reliquias qu dam imaginis diuinae, in homine superstites, monstrat, id facit *sensus communis*, et, cuius e mia quaedam pars est, *sensus moralis*, humanit praerogatiua quaedam illustris. Intelligimus voce eam facultatem naturalem, qua fine rat e niorum adparatu, sine analysi et synthesi tionum, id, quod laudabile, quod pulcru quod decorum, quod nobile, et excelso ani dignum, quod beneficum sit, sensu magis, qu enucleata quadam intelligentia capimus. *Cice ni est, antecepta animo rei quaedam informatio* πρόλη *anticipatio*, *et praenotio*, *Nat.* D. I. 16. 17. Nost aetate exstitere quidam, qui in penitiorem hui rei inuestigationem descenderent, et, quae ta int

nplicitas in paruulis enitet, vel adultioribus imi-
ada? Matth. XVIII. 3. cur filiis è parentibus piis
et

intra, sui, quam aliorum, pectoris penetralia laterent, complicatas animi notiones curatius euoluerent. Primas heic tenent SCHAFTESBVRY, DAV. HVME, HVTCHESON, MAVPERTVIS, OETINGERVS, CRVSIVS, quos singulos diuerso consilio, impari euentu, in vsu et abusu huius sensus, eiusque expolitione, versatos esse constat. Ad sacra haec notio translata, *cordis* et *conscientiae* abyssum apertius recludere visa est. Haec nimirum ea esse, in quibus è morte et tenebris restituendis, et vita et luce donandis, omnis oeconomia gratiae versetur, cum quibus plurimum commercii, tamquam propria sua officina, colat Spir. S. Ex hac, in se quidem purissima, sed variis obtenebrationibus, immo et illustrationibus obnoxia, animi lucerna, ex hac Φανερώσει interna Dei, tam Gentilium, Rom. I. 19. quam Iudaeorum et Christianorum communi, proficisci instinctus illos morales, humanitati aeque congenitos, ac naturales, animales, vel rationales, amoris, odii, humanitatis, aequitatis, beneuolentiae, sympathiae, antipathiae; hanc vim et facultatem a natura mentis intelligentis seiungi non posse: ferocissimos, et rationis imperium aspernatos, eiusque frenum pertinacius mordentes homines vim eius pati, mirificis quibusdam effectibus foecundam, vt in conscientia θεῖον sole clarius emicet, adeo, vt pacata admirabiles et iucundissimos tranquillitatis internae sensus, sed turbata et perterrefacta, futurae condemnationis horrendam quandam imaginem et praesensionem efficiat, Rom. II. 15. In quo magnum nos venerari debere beneficium Dei praecipiunt, omnibus tributum, quod, cum pauci sapientes *rationis* praecepta percipiant, et conseruent, ad eaque vitam actionesque componant, *conscientiae* sensum indiderit, qui, nisi plane occalluerit, in singulis fere rebus, quid rectum sit, quid iustum, quid honestum,

et christianis ortis, singularem quandam pr
rogatiuam tribuit Apostolus? 1 Cor. VII. 1

stum, quid decorum, quid tutum, vnumqu
uis facile edocere possit. Recte haec dici et
curate putem, si ipse hic sensus moralis, m
nimium adamatus, nec *rationis*, nec *Spir. S.*
formationi et ductui subtrahatur, quod a qui
dam, vt SCHMAVSSIO, qui omnia I. N.
ab instinctibus ducere non erubuit, factum
constat. Mutua enim est vtriusque inter se
et efficientia, ratio sensu moralitatis, conueni
tiae, amoris animatur, et sensus vicissim rati
illustratur et dirigitur. Similiter id fit in oper
diuinorum, quae naturae illustrissima spectac
praebent, et consideratione et vsu, in his en
et sensibus et ratione opus est, si in iis conte
plandis, et ad vsum conuertendis, recte versa
velis. Quamuis vero etiam vbique in tota rerum
creatarum vniuersitate, in maximis et minimis,
cominus et eminus, radiis gloriae suae rect. li-
nea in animos effusis, et, δι' ἐσόπτρου ἐν αἰ-
νίγματι, lumine reflexo, se Deus cum infinit
perfectionum suarum, lucis et amoris adparat
sentiendum, conspiciendum, adorandum praebu
rit, ad innumerabilia tamen haec diuinae pote
tiae, bonitatis, et sapientiae documenta, mu
tos obbrutuisse, et quasi sensibus et mente capt
esse, in promtu est. -- In tanta igitur sensuu
et instinctuum copia, ex carnis corruptae faec
bus, ex temperatura corporis, ex Φαντασ
oriundorum, quis, nisi rationis ope, eruet
distinguet sensum illum moralem, eiusque perc
piendi, adprehendendi, iudicandi, ratiocinand
desiderandi, anhelandi modum definiet. Peccat
vero, quemadmodum ceteris facultatibus, e
iam huic sensui multum vitii intulit, et alii
illi aduersis, sensibus repleuit. Quare in rep
gando hoc sensu plurimum occupatus est Spir.
hic ad intimos et abditos eius recessus viam si
aperire studet, hunc maxime mouet, percellit
mu

At parua eiusmodi, et latentia virtutis semi-a, naturali illa peccati vi quam facile exstin-uuntur, obruuntur, obnubilantur, maxime sollicita quaedam cura, et educatio, qua exci-intur, et accendantur, (ἀναζωπυρῶνται,) on accesserit! Liquidius multo, et apertius aec omnia constabunt, si in rem praesentem enerimus, et quid intra nostra penetralia, inte-ioresque animi recessus, agatur, penitius per-

nolle-

mulcet, sensuum caelestium simplicitate, maie-state, amplitudine et pondere; diuini enim hu-jus magistri, in verbo efficacissimi, virtus non tam intelligi, quam sentiri cupit. Quamobrem in gratiae operationibus infinite plura sentiuntur, quam ad iudicii, vel ratiocinii nostri calculos reduci possunt. *Nouus* enim *homo*, in quo crean-do, augendo, perficiendo totus est, Petr. III: 4. Eph. IV. 24. Col. III. 10. systema refert, ex pluribus organis sensoriis, viribus, propensioni-bus, membris et partibus integrantibus confla-tum. In hoc pascendo, vtitur Spir. S. methodo ...ali, exhibitiua, qua dulcedinem verbi gustan-dam propinat, Hebr. VI. 5. adeo, vt obscurius cognita veritas interdum vehementius et effica-cius afficiat animum, quam subtilius et accura-tius intellecta, affectus effectusque generet, ver-bo diuino conformes, omni iudicio et ratiocinio superiores. Contra multum lucratus est hostis, fontem hunc conscientiae si suis tenebrarum vi-ribus obstruxit, suis sensibus oppleuit, et quasi indurauit, et ad omnem recte faciendi, sentien-dique facultatem, ineptum reddidit. Turpissim enim corrumpi et deprauari posse sensum istum moralem, horrenda et nefanda demonstrant in-tegrarum gentium exempla. Ad haec plenius in-telligenda conferri velim b. Canc. REVSSII *Elem. theol. mor. C. VI. de dictamine rationis et conscien-tiae*, p. 231-292. b. D. FABRI diss. *de sensu mo-rali, Spir. S. officina*, Tub. 1758.

nouerimus. Hac congenita labe, tamqu inani quodam commento, et vana persuasio negata, quid quaeso! lucrati sumus? num v tuti et felicitati propiores facti sumus? num illa tia, quae vitam humanam et societates vastant medio ablata videntur? aut, negato morbo, con luimus? nonne, minus cognitus, grauius inual cet, et insanabilior erit, Num luminibus exstinctis, acutius videbimus et perspicaciu Dic, quaeso! quae sint caussae insignis illiu et admiratione dignae rei, qua in illis scienti rum augmentis, in illa doctrinae vbertate quae nostris temporibus efflorescit, morum vitae spiritualis, pietatis germanae vigore languescere, et fructus illius maioris lucis ab ortae iure desiderari posse videas? Illa etiam in studiis mollities, et delicatior legendi meditan-dique modus, quid ad animum emendandum, vitiisque liberandum, adhuc contulit? Adeo re-cte se habent illa Minvcii Felicis, L. XXXVIII. 7. „*Nos non habitu sapientiam, sed mente prae-ferre, non eloqui magna, sed viuere debere*." Nulla igitur vera virtus sibi constat sine Spiri tus S. gratia et sanctificatione. Si qui igitu sint, qui corruptionem animi, rem facti et ex perientiae, ex alio quodam fonte, quam co genitae labis, explicari posse putent, et fallu et falluntur, qui vero eandem, sine omni po testatis superioris et malignae interuentu, tam mirifice, tam atrociter augeri potuisse autu ment, aeque mihi falli videntur, cum vel ra tio, vel ipsa humanitas, et internus quidam sensus boni rectique, refragentur enormibu eiusmodi flagitiis, cum contumaces tales pecca tores, ne suae quidem naturae, eiusque salu

fidi

i, in propriam suam perniciem studiose qua-
et consulto debacchentur et grassentur, id
od in ceteris animantibus non facile vsu ve-
e intelligitur. Et haec ea res est, quam
riptura liquidis et manifestis testimoniis et ex-
nplis firmat atque munit. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρ-
ὰν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐςὶν, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διά-
λος ἁμαρτάνει. 1 Ioh. III. 8. Sensum huius
ntentiae non exhauriri, si peccator ad simili-
dinem Diaboli accedere dicatur, vsus parti-
ılae ἐκ in aliis locis declarat, Rom. XI. 36.
oh. VIII. 44. 1 Cor. VIII. 6. similesque locutio-
es planum faciunt, quibus *pater* impiorum
icitur, Ioh. l. c. et efficaciter operari et vigere
n insidentium mentibus, Eph. II. 2. 2 Cor. IV.
4. Distinctius vsus dictionis, ἐκ τοῦ διαβόλου εἶ-
ναι, elucescit ex opposita illa, v. 9. natura diui-
na et indole, quae cum regenitis communica-
tur, qua conseruata, ab omni peccato volunta-
rio et proaeretico, immunes manent, et quae
ingens illud discrimen *filiorum Dei*, et *filiorum*
Diaboli infert. v. 10. Operatio igitur aliqua et
efficientia intelligitur, qua impii agitantur et
impelluntur diabolica quadam vi, a qua vero
sibi, admissis gratiae auxiliis, facillime cauis-
sent, vt culpae peccatorum nil detrahatur. Haec
mens Apostoli plana est et euidens, nec herme-
neutice tantum, sed et dogmatice vera, quae
sua luce et perspicuitate radians, nulla alia ar-
gumentatione, aut praeiudicata opinione ele-
uari potest: maxime, cum prostent exempla ho-
minum, tam imaginem patris nequitiarum ex-
acte referentium, quam eius suggestionibus ad
grauia peccata incitatorum, *Pharisaeorum*, in-
ueterato Domini, verique, odio flagrantium,
Ioh. VIII. 40-44. *Iudae*, Ioh. XIII. 2. *Ananiae* et

 Sapphi-

Sapphirae, Act. V. 3. *Dauidis*, 1 Paral. XX
In his auctor exstitit inimicitiae acerbissim
tamquam ἀνθρωποκτόνος, infidelitatis sum
et perfidiae, defraudationis, spiritusque,
in Apostolis vigeret, tentationis, diffiden
in aliis impuritatis, 1 Cor. VII. 7. despe
nis, 2 Cor. II. 10. incontinentiae, 1 Petr.
aliorumque vitiorum et vniuersae malorum
hortis, cuius ne vlli parti, vel leui visae
minimae litandum, ne a minimis ad ma
dilabaris, hostique tui inuadendi, irreti
que, praebeas occasionem. Nec sequitur,
bus C. I. 12. γένεσιν peccati describens,
cupiditatis, tamquam fontis, meminit,
quae in aliis locis de Diabolo dicuntur, de
cupiditate interpretanda sunt. -- Radix pe
ti omnino in hominis praua voluntate cupidi
tibusque quaeri debet; (*) hac ipse vero ac
tum parant hosti, hominis tentandi, pellicien
capiendi. Illae si abessent, ne ansa qui
Satanae animi adoriendi exstaret. „ *L'hom*
inquit LEIBNITIVS, *Theod.* § 278. *s'est*
au Demon par sa convoitise; le plaisir, qu'il
ve au mal, est l'hameçon, auquel il se laisse
dre. Platon l'a déja dit, et Ciceron le re
Plato voluptatem dicebat escam malorum.„ Duae i
hae caussae, quae ad enormia vitia maxime co
runt, non dirimendae sunt, aut confunden

(*) Bene ERASMVS in *Enchir. mil. Christ.* p.
Lubricus ille anguis, primus pacis nostrae proditor
in virenti gramine concolor abditus, nunc in ca
illis suis delitescens, centenis contortus vo
desinit, mulieris nostrae semel corruptae calu
ri. Mulierem enim carnalem hominis partem
Haec est enim Eua nostra, per quam versu
potius ad mortiferas voluptates mentem nostram ill

uemadmodum in bonis rectisque actionibus, et opria hominis voluntas, et auxilians perficiensue gratia Spir. S. coniungi debent. Simul admissus stis, quo hominem trahat, agitetue, in promest, vt saepius homines, peccati dominio biectos, quasi furiis agitari putes. Vincti rte sunt et captiui, 2 Thess. II. 19. veraeque lirtatis expertes, viribus facultatibusque ad ale agendum quasi venditis, consuetudinis nperio subiectis his peccati mancipiis. Hinc VGVSTINVS, *Opp.* T. IV. p. 1081. *Satanam ixit inuentorem mortis, institutorem superbiae, dicem malitiae, scelerum caput, vitiorum prinpem, persuasorem turpium voluptatum*, et MAARIVS, non inepta comparatione, λόγον τὸν ονηρὸν adpellauit. Apol. A. C. p. m. 79. *est nara humana in seruitutem tradita, et captiua a Diaolo tenetur, qui eam impiis opinionibus et errorius dementat, et impellit ad omnis generis peccata.* Hanc seducendi, perdendique mentem Diaboli, Scriptura etiam iis adpellationibus inferre videtur, quibus virulentas eius nequitias describit; sic quaedam malitiae excellentia, et vehementia furoris, rabiesque ferocitatis, nomen *Leonis*, 1 Petr. V. 8. fecisse videtur, mortiferum virus, quod numquam non euomit, et prius, quam sentiatur, interimit, *Basilisci*, Apoc. XII. 4. 9. aliis etiam daemonas, ob teporem malitiae, *Onocentauri*, aut *Ericii* nomen, *Struthionisque*, sortitos esse visum est. Nec opus esse arbitramur, aut probabile, singulis vitiis singulos daemonas praefici, vt se mutuo iuuent, et vnus idemque proprias suas vires in homine perdendo experiatur. Scholasticorum illa, et *Thomae* maxime, inanis subtilitas est, qua septem nomina daemonum distincta, iuxta totidem vi-

tia capitalia, finxit. Improprie si illa dice
tur, ferri possent, quemadmodum vsu qu
loquendi inualuisse constat. Nos vero t
illud et vetustum *Irenaei* tenemus: ὐδὲν
γραφῆς. *Hermae* quoque et *Barnabae*, et
sequitur, *Origenis* sententiam, non satis p
dii in sacris litteris habere existimamus,
vnumquemque hominem comitari binos
los, alterum bonum, alterum malum di
nec cum Thom. Goodwino de *Vanit.*
malarum cogitationum, tamquam pri
peccatorum, patrem Diabolum adpellaue
et cor hominis matrem et vterum, vt, f
lem istam amplectamur, nostrae censeantu
gitationes, quamuis ab alio profectae sint.
catum per *varios gradus* perfici, natura an
et loca Scripturae demonstrant, Iac. I. 14
qui, quo longius procedunt, vim et *opera*
nem Diaboli ampliorem efficacioremque a
mittere videntur. Ioh. XIII. 2. Luc. XXII
Suggestionem sequi dicunt Theologi delecta
nem, delectationem consensum, consensu
ctum exteriorem, actum exteriorem secu
tem, securitatem continuationem, continu
nem consuetudinem, consuetudinem obd
tionem, obdurationem desperationem. Fi
ro etiam saepissime, vt homo in hoc vel illo
du subsistat, ad saniorem mentem redeat,
lapsus ignominiam noua virtutis alacritate
ciat, et in pugnam cum peccato, dome
suo hoste et familiariori, descendat cum ar
tior tum cautior, et lethalia vulnera, qu
concidisset, in tentatoris vertat pudorem a
ignominiam.

c)

n quis enumerauerit *fraudes*, quibus in pec-
i suggerendis, animisque ea re corrumpen-
vtitur hostis. Ipsi *peccato fraudes*, quibus
allide insinuat, tribuuntur, Hebr. III. 13.
s nemini, quam patri suo et auctori debet, cu-
imaginem vbique refert, vt personae, nobis
liantis, specie repraesentetur, Gen. IV. 7.
r. XII. 1. Sir. XXI. 2. Ea certe est *ἁμαρτίας*
ςάτυ facies, vt dolose nos circumueniat,
ebris suis et blanditiis nassam paret, vanis
ctationibus illudat, noxam periculaque ce-
s conscientiae dehortationes inualidas red-
in ipsum Deum cupiditatum suarum na-
im et vitiosarum culpam coniiciat, vitae
in se molestae, variisque difficultatibus la-
s, taedium, innocuis quibusdam, vt vi-
unt, et necessariis deliciis perfundat,
n ingenuam et liberalem morositatis,
is et inhumanae, nomine proscindat, in-
, et in peruidendis fugiendisque his ne-
ἀςηρίκτυς, fallat. Quemadmodum ser-
egit serpens antiquus in prima peccati
ctione, ita huic naturali suae proli ean-
generauit naturam serpentinam. Pro-
eius artificia sunt, vt curiositatem excitet,
a se immittendi cupiditatem, dubitationem
ero sensu praeceptorum diuinorum, eo-
emque ad palatum suum accommodationem
torsionem, carnis oculorumque illecebris
entientem, virium suarum intuitum *φίλαυ-*
, Deique conditoris immemorem, arrogan-
, aliaque vitia, variis coloribus et prae-
ibus illita, quos temporis, loci, obiecto-
n, quibus immixti sumus, ratio submini-
re solet. Videre id est euidentissime in *Ga-*
rum, *Corinthiorum*, *Colossensium et Hebraeo-*

rum coetibus. Et, vt hac ratione decipiam
facillime fit, si meris speculationibus rerun
uinarum, sine viua cognitione, et liberali o
quio, innixi fuerimus. Qua re fit, vt pre
studium langueat, amoris Dei et Seruatori
ptimi vis et ardor exstinguatur, veteris ho
nis mortificatio suspendatur, aut eleuetur, e
gor illius subinde crescat, cognitionis no
summa, et norma et finis, obtenebretur, et
missionum amplissimarum communio sibi
dicetur, sine iure, sine iusto ordine. Quae
dem peruersa in rebus sacris et diuinis ver
di ratio variis abusibus obnoxia est, et foe
da aemulatione et litibus, dissidiis, zelo
ἐπιγνώσεως, inflationibus, aliisque carna
mentem prodentibus signis, 1 Cor. III. 3
haec molitur, haec fouet, haec inspirat Satan
qui vitae spirituali, secundum diuersas aetat
et periodos, diuersis modis, insidiatur. Quan
horribilibus laruis nos peccati auctor et promo
tor circumueniat, ex innumeris fraudibus i
anima et in corpore patet, et ex hac potissimu
qua omni modo viam praestruit, ne veram pe
cati indolem agnoscamus, detestabilem eius vi
et mortiferam sentiamus, et ab eius imperio n
bis sollicite caueamus. Immo ad infinitas e
hac in re *μεθοδείας* et illud pertinet, quod v
riis modis hominibus persuadeat, vt pecca
extenuent, et ornent, immo aperte testen
non posse irasci Deum, liberum esse his a
ctibus, locutiones id genus esse mere anth
popathicas, et grauissimas rationes, quibu
peccatis deterreamur, quod Deum offenda
gloriam Dei minuant et tollant, vincula co
munionis cum Deo soluant, iram eius ince
rant, sanctumque Spiritum exacerbent, me
te

rrorisque iniiciendi caussa additas esse. Quae
minum ratiocinationes de peccato, si cum
ripturae testimoniis comparemus, in hac quo-
e re detegentis τὰ βάθη τοῦ σατανᾶ, semper
ua veneratio gratiae Dei, in tanto beneficio
uelationis, semper noua theologia compara-
ia surgat, et stabiliatur in animo nostro, ne-
sse est. Mirum est nec dici potest, quantum
se ipsi animaduertant, haec testimonia leuis-
ne contemnentes et negligentes, vt de pec-
to tenuiter sentiant, quouis modo illud pal-
nt et excusent, vel ipsa gratiae vbertate in li-
ntiam carnis abutantur, cum παράβασις πᾶ-
α καὶ παρακοὴ ἔνδικον μισθαποδοσίαν nancisci
leat, Hebr. II. 2. et familiare sit hosti anima-
um stratagema, retium iaciendorum curam et
ationem ita prudentissime habere, vt incautos
llant, vt a paruis et contemtis peccati initiis
ncipiat homo, et ad atrocissima quaeuis delicta
rocedat, vbi per naturale peccatorum consor-
tium semper maius fit incendium. Quemadmo-
dum enim virtutum amicissima quaedam socie-
tas et coniunctio conspicitur, vt vna alteram
pariat, sustentet, corroboret, fundet, et semi-
na omnium in vnaquaque contineantur, 2 Petr.
I. 5. ss. ita par vinculum inter vitia et peccata
obtinet, vt *Auctor ad Herennium* iam pridem a-
gnouit. IV. 16. ed. Ern. p. 186. s. " *Maiores no-
stri, si quam vnius peccati mulierem damnabant,
simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam pu-
tabant: quo pacto? quoniam, quam impudicam iu-
dicarunt, eam veneficii quoque damnatam existima-
bant. Quid ita? quia necesse est eam, quae suum
corpus addixerit turpissimae cupiditati, timere per-
multos; quos istos? virum, parentes, caeteros,
ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere.*

Quid postea? quos tantopere timet, eos necesse
vt, quoque modo possit, veneficio petat. C
quia nulla potest honesta ratio retinere eam, q
magnitudo peccati facit timidam, intemperantia
dacem, natura muliebris inconsideratam. „ --
testabilius numquam et formidolosius adp
peccatum, quam sancta aliqua specie indutu
et more sui patris in angelum lucis trans
matum: quale apud singulos iam homines,
tegras sectas et cœtus, exstitit. Sic in V.
fuere meretrices, sacrae, aut deuotae, ם
dictae, 2 Reg. XXIII. 7. Hos. IV. 14. D
XXIII. 17. quae promiscua in sacris et diu
locis consuetudine, sanctitatis et piae *com*
nionis speciem prae se ferentes, turpissimae
bidini se addixisse perhibentur, sicut *in pri*
ecclesia Nicolaitae, Apoc. II. 6. 15. Gnostic
aliique teterrimi haeretici, fecisse feruntur. Ec
quis vero in tam abominabili spurcitie τὰ βάθ
τῦ σατανᾶ non agnoscat? -- Aliud τῶν πνευματικ
τῆς πονηρίας Satanicae specimen illud est, cum in
ipsos etiam christianos odium in Deo, et *impuni*
tem peccandi ex parte hominum, inter se co
ciliare conatur, quorsum referri potest dist
ctio illa inter *hominem externum et internu*
quasi in illo Deus abominationes extremas f
re posset, dummodo hic maneat purus et inn
cens. Sunt enim homines, qui, phreneti
quadam intemperie, vertiginosi blaterant
quietum, et in Deo hilarem mentem, *et int*
riorem hominem esse posse, dum caro, du
homo exterior in suo se luto deliciose volut
et in libidinibus suis effrenate debacchetu
Huc crassissimo sensu redeunt principia Gn
sticorum, Saec. II. de quibus horrenda refer
videas in monumentis H. E. Idem crimen im
pu

utari solet QVIETISTIS, nominatim MIHAËLI MOLINOSIO, cf. WEISMANNI H. . T. II. p. 537. 410. ss. qui sensum distinctionis uius verum, et scripturarium, ab illo sataico et infernali sollicitissime distinxit, diss. II. naug. p. 83. s. -- Innocuis etiam in se et ndifferentibus rebus ad peccatum, mentemque, Christo illiusque indoli et exemplo conrariam, ingenerandam abutitur insignis et ericulosissimus artifex; id quod CHRYSOSTOMVS admirabili facundia docet, et tendiculas oc modo, tam in excessu, quam defectu iactas, detegit, *Lib. VI. de sacerd.* §. 507. ss. p. 296. ss. ed. Beng. immo per omnia, per paupertatem et per diuitias, et per habitum citum et male sedentem, et per mores affectaos et incompositos, quid multa? per omnia sollicitare ad peccatum asserit. Quemadmodum enim Dei et Seruatoris optimi ratio administrandi regiminis eo spectat, vt sui amantibus omnia ad bonum conferre iubeat, Rom. VIII. 28. ita hostis et ἀνθρωποκτόνος omnia hominibus in perniciem salutisque aeternae iacturam vertere allaborat. Idem igitur CHRYSOSTOMVS quouis bello grauius esse illud Diaboli contra nos eleganter, vt solet, et facundissime, perorat, L. VI. *de Sacerd.* cap. XIII p. 354. ss. et quidem summum periculum imminere ostendit ex eo, quod videri non queat; vndequaque immineat, armis plane periculosis vtatur, vulnera aeternam necem inferentia infligat, variis modis aciem instruat, et tanta artificiorum machinationumque copia illi superfit, quantas quidem furti dolique formas nemo facile nouerit, ardorem plane incomparabilem, perniciei nostrae procurandae, demon-

ſtret, nullam temporis iacturam faciat, ne in-
ducias quidem et interſtitia bellandi paciſcatu
plusque adferat ſtudii ad noſtram perniciem
qnam nos ad noſtram ipſi ſalutem. In hac ce-
te re, quae peccati dominium in hominib
erigendum, plantandum, ſuſtentandumque ſp-
ctat, vti in omnibus ſuis conſiliis, fraudule
tiſſime agit antiquus ſerpens, vel in craſſiſſim
vitiis ſceleribusque manifeſtis, in ſocietate
humanam, ipſaque etiam ſacra introduce
dis, laborans nonniſi per fucos et praetextu
non directe docendo praecipiendoque per i
ſtrumenta ſua, vt virtutem eiurent, ſceleribu
ſe polluant, mala quaeque impudenter perp
trent, quin potius alia prorſus nomina his o
mnibus imponenda eſſe docet, ſi velit homine
ſibi ad nutum habere obnoxios. -- Naturae
mentis intelligentis, ſtudiis vniuscuiusque ho-
minis ſingularibus, animique et corporis ad
hoc vel illud vitiorum genus pronis diſpoſitio-
nibus conuenientiſſime agit, veſtigiaque calli-
diſſime celat, vt, in his vel illis peccatis diabo-
lici quid ſubeſſe, vix exiſtimaueris. Nec ne-
ceſſe eſt, enumerare ipſa peccata, ad quae
concurrere ſolet Satanas, quae in ſe pari ipſi
pretio exſtant: quamuis eo apertius agat, et
concurrat, quo grauiora ſint, et ab ratione
et humanitate remotiora. Opus vero eius ca-
pitale et primarium eſt *idololatria* craſſa et ſub-
tilis, de qua mox diſſerendi locus erit; *nam id a-*
git omnium maxime, vt homines a Deo auocet,
ſibi mancipet, et pernicioſiſſima fiducia *ſui imple-*
at, variis illecebris irretitos teneat, vt, quamuis
deſiderio infiniti praediti ſint, verorum bonorum
iacturam, quae numquam intermoritura ſunt,

fa-

acilius ferant, nec ad ea adpetenda impellantur, et mundi praesentis deliciis inescentur, t futuri saeculi memoriam ac desiderium abiciant, mundana sapiant, et terrena ambiant, ιec ἀνανήψωσιν, quasi sensibus obnubilatis, et grauedine oppressis, ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, 2 Tim. II. 26. -- Etiam illud, quod notemus, haud indignum videtur, dari tam in vniuersa ecclesia, quam singulis eius membris, peccata periodica, talia, in quae per vicissitudines aetatis, temporum, obiectorum, incidunt homines, extremum per exremum corrigendo, et pro genio et indole saeculi permutando vitia cum vitiis, peccata cum peccatis, immo, cum omnis fere virtus consistat in mediocritate, ad extrema quaeuis impellendo, et regiâ viâ incedere homines vetando. His rebus efficit, vt homo, abiectâ Dei, rerumque ad aeternam felicitatem pertinentium, memoriâ, mortuus sit peccatis, gustumque veritatis et rerum spiritualium paullatim eiuret, et quemadmodum ἄγροικον THEOPHRASTVS μύρον οὐδὲν ἥδιον θύμου ὄζειν ait, ita peccator nulla re, quam sordibus suis, voluptatumque coeno oblectetur. -- Deum in omnibus praeceptis, viis, consiliis, institutis, et rationibus, facile agnoscas *Deum amoris*, 1 Ioh. IV. 16. ad quem omnia eius opera et decreta exaequantur, eosque, qui ab ipsius partibus stant, ad eundem ferri et componi; contra vero non difficile sit *homicidam* nosse ex iis omnibus vitiis, quae illi praecepto Christi nouo et principi obstant, Ioh. XIII. 34. (*) in

(*) Amorem spirat Ven. D. LOBSTEINII diss. de *praecepto amoris nouo*, ad h. l. Ioh. XIII. 34. Giessae

in illis odiis, dissidiis, inimicitiis, cupidita-
bus, quibus christianorum animos in dissiti-
mas partes scindi videas, quos religionis s-
dium, ad fraternitatem mutuam composita
facile coniunxisset. De his vero omnibus p-
nius, et ad propriam conuictionem adcommo-
tius, edoceberis, si genium saeculi, artes et p-
cita *mundi*, ad nutum sui principis conforma-
vanitatum perpetuas vicissitudines, recto c-
de, illuminatis oculis, et spirituali rerum
uinarum gustu et sensu praeditus, inspexe-
intellexerisque. Illud quoque tenendum e-
concursum hunc malarum mentium ad action-
prauas differre gradibus, et dici posse *generalem*
specialem et *specialissimum*, id quod opposita ipsi
oeconomia gratiae egregie illustrat.

d) *Cautelas* denique, quod attinet, caue *existimes*,
tantam esse malarum mentium Diabolique vim,
vt ad peccandum non sollicitare tantum et pel-
licere, sed *cogere* plane possit. Sine tuae volun-
tatis

sae 1777. Et hoc vnum praeceptum qua-
sime patet, foecundissimum per omnes vi-
ritualis actus principium, et finis vltimus.
mor enim homines ad humanitatem effor-
quae illis desideria, studia, molimina inspirat,
ingeniosos in excogitandis officiis, quam
fessos in praestandis facit! quanta animum
critate imbuit, cuiusuis, tamquam suam,
tem et felicitatem, procurandi, qui quo a-
plior est, et minus restrictus, eo propius ad
moris effigiem ἀρχέτυπον accedit. Matth.
48. Christiana enim caritas omnem suam vim
petit ex eo, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ὀνομάζεται
Eph. III. 15. Innumeras fraudes ἀνθρωποκτόν
cauit, qui hoc vnum praeceptum capitale prae-
stitit.

atis consensu nil vmquam efficient. Potestas earum tanta non est, quantam ipsae volunt, sed vt MACARIVS, de *discretione et patientia* C. VII. p. 76. ed. *Pritii*, inquit, ὅσον τὸ δεσποτικὸν ἐπιτρέψει νεῦμα. Munitissimo, et validissimo scuto fidei tectus, vel ignita eius tela iaculaque restingues. Oscitantiae, ignauiae, securitatis, neglectarum precum poenas merito dabis, vel Diaboli tentationibus succumbens. Praesidiis, quae praesto tibi vult Deus, munitus, vel validissimis tenebrarum viribus praeualebis. Tuum est vel vinci vel vincere. Iure igitur fit, vt in *iudiciis humanis*, quibus actionum moralitas aestimatur, huius aduersarii nulla ratio haberi possit aut debeat. Caue tuarum nequitiarum quicquam in Diabolum referas, ni culpam augere magis, quam minuere velis. *Caue*, dicas, inquit AVGVSTINVS, *Diabolus fecit*, cf. copiosam eius disputationem de hac re, T. X. Hom. XII. p. 439. Etiam illud tibi concesserim, pugnam aduersus peccatum eandem esse cum ea, qua confligitur cum Diabolo. Caussâ simul stantque caduntque suâ. Corde ab vno hoste seruato puro, arcebitur quoque alter. Iisdem armis, eodem momento vincitur vterque. Milita contra peccati insidias strenue et fortiter, vtrique euades superior.

§. IV.

Ecclesia Christi, quemadmodum *veritate* alitur, colligitur, sustentatur, ita *erroribus* distrahitur, peruertitur, et tenebris obfuscatur. Omnis certe oeconomia gratiae eo spectat, vt veritatem

2) *in erroribus.*

rores; quid falsae conuictionis simulacrum; do
nae Christi, studiis cupiditatibusque natu
bus tam adversae, crucis, mortis, seueri
disciplinae et praeconis et administrae, va
tum omnium inimicae, ad carnis licentiam e
orem, ad talem cultum et religionem, quae
bus blandiatur, Christum informet splendidun
culos feriat, verborum exquisitissimorum ele
tiis absoluatur, adparatu quodam adspectabi
magnifico contineatur, peruersa adcommoda
quid praeiudiciorum vis; sectae studium; e
ris pertinacia; sapientiae humanae cum c
na peruerse conciliandae amor; ambitio, do
nandi libido; religionem rationis imperiose
minio subiiciendi voluntas, eiusque ad hui
quamuis infirmae et caecutientis, placita con
mandae desiderium; linguarum inscitia po
quantum noxae dogmatibus ipsis saepenume
attulerint, vt turbarentur mentes, et dissidia fer
rentur, nulla humana ope componenda, om
historia ecclesiastica testis est locupletissima. V
illa veri norma, adaequatum principium, et
limpidissimus, *Codex oraculorum*, quae ab V
diuinis praedicata sunt, et indubitatae *fidei* m
culis testata, quot impuris lacunis inquina
falsisque interpretationibus deformatus, *haec*
cropolis fidei quot telis impetita sit, omnium
culorum memoria constat. Communibus vero
vitiis, et errorum fontibus, qui soli explican
illis a vero aberrationibus sufficere videntur,
esse aliquam vim superiorem et malignam, q
illos in rem suam vertat, nouisque augeat te
bris atque corruptelis, Eph. II. 2. 2 Tim II.
26. res quidem est eiusmodi, vt multos offend
sed luculentis sacrarum litterarum testimoniis co
stet. In hac veritate peruertenda, obscurand

polanda, variisque erroribus inficienda, num-
n non desudauit hostis, eoque omnes inge-
ires, omnemque operam, contulit mendacio-
pater, Ioh. VIII. 44. Mysterium Dei et
sti, in quo sunt omnes sapientiae ac scientiae
reconditae, Col. II. 2. tamquam scopum
principem fixit, ad quod peruertendum o-
s versutiae artesque collinearent. Intelligi
que Matth. XIII. 24 - 30. coll. v. 36. 40. per
m, bono semini ab hoste, noctu, hominibus
no sopitis, fraudulenter immixtum, errores
ogmata falsa et perniciosa, constat ex eo,
d pertineant quam maxime ad scandala et de-
enta ciuitatis christianae, quibus colligendis
omburendis, in fine huius aeui, intenti e-
voluntatis diuinae ministri, angeli, v. 41.
mini sparso, doctrinae Christi, opponantur;
ligi per hostem Diabolum, expressa Christi
uthentica interpretatione liquet, v. 39. coll.
9. Marc. IV. 15. Errorum porro natales ad
monas refert Paullus, tanquam caecitatis et
orantiae magistros, 1 Tim. IV. 1. cum do-
inas daemoniorum enarrat, vbi genitiuus caus-
, (cf. Glassii *Philol. sacr.* L. III. Tr. I. Can.
XX. p. m. 449. ss.) innuit instinctum et dictata
ilarum mentium, quibus in has aberrationes
idant homines, et falli et fallere sueti. Nec
elligitur, cur in aliis erroribus non idem pos-
aut velit. Antichristi, Apostoli Satanae, ad-
ntum futurum esse, docet Paullus, 2 Thess. II.
κατ' ἐνέργειαν τῦ σατανᾶ -- ἀδικίας, et triga
a emissariorum, Apoc. XVI. 13. 14. egressa ἐκ
σόματος τῦ δράκοντος -- ψευδοπροφήτυ, quî
ges terrae seduxisset, nisi falsa persuadendi fa-
ltate instructa. Mature adeo se πνέυματι τῆς
ληθείας opposuit τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης, 1 Ioh.

IV. 6. vt Apostoli ab eius fermento suis nece-sario praecaueri debere existimarent, et omni o-pera contenderent, vt ad adultiorem quandam a-tatem christianam pergerent, vt viri essent in c-gnitione, stabiles et firmi, nec pueri, qui o-mni doctrinae vento fluctuent et circumferantu-versutia hominum, ἐν πανεργίᾳ πρὸς τὴν μεθ-δείαν τῆς πλάνης, Eph. IV. 13. haec μεθοδεία τ-πλάνης, abstracto, vt dicunt, pro concreto p-sito, occultam rationem exprimere videtur, q-hostis vtitur. Nec praedicari satis potest il-Christi Apostolorumque solertia, qua doctrin-puritati inuigilarunt, et ne limpidi eius font-cum impuris mundi, eiusque sapientum lacuni-commiscerentur, prouiderunt, I Thess. III. (quis vero sit ὁ πειράζων, Thessalonicenses a-defectionem sollicitans, et operam Apostoli perdens, ex continua sacrarum litterarum consensione liquet.) Col. II. 8. -- Iam innumerabiles sunt *fraudes*, qui-bus veritatem, diuinitus reuelatam, obfuscare, peruertere, oblitterare annititur mendacissimus spiritus, qui, vti in veritate non perstitit ipse, ita nec suis eam gustare, sentire, nosse, et re-cte videre, permittit: βάθη τοῦ σατανᾶ, in ha-potissimnm re, et infinite multa sunt, et fe-incredibilia. Omni enim aeuo, è penu sapientia-δαιμονιώδους, talia dogmata et principia falsa, tec-quidem, et sapientiae specie infucata, protulit quae ipsius regno fauerent et obstetricarentur, quae neglecta, vel etiam incautius admissa, vim nocendi, ab initio quidem non plenam, sed mox cum inualescerent, eo pleniorem, in veritatis salutaris obnubilationem, in decrementum eccle-siae, in languorem pietatis demonstrarunt. N-vllum quidem sanctioris doctrinae locum ab in-sultibus perniciosis intactum reliquit, idque magi-

acerbius , quo arctiori nexu cum religionis
ristianae acropoli coniunctus esset , id quod ei,
i controuersias in loco de *Christo* , de *S. Trini-
e*, de *peccato originali* , de *satisfactione Christi* ,
iustificatione , expenderit , ad animumque re-
cauerit, palam fiet & manifestum. Ex his vero liti-
s, quas serere numquam destitit, tantum abest, vt
gnum tenebrarum multum lucraretur,vt potius ,
ouidente ecclesiae Domino , in veritatis contro-
rsiae manifestationem, errorum, illi admixtorum,
tectionem , in Satanae ob frustratas artes oppro-
ium, in ecclesiae firmiorem basin , et quid mul-
? in gloriam Domini , constituentis ecclesiam ,
el orci portis inuictam , Matth. XVI. 18. termi-
arentur , quorsum tandem omnia Satanae con-
lia, artes et stratagemata desinent. Per aduer-
a enim ad victoriam enititur veritas. Contro-
ersiae igitur omni aeuo de principibus religio-
is christianae capitibus agitatae , illius magis
eritatem , quam falsitatem euincere videntur:
Diaboli enim parum interfuit , quocunque modo
inter Gentiles verus Dei cultus obtenebraretur ,
modo obtenebraretur , & quot Dii constitueren-
tur ; modo verus Deus ignoraretur , negaretur,
illiusque cultus deformaretur , hinc rarissimae a-
pud Gentiles de religione controuersiae, nec tamen
nullae. (*) Memorabile etiam illud est , vsque
Ee 2 ad

(*) Odium , religionis ergo , Gentilibus, Romanis ma-
xime , non plane incognitum fuisse , JVVENALIS
testis est: Sat. XV. L. V.

Inter finitimos vetus atque antiqua simultas,
Immortale odium, et numquam sanabile vulnus,
Ardet adhuc Combos et Tentyra; summus vtrinque
Ined

ad initia veritatis euangelicae, per totum ter-
rum orbem sparsae, in Gentibus Iudaeisque,
a tribus, et quod excurrit, *Antiochi Epipha*
vexationum annis discesseris, *persecutiones* ob
ligionem fere inauditas fuisse. In christiana
mum religione scenam tragicam tirannicamq
aperuit Satanas, regno suo quaeuis infausta in
re sentiens; et trium saeculorum spatium vix
fecit exhauriendis, et quasi fatigandis, exquisi
crudelitatis generibus, quae Iudaeorum atq
Gentilium ministerio ad excruciandos, omniu
que contemtui exponendos, Christianos inue
hostis: sed et his fine suo se excidisse videns,
omnia vexationum genera, in Christianis exa
tlata, in vigorem christianismi terminata dolens
ex alio latere institit, et religionem christiana
crassissimis *superstitionibus* inundare Saeculo V. co
pit, et sequentibus continuauit. -- Vsque ad tem-
pora *Theodosii M.* quibus religio christiana sta-
bilem demum, et legibus quoque corroboratam,
sedem in imperio romano obtinuit, a Philoso-
phis

Inde furor vulgo, quod Numina vicinorum
Odit vterque locus, cum solos c
bendos
Esse Deos, quos ipse colit.

Interea bella religiosa veteribus ignota
natura idololatriae intelligitur. Rous
rationem reddit: *Contract social*, Chap. 8.
état ayant son culte propre aussi bien,
gouvernement, ne distinguit point ses Dieux
ses loix. La guerre politique étoit aussi theo
gique. Les départemens des Dieux étoient
par les bornes des nations. Le Dieu d'un pe
n'avoit aucun droit sur les autres peuples.
Dieux des Payens n'étoient point des Dieux
loux, etc.

, nostris Deistis, et mendaciorum propugnatus, superbo titulo *des Esprits forts* turgescen-s, multo acutioribus, iisdemque periculosios, impetita est veritas. -- Exhaustis hoc mo-enebrarum viribus, alia auxilia, quibus ve-salutaris obtenebraretur, adhibenda ratus, auit innumerabiles illos ritus et caerimonias, ris Gentilium ad christianismi speciem adcom-atas. (*) Quae ipsa conformatio rituum gen-

Iam lautis illis ecclesiae, sub CONSTANTINO M. emergentis, rebus fiebat, vt, calumniarum, et irisionum Gentilium de leuitate, et rudi forma cultus christianorum externi, auerruncandarum caussa, plures cerimoniae ad Gentilium Iudaeorumque ritus componerentur, quibus ad amplectendam religionem christianam allicerentur, illique speciosiori forma, et splendidiori cultu tenerentur, cognito, plurimos sensibus duci, non natura rei, illiusque interna praestantia. Non damnamus quidem moderatas cerimonias, at in his proram et puppim, vt dicunt, sanctimoniae constituere ferri non potest. Id quod succedente tempore factum esse constat, quo et religiosior et ingeniosior existimabatur, qui in nouis ritibus excogitandis et promtior esset et felicior. Bone Deus! quantam GREGORIVS M. hierarchiae pontificiae praecipuus stator, ignorantiae et superstitionis inter occidentales auctor et fautor, quantam nubem cerimoniarum, rituum, consuetudinum, precum vocalium, aliarumque huiusmodi rerum, specie quidem valentium, sed re non inanium modo, sed perniciosarum plane, reliquiis christianae simplicitatis superstitibus induxit, vt *patris cerimoniarum* nomen acciperet. His inanissimis rebus deceptus occidens, quicquid adhuc residui erat ex pristina euangelii forma, prorsus amisit, tot cerimoniis et ritibus quasi inundatus, vt citius enumerauerim:

— quot amauerit Hippia moechos,

Quot

Gentilium ad ſacra Chriſtianorum, a LEONE P. R. Saec. V. animo, vt videtur, non ma ſed imprudenti conſilio, magnoque rei chri nae malo et noxa, ſuſcepta, inter ſtratagem Satanae haud poſtremum eſt, veram enim do nam Chriſti, cultum Dei in ſpiritu et veritate, IV. 24 pietatis verae natiuam indolem, in me cordisque emendatione, et in conformatione a gem Domini ſitam, inutiles id genus caerimoniae preſſere, onerauere, et tantum non exſtinx vt is in eccleſia ſtupor, rerum diuinarum ign tio, morumque ruditas et barbaries inualeſce ad quarum memoriam non poteſt non coho ſcere animus. Accedit, quae eodem temp contigit, religionis Chriſtianaé deprauatio, *Mahomedem* facta, nonniſi infernalis genii ope virium tenebrarum, ipſi ſubminiſtratarum adm niculo, tentata, tam incredibili ſucceſſu contin ta, et ad tantum faſtigium amplitudinis, dura tionis et roboris euecta. Vae enim illud ſecun dum, Apoc. IX. 13 - 21. quod b. BENGELIVS *Saracenorum* vexationibus et caedibus non inco mode interpretatur, ope ſolutorum, apud E phratem ligatorum, quatuor angelorum ma rum, et infauſto illorum miniſterio perficieba Per grauiſſimos igitur errores religio chriſti ab incunabulis ſuis dehoneſtata eſt, quos in ip incuria malorum paſtorum, inſcitia, et ambi

Quot Themiſon aegros auctumno occid
vno.

Lectu et cogitatu digniſſimae ſunt rationes, bus cerimoniarum religioſarum paucitatem in T. ſapientiae diuinae attemperat S. V. D. ERN STI, *Vindicc. Arbitr. diu.* p. 114. ſs.

uaedam hierarchia (*), et ad quaeſtum et do-
ationem traducta ſuperſtitio, inprimis vero
nae aſtutia et tirannis inuexerant, quae hor-
dum quoddam errorum ſyſtema clam con-
Ee 4 ſtru-

alia niti dicitur nouis reuelationibus, laetis ange-
lorum adparitionibus, sanctorum, vita functo-
rum, colloquiis, interiori quadam communione
cum ecclesia triumphante, ex debita sanctorum
veneratione et communione multiplici per pre-
ces, visiones proficiscente. Quanto melius
PHILIPPVS NERIVS, Congregationis ora-
toriae fundator, et A. 1622. inter diuos relatus,
frequenter monebat alumnos, ne visiones cura-
rent, quandoquidem quisque facile his in rebus
(cum angelus Satanae boni angeli specie homi-
nibus adpareat,) labi turpissime possit. Hinc il-
le ita ab omni visionum, et spiritualibus homi-
nibus periculosa curiositate abhorrebat, vt, qui
tali-

in Latio, vxor fuit *Fatua*, quae assidue di spiritu impleta, velut per furorem futura p monebat, vnde adhuc, qui inspirari solent, tuari dicuntur. Idem, L. XVIII. 5. 7. narrat, spiratos vates, daemone plenos, Pygmalio a persecutione sororis Didonis auertisse. (*) ram aliquam huius Enthusiasmi caussam dat P TARCHVS, in L. *de orat. defect.* Opp. T. VII perum moralium et philosophicorum P. II. p 632. (ed. Reiske) ἔυηθες εἶναι καὶ παιδικὸν μισῆ τὸ οἴεσθαι τὸν Θεὸν ἀυτὸν, ὥσπερ τὸς ἐγ στριμύθους, ἐυρυκλέας πάλαι, νυνὶ πύθωνας σαγορευομένους, ἐνδυόμενον ἐίς τὰ σώματα προφητῶν ὑποφθέγγεσθαι, τοῖς ἐκείνων στό καὶ φωναῖς χρώμενον ὀργάνοις, eandem vero va ribus, qui diuinare faciant, ex terra exhala bus, et φανταστικὴν καὶ μαντικὴν δύναμιν τῆς ψυ in

talibus delectarentur, acri sermone corripere liquido affirmans, nil esse in laqueis Diabo piis hominibus perniciosius, quam *vesana* h daemonum ludibria.

(*) *Epimenidem*, Cretensem, qui laudes, et virtu scilicet, Cretensium cecinit, a Paullo *citatum*, T I. 12. et προφήτην dictum, diuinationis fu peritissimum DIOGENES LAËRTIVS memor APVLEIVS fatiloquum nominat, DIODOR SICVLVS Θεολογον, PLVTARCHVS in So Θεοφιλῆ καὶ σοφὸν περὶ τὰ θεῖα, τὴν θυσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν. CIC RO, L. *Diu.* I. 18. annumerat iis, qui conci tione quadam animi, aut soluto liberoque mo futura praesensissent, -- vaticinantibus per *fur* rem, vt Bacis Boeotius, vt Epimenides Cres vt Sybilla Erythraea.

identibus, tribuit, secutus οἰομένυς τὴν διά-
ἢ κρᾶσιν ἐμποιεῖν τῇ γῇ τὸν ἥλιον, ἀφ' ἧς
ρεται τὰς μαντικὰς ἀναθυμιάσεις, qui vel
γυναικείων, vel alia ratione in homine se in-
ntes, ἐνθυσιασμὸν efficere fingebantur.
in brutis tale quid obseruatum esse, exemplis
usdam comprobauit b. BEBELIVS, theolo-
argentoratensis, in diss. de *Enthusiasmo*, p. 5. --
is vero genus bipartitum est, alterum Enthusi-
naturali absoluitur, vel rhetorico, vel poë-
, vel philosophico, alterum supernaturali
diuino, vti in Apostolis, prophetis, et chri-
is, in flore christianismi, et in pleno charis.
um extraordinariorum vsu constitutis, vel
olico, quemadmodum in pseudapostolis, pro-
is, doctoribusque. (*) Hi enim ab Apostolo
ellantur ἐργάται δόλιοι, κ. τ. λ. 2 Cor. XI.
- 15. Quantum autem antiquus serpens, ib.
3. viuentibus et in spiritu docentibus Aposto-
, cum in peruertenda religione christiana,
in praua donorum, tam extraordinariorum,
ordinariorum, imitatione et simulatione,
in excitandis ministeriis, speciosissimis, et
regno tenebrarum mutuo acceptis, artibus et
prae-

(*) Callidissimum illud artificium Satanae singularum aetatum commune videtur, vt, tamquam Simia Dei, ministeria diuina imitetur, verisque prophetis doctoribusque sua organa, vi sua et adflatu agitata, opponat. In ecclesia israëlitica continuum quoddam bellum obtinuit verorum prophetarum cum falsis, 1. Reg. XVIII. 2 Reg. III. 13. Ies. IX. 15. Ier. V. 13. VI. 13. XXIII. 11 - 30. XXIX. 21. -- 23. Ez. XIII. XIV. Mich. III. 11. Zeph. III. 4. Certam et propriam horum internoscendi notam proposuit Christus, Matth. VII. 15 - 23.

praetextibus, veritatem salutarem obfuscan laborauerit, dici non potest. Vnde factum constat, vt rudiores inprimis, et in dono di tionis spirituum non admodum versati, ch ni, tali euangelio, viuidius et ad consci adcommodatius, singularis γνώσεως praetex auctoritate, immo maiorum virium, quam in Paullo, ceterisque veris Apostolis conspic tur, iactatione annuntiato, caperentur, et rum mentes ab illa nobilissima ἁπλότητι ε χριςὸν, v. 3. deflecterent. Magna haec et n bilis seductio eo tempore non obtinuisse hunc ministris suis enthusiasmum, prauu tus apostolici imitatorem, inspirasset S quanta inde confusio in ecclesiis consecuta epistolis Paulli ad Corinthios, Galatas, ses, facile discimus. Et talia organa pe saecula christianismi, in terris plantati speciebus, temporibus, genio saeculi tioni artium disciplinarumque, vel cultar neglectarum, accommodatis, a regno te rum informata esse, adcuratior historiae e sticae inspectio, quemuis veritatis huius dum docebit. Verorum igitur doctorum vt omni tempore probe perspecta habeamus ploratamque, necesse est. Hi certe mente sobri et cum modestia ac temperata constitutione, entes, quae loquantur, nec ἀναλογίαν et fi suae mensuram migrantes, dicent omnia. (

F

(*) Vitium in cognoscendo vero valde extimesce dum, si quis intra legitimos modestiae limites imbecillitatis suae sensum se non contineat, ne caueat, ne euagetur licentiosius, et supra spi ritualis suae experientiae veraeque conuictioni terminos sese efferat, cancellorum suorum nesci

orum contra prophetarum doctorumque pro-
m est, emotae esse mentis, vim pati ac ne-
tatem, pelli, trahi, raptari tamquam furen-
Daemonis est, tumultum et furorem et
tam inuoluere caliginem; Dei autem est,
ninare, et quae oportet, docere cum intel-
ntia. Aperta haec ἀντιπερίστασις verorum et
rum Apostolorum, prophetarum, doctorum,
inet ad illa πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ad
e detegenda, fugienda, superanda, diuinam
n πανοπλίαν commendat suis Apostolus. Eph.
10.-17. Nec vllo tempore in eiusmodi in-
mentis excitandis instruendisque operosior est
nas, quam vbi fortius aliquod, et cum di-
virtute coniunctum, veritatis praeconium re-
ipsius notabilem aliquam minitatur cladem.
maior regni Christi et diabolici inter se con-
oriatur, id agit antiquus serpens, vt vero-
Dei organorum, et in officio veritatis co-
tioni vtilissima ministeria praestantium, ser-
em imitationem suscipiat. Sic Apostolis, in spi-
u docentibus, excitauit *Dositheum*, *Menandrum*,
monem Magum, quorum hic inter Samaritanos
tam sectatorum copiam coëgisse fertur, vt ab
s, fere cunctis, tamquam Deus, et Helena
or, tamquam prima eius intelligentia, cole-
re-

us, Rom. XII. 3. 2 Cor. X. 13. Eph. V. 7.
In his facile fit, vt spiritus sui proprii et co-
gnitionis abundantia freti, ipsas Scripturas prae-
teruehantur, easque publice et proterue violent,
aut certe illotis manibus, lasciuientibus ingeniis,
feroce suo spiritu tractent: aut falsa experientia,
aut falso de iis, quae experti sunt, iudicio de-
ludi se patiantur. Dici vero non potest, quam
ingens lerna malorum, et foecundissima mater sit
friuolarum et prauarum interpretationum expe-
rientia falsa et deceptrix.

ignarus illorum effectuum, quibus produce laesa et corrupta phantasia parem omni praestitisset, coniuncta plerumque cum falsa rophoria, et coniurctione imaginaria. Discre gitur spirituum, 1 Ioh. IV. 1. ob βαθη τα ταυτα, etiam in hoc hominum genere, quam xime conspicua, pie, solicite, et caute in eada est, ne vere piis iniuria fiat, Spirit Dei, illiusque operationes, blasphem omnia ad lapidem illum lydium, Scriptur aminanda sunt. Nimius enim fanaticismi per se non iniustus, ad alia aeque pericul cere deuia potest. conf. Weismann l. inaug. p. 74. (*) Sapientiae igitur nae, et moderationis theologicae, speci

(*) Sapientiae spiritualis singulare quoddam est, in doctrina de operationibus Spir. sis recte versari, ne vel *Verbo* detrahan *Fanaticis*, *Enthusiastis*, *Quakeris*, vel Deo, cuius peculiari adiumento me op esse affirmemus; id quod ab Naturalism ris culpa propius abfuturum exist Coniuncta duplicis huius principii efficie indiuidua copulatio, plena est diuinae documentis, et conditioni nostrae praec commodatissima. Vtinam eodem spiritu quo acti scriptores sacri res diuinas trad et legeremus, et meditaremur, et intel succum, sanguinemque, quod aiunt, conu remus semper: a quibus alucinationibus nes haec vna praeceptio nos praestitisset! Hic nim est, manetque verborum suorum au cus interpres! Vtinam vero etiam Spiritus perationes compararemus cum verbo, ne iisdem ingenii humani inuenta, suauiaque som confunderentur, et in sancti huius ducis nes referrentur ea, a quibus totus abest et horret. Caussam hanc egregie perorauit S. D. Storr, duabus diss. Inaug. *de Spir. S. mentibus nostris efficientia*, Tub. 1777.

re eſt, vtramque et *Fanaticismi* ſcyllam, et
ianismi charybdin, feliciter praeteruehi,
um alter litteram ſine ſpiritu, alter ſpiritum
littera premit et vrget. Vterque vel craſſus
vel ſubtilis. Jlle, Fanaticismus craſſus dici-
qui, enormi phantaſiae vitio, *viſiones* ia-
adparitiones, *angelorum alloquia*, *adflatus*
os, *allocutiones caeleſtes*, qui inſtitutis eccle-
noſtrae, ſanctis, neceſſariis, vtiliſſimis inſul-
doctrinam orthodoxiae nomine infamat, ſi-
e in omnes ſcientias, interpretandarum lit-
um ſacrarum ſubſidiarias, grauiſſime inue-
i poteſtatem ſumit; hic, ſubtilior, in di-
rebus, maxime, quae ad vitam, moresque
tianorum informandos ſpectant, *ſenſibus* ma-
quam intelligentia ducitur, omnia ad pro-
n quandam experientiam refert, et doctri-
θεοδίδακτον. Vtriusque generis exempla,
mnia ſaecula variis modis et ſpeciebus infor-
, hiſtoria eccleſiaſtica ſiſtit in *Monachorum* ſo-
tatibus, *Eremitis*, *Fratribus ſpiritualibus*, *A-*
olicis, *Beguinis*, *Fratricellis*, *Myſticis*, *Inſpi-*
ſ, *Quackeris*, *Separatiſtis*, *Gichtelianis*, *Boeh-*
is, *Schwenckfeldianis*, *Theoſophis*, qui omnes,
muis quoad animi ſtatum, et pietatem in
m vel veram vel fucatam, diuerſiſſimi, in
onuenire videntur, vt ſpiritum, quem ia-
ant, S. Scripturae teſtimoniis non ſatis ſubii-
t. *Pelagianiſmi*, et craſſioris et ſubtilioris,
em eſt ratio. Vtriusque inſignia quaedam ſpe-
ina noſtra aetate reuiuiſcere vidimus, ſed hoc
dem loco non tangenda. Adeo etiam his

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra citraque nequit conſiſtere Verum.

§. VI.

4) *in Deismo.*

In percipienda et intellig veritate nil auspicatius est, a quadam *rationis* et *reuelationis* iunctione, nil contra periculo earundem, quamuis inuitarum, dissociat In hac, tamquam in turbido, piscatur ho vt nil verius sit, quam spectari in famos quaestione de vsu et abusu rationis in rebus logicis et spiritualibus caussam Dei, insidia tanae, et lusum ingenii humani. Quid per *nis contemtum* velit et possit, §. V. vidimus. Nimia quoque eiusdem auctoritate abutitur, a teruertendam veri salutaris cognitionem, re et salubrem. Rationis et reuelationis, consc tiae et sacrarum litterarum consensus, *philosop christianum* formait. Vtroque hoc lumine ducim in via veritatis et virtutis. Vtraque vox Dei, sua nos voluntate instruentis. (*) *Ratio*, in

(*) In plurimos rationis contemtores epigra WERENFELSII:

Non adeo iniustum est, inimicus si rationi

Haec inimica prius cœperat esse tibi.

(**) Nil absurdius semper visum est mihi, Deum magis iniurium et ingratum, quam cum lumine, veritatem cum veritate, rat et reuelationem, ius naturae cum lumine S. inter se committi, quae, si quis recte tur. amicissime semper conspirabunt. R luntatis diuinae, necessariis et naturalib

le illud beneficium diuinum, quo illas no-
s, quae per ſenſus externos et internos ani-
fferuntur, coniungimus, disiungimus, com-
nus, connectimus, alias ex aliis inferimus,
amus, ratiocinamur, complectitur, (prouti
am h. l. ſumimus, ne de vocibus certemus,)
mnes animi vires, quibus ad comprehenſio-
ver, eiusque amorem, naturae beneficio in-
nur, iudicii ingeniique vim et facultatem,
eo puriores, acriores, felicioresque ſunt,

uerſitatis rerum perfectionibus expreſſae, inter-
pres et internuncia, ſi ſuis ſe contineat finibus,
quam inſigniter laetetur de *lumine reuelationis*,
neceſſe eſt, notabilibus illis hiatibus, quos fa-
cile videt et ſentit, locupletiſſime ſuppletis. Al-
tiori enim lumine Spir. S. deſtituta, quam ae-
grota, corrupta, tenebris immerſa, diuinis
viribus exhauſta, nobiliore ſenſu priuata, im-
perio carnis ſubiecta, adparet! Vel cultiſſima, et
omni eruditionis copia, et doctrinae praeſtantia
inſtructa, non tueri poteſt hominem ab affectuum
vi, a tentationum impetu, quid? quod ipſa con-
ſcientiae dictamina falſis ratiocinationibus e-
neruare atque eludere didicit, incurioſa volun-
tatis diuinae, ſuo ſe argumentationum circulo
circumagit, et in conſeruandis ſuis ipſius prae-
ceptis languida et elumbis videtur, aut, ſi natu-
ralia atque neceſſaria officia qualitercunque per-
ſpexerit, iis ipſis recte et fideliter obeundis, ſi
commodorum, vtilitatis, honoris, ratio obſtet,
uerum facile incidit ſuis ratiociniis. Nec *Aegy-
ptiorum*, *Chaldaeorum*, *Graecorum*, *Romanorum* ſa-
pientiam, a monſtroſiſſimis ſententiis de natura
Dei, ab omni ſcelerum et flagitiorum genere,
ab ſuperſtitionibus erubeſcendis tueri potuiſſe,
hiſtoria litteraria, nec adhuc in Chriſtianis, debel-
landis prauis propenſionibus, arcendis flagitiis,
formandae menti vere generoſae, et ingeneran-
dae ſolidae virtuti, ſufficere ſolam rationem, vita
communis, teſtis eſt certiſſima.

quo propius in suis notionibus formandis
ritatem conceptuum Dei, veri fontis et exe
ris, ceterarumque mentium intelligentium
dunt. Nobilissimum hoc donum spectatur
se, sibi relictum, vel diuina luce collust
Priori vocis potestate quid valeat ratio, qu
sit, nos alteri lumini, nostrum intelligen
dum paullatim ingresso, a teneris assueti,
pimus, in iis vero hominibns, qui illa l
rerent, planum fit et perspicuum. Quot
sophorum Gentilium nugas, rationis deb
menta, sistit historia philosophica! Adeo
lia, quae praesto sunt praesidia, quae to
ctitant religionis naturalis et necessariae pro
tores, rationisque nimii laudatores, qui
existimant cum hac Egeria assiduos haber
gressus, et omnium arcanorum eius arbi
spectatores haberi volunt, adeo, inquam,
cauere potuere hominibus, neque ab sententi
surdissimis monstrosissimisque de natura di
eiusque cultu, neque ab omni genere viti
nefandisque facinoribus. Rom. 1. 18 ss.
nobis, si, quid iliacos intra muros agatur
tra, curatius excusserimus, tantum valebi
sola, si vel latissime eius fines proferant
vim atque intemperiem adfectuum reprima
rigat, ad quaeuis recta, honesta, et laudabi
cat, languorem in suis ipsius praeceptis
vandis acuat, cultum Dei virtutemque vera
ceat. (*) Quoties, vel in sapientissimis, me

(*) Haec vna res suspicionem quandam mou
bebat de rationis vi infirmata philosoph
psos audias, *ratio*, tamquam pars super
perare debet, et, tamquam habenas tenens
rum vitae regere, altera cupiditatum, a

ierturbationibus, cupiditatibus, affectunm
befcit? Naturalis quaedam prauitas animi,
afiae fortioris ludibrium, fenfuumque vis,
am rationi caliginem offundunt, quot im-
ienta obiiciunt, quot in illius locum fophis-
carnis fubftituunt? quantum illius luci de-
im eft per *peccatum*, eiusque tenebras, qui-
iumquam non inuolutum incedit? Vel fum-
ter Gentiles philofophi rationis vim infirma-
gnofcere videntur: Teftis fit *Cicero*, Tufc.
„ *efficit hoc philofophia*, (vt molefta mortis
tione liberet,) *medetur animis, inanes folli-
nes detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timo-
fed haec eius vis non idem poteft apud omnes:
valet multum, cum eft idoneam complexa natu-*
Idem *Nat. Deorum* III. 27. „ *Videturne fum-
nprobitate vfus, non fine fumma effe ratione? nec
fcena folum referta eft his fceleribus, fed multo
communis paene maioribus. Sentit domus vnius-
que, fentit forum, fentit curia, campus, focii,*

 pro-

um, parere, et quocunque illa ducat, fequi,
fi quidem honeftas, dignitas, officii ac virtutis
quidam fplendor, ex actionibus noftris elucere de-
beat. At quoties videris, non faltem in ple-
beis, indoctis, quin doctis, fapientibus, phi-
lofophis, rationis illis euangeliftis, excuffo ac
depulfo rationis iugo, *cupiditatem*, quafi fedi-
tiofum aliquem ac turbulentum ciuem, fafces
arripere, in arcem inuadere, mentem de fua
fede contra ius, fasque deturbare, vt, veluti
nauis difcordibus acta ventis, hominis vita con-
trariis, et inter fe pugnantibus, foediffimarum li-
bidinum flatibus agitata, in omnem fcelerum ac
flagitiorum turpitudinem praeceps ruat. In prom-
tu funt exempla, inter Gentiles et Chriftianos, fed
odiofa.

prouinciae, vt, quemadmodum ratione recte fiat
ratione peccetur, alterumque et a paucis, et raro
iterum et ſaepe et a plurimis: vt ſatius fuerit, nu
omnino nobis a diis immortalibus datam eſſe ratio
quam tanta cum pernicie datam. Vt vinum ae
tis, quia prodeſt raro, nocet ſaepiſſime, meliu
non adhibere omnino, quam, ſpe dubiae ſalutis, in
tam perniciem incurrere: ſic haud ſcio, an meliu
rit, humano generi motum iſtum celerem cogitati
acumen, ſollertiam, quam rationem vocamus,
niam peſtifera ſit multis, admodum paucis ſalut
non dari omnino, quam tam munifice, & tam l
dari. Quamobrem, ſi mens voluntasque diuina id
conſuluit hominibus, quod iis largita eſt ration
iis ſolis conſuluit, quos bona ratione donauit:
videmus, ſi modo vlli ſint, eſſe perpaucos. Non
cet autem paucis a diis immortalibus eſſe conſult
et ſequitur ergo, vt nemini conſultum ſit." Su
ciant haec immodicis iſtis rationis laudibus, et
quae multis familiaris eſt, effreni illius cum re
rum ſpiritualium contemtu coniunctae, aeſtimati
ni, qua imperioſam ſuam rationem omnium r
rum, diuinitus propoſitarum, ſenſuum caeleſtiu
operationum gratioſarum iudicem, domina
normam conſtituunt, qua omnia ſuperiora et d
viniora, tamquam Enthuſiaſtarum ſomnia, re
diant, abiiciunt, conculcant, ſua intelligen
iudicandi, ratiocinandi facultate contenti, vni
que gloriabundi. Haec ratio, ſi non ſpiritu
ſed malitiae miniſtra facta ſit, carnis peccati
imperio ſubiecta, non donantis eſt vitium,
accipientis, et peruerſe vſurpantis beneficium,
ſe ſummum et admirabile. His vero ſtipata ſa
litibus, his comitata miniſteriis, in ſe, ſuapte na
tura magnifica et ſuperba, αὐθάδης καὶ φίλαυτο
in theologorum fines admiſſa, quam ſe immoder

ıctabit, quam per omnem theologorum fun-
ı cum illa ſua contortularum et vibrantium
cluſiuncularum caterua volitabit! quam impa-
s erit viae diſcendi, quam reuelatio pandit,
ıilis, obſequioſae, coniunctae cum abnega-
e ſui, ſuarumque virium, cum precibus et
ta admiſſione maioris lucis, et operationum
tioſarum Spir. S. Qui ingenue et aperte agunt,
poſſunt non, ipſa rationis vi adacti, de ar-
eius limitibus, tam quoad rerum cognoſcenda-
ı multitudinem, quam ipſius intelligentiae
ſpicuitatem, tam hiſtorice, quam experiundo,
ıcti, Euangelium J. C. prouti MONTESQUIEV
it, nobiliſſimi doni loco habere, quod Deus
mano generi vmquam indulſit: hoc rationis hia-
ſupplet, eamque rebus ante non cognitis li-
raliſſime locupletat, conſcientiam tranquillat,
erroribus cauet, hoc praeiudicatarum opinio-
m, quarum plenus eſt animus, cumulum pur-
at, animumque dirigit, vt diſciplinae Spir. S.
ıbens ſe ſubiiciat: hoc rationi nouum aperit cam-
um, latiſſime patentem, exſpatiandi in ſummam
llam Dei erga homines beneuolentiam, in medi-
ationes nobiliſſimas et iucundiſſimas de noſtra de-
inatione, animorum immortalitate, officiis ca-
e et religioſe obeundis, hoc vnum illud eſt, quod
itae puriſſimos ſpei ac ſolatii fontes recludit.
Philoſophiam, inquit Exc. BOECK in *praef.* ad
BÜLFINGERI *Dilucid. philoſ. ne deguſtaſſe quidem
enſendus eſt, qui felicitatis ſuae fontem ſolius rationis
uxilio inueniſſe ſibi videtur, atque in doctrinas reue-
atas leui et arroganti animo invehitur.* „ Quam mi-
era eſſet philoſophiae facies, nulla reuelatione
colluſtrata! Penitior hiſtoriae philoſophicae noti-
ia aperit, ratio quid reuelationi debeat. Fidam

 hanc

hanc magiſtram, quam ſemel tam ſanam, et praeclaram experta eſt, decebat reuerentius haberi in aliis rebus. Ipſa doctrina Domini nostri J. C. plena eſt diuinae alicuius philoſophiae, ſiue vniuerſam eius ſummam, ſiue ſingulas eius partes ſpectes. *Cruci*, ſeu moleſtiis vitae, vt hic vtar, aerumnisque, quot ſaluberrimos fines adiunxit ſapientia diuina. In his cernitur ſapiens bonorum malorumque temperatio; continuae enim voluptatis ſatietas ſuauitatis ſenſum deleret atque frangeret: hae optime cauent, ne praeſentium voluptatum blanditiis deliniti atque corrupti, quouis dolores atque moleſtias, potiorum bonorum adipiſcendi cauſſa, reformidemus, mollitia quadam animi, i. e. laborum & dolorum fuga, ne vitae praeſentis amore futurae ſpem atque deſiderium abiiciamus, hae fidei, ſpei, amori, patientiae, ſingulisque virtutibus exercitationem addunt. Praecepto illo *amoris*, in quo cardo virtutum chriſtianorum vertitur, quid dignius Deo, *ſocietati* vtilius antiquiusque, quid ad ſalutem omnium ordinum, ſtatuum, communitatum accommodatius? Sic ſingulis rebus, reuelatione innoteſcentibus, ſummae ſapientiae, diuinitatisque, impreſſa ſunt ſigna veſtigiaque, quae ſi adtendantur, non poſſunt non fidem confirmare. Minus igitur excuſationis relinquitur illis *rationis patronis et Apoſtolis*, et Scripturae eneruatoribus, *Naturaliſtis*, *Deiſtis*, *Incredulis* omnis generis, qui, vt duo haec lumina inter ſe committant, omnem rationem, laborem, ingeniique vires profundunt. Ἀπιστίας huius auctorem Paullus, inter ceteras cauſſas efficientes et adiuuantes, Satanam facit, 2 Cor. IV. 4. cum ſaeculi huius Deus caecaviſſe dicitur infidentium

m mentes, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι — Θεοῦ: (*) Ephesios, C. II. 2. porro commemorat versatos fuis-
Gg 5 se

*) Sensum suum sequitur, quo facile quemuis abundare patimur, in explicatione huius dicti, S. V. D. Semlervs: in paraph. ad h. l. „ista sedula descriptio, quasi Satan insideat in mentis penetralibus, est Iudaismo, et iudaico loquendi generi, propior, quam nouae et christianae doctrinae „ Sensu incommoditatis illius interpretationis, quae ὁ Θεὸς ad Deum, verum et solum refert, et τοῦ αἰῶνος τούτου ad ἀπίστων, suo loco relicto, nil nisi iudaicam ideam proponi h. l. docet, ab christiana religione alienam — Paullus cum in eo sit, vt muneris sui apostolici praestantiam, dignitatem, fructumque praedicet, illa veteri mosaica oeconomia longe excellentiorem, et quibusuis pseudapostolorum obtrectationibus calumniisque superiorem, qua integritate, mentisque sinceritate in tam graui negotio versetur, aperit, qua veri declaratione aperta, minimeque fucata, apud omnium hominum conscientiam, in Dei conspectu, se commendet, eo consilio, vt nil in suas rationes referatur, si euangelium tam caste, tam pure, tanta vi et efficacia, annunciatum, oculos et mentem infidentium expugnare nequeat: aliam quandam subesse malignitatis eiusmodi latentem caussam, principem huius saeculi, (cuius omnis potestas ad hunc αἰῶνα, peccato mortisque peregrino imperio subiectum, adstricta sit, nec amplius extendatur,) qui infidelium mentibus tantam caliginem, tamquam tenebrarum princeps, Col. I. 13. offuderit, vt vel ad summam claritatem doctrinae de gloria Christi, patris effigiei summae et germanae, caecutiant. — Suam videntur videre hypothesin, non Paulli mentem, qui eum heic iudaicae opinandi consuetudini aliquid dedisse autumant. Adeo *dogmatice* versatur Apostolus in aperiendis ἀπιστίας caussis, vt omnis ad *exiles ideas, atque falsas, indignasque opiniones iudaicas*
στογ·

ſe olim ad genium huius ſaeculi, ad arbitriu principis, cuius in tenebris poteſtas ſita ſit omn qui etiamnum in contumacibus vigeat hominib Vix comprehendi poſſet, quî fiat, vt doctrina, ta indubitatis fulta rationibus, omnibus veri no inſtructa, tam efficax, conſcientiae vnicuique a poſita, ſingulis neceſſitatibus explendis accomm data, huius et futurae vitae felicitatem aperien lucis, ſingulis diſciplinis obortae, primus fo et ſcaturigo, ab hominibus, veri rectique ama tibus, quales videri volunt et debent, repudi tur. Aditu vero hoſti ad animos patefacto, mnis vis tenebrarum in eos effunditur, vt n velint, nec poſſint, doctrinam euangelii de ſumm Chriſti, Dei O. M. expreſſae imaginis, gloria ca pere, quamuis luce ſua et euidentiſſimis argumen tis radiet. Haec ipſa vero mentium obtenebratio variis, iisdemque innumerabilibus modis procu-ratur, pro ingenti varietate conditionum vitae hominum externae, internae, pro varia vel *intellectus* ratione, hebetudine, ignorantia, iudicii imbecillitate, leui acumine, vel *voluntatis*, libidinibus, carnalitate, faſtu, inuidia repletae, per lectionem librorum, hoc veneno infectorum, ſine antidoto, ea forſitan aetate, quae iudicii maturitate, experientiae atque eruditionis copia deſtituitur: efficitur porro per veri luminis ſurreptionem et falſi oſtentationem; per ſufficientiam rationis, donorumque naturalium, ad ſalutem, variis coloribus perſuaſam; per eum animi ſtatum ingeneratum, quo nec internis argumentis, pro veritate R. C. militantibus, cedit, quamuis contraria argumenta, illa reuelationis, nullo modo pondere adaequent, et vix vlla elabendi mira ſuperſit; per

eam

συγκαταβάσεως ſuſpicio euaneſcat. Eximia eſt b. Zachariae *paraphraſis* h. l.

m animi indurationem, qua ad grauiſſima Dei
dicia, in mundo, in eccleſia, in ἀπιςίας ſociis,
ſe ipſis ſtatuta, ſupino et inexcuſabili ſopore
rmiunt, in eorum cauſſis naturalibus haerent,
c ad earum auctorem, eiusque prouidentiam con-
ruatricem, gubernatricem, directricem cogita-
one aſcendunt; per conſcientiae, variis figmentis
falſa quiete obnubilatae et tranquillatae, deluſio-
em; per adfectuum vehementiorum imperium
aeſtum, ad veritatis placidum examen et ſo-
riam disquiſitionem ineptos reddentium; per
nimi immortalis, et ad perennem vitam deſtina-
, incredibilem obliuionem, et ad bene illi in fu-
rum proſpiciendi miram oſcitantiam; per fal-
m de Deo, eiusque gratia, nullo idoneo argu-
nento nixam, perſuaſionem; ſtatus naturalis et
nentis, a vita Dei abalienatae, triſtem ignoratio-
nem; miſeriae inde ortae viuidioris recordationis
efectum; per variarum illecebrarum huius mun-
di, quibus faſcinati detinentur, retia et inextrica-
biles nodos, quibus irretiti et mente et ratione
capti ſunt; per fugam examinis ſerii et ſinceri ve-
ritatis reuelatae; φιλαυτίας inordinatae, ſibi ce-
teris ſapientioris et acutioris viſae, intolerabilem
faſtum; per carnalitatis impune, et ſine morſibus
conſcientiae, exercitae ſtudium. Haec, aliaque
plura, retia ſunt Satanae, quibus irretiti ita im-
plicantur, ἵνα μὴ πιςεύσαντες σωθῶσι. Luc. VIII.
12. In ſcriptis deiſticis, vel paullulum verſatus,
quis tot ſcommata, mendacia, malitiae omnia ge-
nera, quibus Deiſtae dogmata fidei morumque R.
C. infamandi, ludificandi, criminandi, quaſuis
occaſiones arripiunt, quis, inquam, ſine malignae
cuiusdam mentis interuentu et efficientiâ, talia et
tanta euomi potuiſſe exiſtimet? Cum plerumque fiat,
vt, quo grauior ſit doctrina, & cum ſummâ fidei
con-

coniunctior, eo virulentius videatur venenu[m] quod ei summa leuitate adspergere non ver[...]
Ceterum in amico illo rationis et reuelatio[nis] [vin]culo nectendo, et harmonia illarum recte tuenda, multum situm est prudentiae, mode[ratio]nis, σωφροσύνης spiritualis, cum vn[...] [...]rius iusto plus euecta auctoritas cum d[...] [...]terius, aeque periculosa sit, et a typo [...] doctrinae deflectere soleat. (*) — Felix ec[clesia] in qua philosophi fide diuina credunt, & c[...] [...]tes recte philosophantur.

§. VII.

5) in superstitione.

Contemtum sui nulla re [...] vindicat ratio, quam *super[stitione]*. Hanc praeposteram religione[m] simulacrum, quod pietatem praue imitatu[r] venit hostis, quo verae pietati, sanctim[oniae] conformitatique cum vita, mente, et acti[onibus] Christi, ad quam per ipsum nomen christi[anum] deuincti sumus, insultaret, vim religionis [...]gueret, luci eius salutari dignitatique detra[...]

(*) *Pelagianorum*, *Socinianorum*, imo et *Arminianor[um]* aliorumque istis similium, πρῶτον ψεῦδος vi[de]tur, *rationis* in rebus supernaturalibus nimia [ae]stimatio et auctoritas. Hac enim fit, vt[...] prauitatis, quae naturae nostrae ingenita [...] imminutâ, Verbo Dei vim non nisi logico-[mo]ralem relinquant, *perspicuitatem verborum* cum *euidentia rerum*, *fidem humanam* cum *diuinâ* confu[n]dant, mysteriis suis augustissimis religionem chri[stianam] exuant, supernaturalia omnia fastidiant, et tamquam Fanaticorum somnia repudient, et supernaturali Spiritus S. auxilio ad veritatem recte et salutariter capiendam, perspiciendam, perficiendam, vix opus esse censeant.

amque in meram γυμνασίαν σωματικὴν conuerte-
et, adiutus ab ingenio humano, quod a primis
ei christianae initiis talia instituta disciplinae ex-
ogitauit, quae praeter actionem corporis nihil
abere viderentur, quod ad finem eum prodesse
osset, cuius caussa inuenta sunt, et propter quem
surpantur, in quo vera superstitionis natura cer-
itur, quae in eo sita est, *quum*, vt verbis S. V.
). Ernesti vtar in diss. *de disciplina christiana*,
. 28. *alicui rei tribuimus aliquam vim*, (*) *prae-
ertim in religione, et ad Deum colendum, eumque
nobis placandum, quae vim eam nec per naturam suam
habeat, nec vlla alia de caussa habere possit.* „Inex-
hausta quadam, et insatiabili copia, et diuite vena
polluit ingenium hominum, in inueniendis eius-
modi rebus, quibus vacationem animi, eiusque
emendandi studium neglectum, cum tali caerimo-
niarum mole inutili compensaret. Primae forsi-
tan superstitionis origines pietati debentur, sed
inconsultae et male informatae, post inanes eius-
mo-

(*) Latissime patet superstitionis campus, vel philosophicus, vel theologicus: in rebus naturalibus aeque obtinet, ac in sacris. Ab eo genere liberat philosophia sanior, profundiorque naturae cognitio, ab hoc examen doctrinae sacrae liberum et generosum, omnium Christianorum, veri cupidorum, commune et officium, et singulis concedenda facultas. — *Omnium rerum natura cognita leuamur superstitione, liberamur metu mortis, non conturbamur ignoratione rerum, è qua ipsa horribiles exsistunt saepe formidines.* Cic. *Fin.* I. 19. idem tamen *Nat. D. II. Stellas, quas graeci cometas, nostri crinitas vocant, nuper bello Octauiano magnarum fuisse calamitatum praenuncias affirmat.* Inprimis legere iuuabit *Nat.* D. II. 72. vbi grauiter praecipit: nec vero, (*id diligenter intelligi volo*) *superstitione tollendâ, religio tollitur*, et quantum mentes superstitionibus perturbentur, ibidem egregie docet.

modi ritus et caerimoniae ſingulis fere ſaecul plures acceſſere, ad veram pietatem ſuffocanda magis, quam augendam acuendamque. *Non en vbi incipit ſuperſtitio*, inquit ERNESTI, V. V. *Antimurat.* p. 174. *ibi deſinit. In principio eſt i conſulta pietas, paullatim fit fœda impietas: praeſe tim vbi naſcenti lolio foetus et alimenta accedunt a d ſputationum calore, a pertinacia, ſuperbia, aliisq talibus vitiis, itemque ab ignorantia barbarieque.* S decrementa pietatis facta ſunt ſuperſtitionis incr menta. Ex quo enim creuit eccleſia opibus decreuit pietas, adeo neceſſaria eſt crucis diſc plina carni libidinoſae, et cupiditatum plenae, v refrenetur, et in gyrum praeceptorum Domini, re cte et fideliter obeundorum, reducatur. Singula ris vero eſt ingenii humani et admiranda *illa ra*tio, qua in cultu diuino ſibi magis, et inuentis ſuis inhaeret et fidit, quam ipſi Deo, cuius *aman*da eſt et adoranda beneuolentia et Φιλανθρωπία, qua modum rationemque ſui cultus ipſa *praeſcri*pſit, ne incertis, vagis, ineptis, ſaepe etiam ridiculis ritibus vagaremur, cum in hoc genere dementia hominum in profanis gentibus, immo etiam chriſtianis ſatis in promtu ſit. *Sic vero eſt* ingenium hominum, ſic eorum indoles, praeſertim plebeiorum et indoctorum, vt adhaereſcat rebus ſenſibilibus, oblita intelligibilium et caeleſtium, in illis totam religionem et ſanctitatem ponat, et poni cupiat, propterea, quod facilius eſt corpore agere, eique imperare, quam *animo:* adeo ſine incommodo fertur ad omnes eas actiones perpetrandas, quae ſpecie religionis et pietatis tinctae ſint et infucatae, nec vllam, niſi a ſeueritate, triſtitia, labore et moleſtia habeant commendationem. Quam benigne, quam ſapienter cauit his omnibus religionis chriſtianae au-

ctor

or, per praecepta eiusmodi, quae plane et ſe-
re docerent, in illis caerimoniis non eſſe ma-
mum cultum Dei aut totum, ſed longe maiora
e interna, quae mente et animo peragerentur,
lem, obedientiam, ſine quibus illa, velut men-
et ſenſu caſſa, etiam diſplicerent. Matth. XV.
m. XV. 22. v. L. Eſ. I. 11. Quid igitur iu-
it, conſcientiam, (at quanto pretio redem-
m,) ad humanas quasdam vanas, et ne hilum
uidem ad veram pietatem et liberalem animi in-
olem conferentes, adſtringi traditiunculas, et
lane in iudaismum quendam, chriſtiana forma
ncruſtatum, praecipitare miſeros. Teſtimonio
int ſaecula illa infauſta, quanta malorum ilias
x ea ſuperſtitionum copia vtramque remp. im-
erium et ſacerdotium preſſerit, ſi vel vnius illi-
s de *imaginum cultu* controuerſiae meminerimus,
d cuius, ſimiliumue, memoriam non poteſt non
ohorreſcere animus, et ſibi de temporum no-
ſtrorum felicitate gratulari. -- Varii ſunt incon-
ſultae huius pietatis fontes: religionis chriſtianae,
quoad eius ſummam et principalia capita, igno-
ratio; pietatis in externis rebus affectatio, ra-
tionis vſûs et exercitationis neglectio; nimia cre-
dulitas, in quam cadit illud *Heſiodeum*:

Πίςεις δ᾽ ἄρα ὅμως καὶ ἀπιςίαι ὤλεσαν ἄν-
δρας:

Vanus hominum metus, quo conſcientiae terro-
re perculſi facile arripiunt, creduntque, quaecun-
que ad eam aliquo modo refocillandam commen-
dantur: nam,

Prona eſt timori ſemper in peius fides,
Sen. Herc. fur. v. 316.

Ac-

Accedit φιλαυτία, foecunda illa vitiorum mat
quae ſuis inuentis, rationibusque, ita delectatu
vt odiſſe, immo variis modis, quibus in ſu
ſententiam trahantur, affligere non pudeat eo
qui aliter ſentiunt, et inde, tamquam re bene
ſta, et quaſi Deo amoris ſuis inimicitiis re
culto, admirabili quadam voluptate perfundit
Ioh. XVI. 2. Tam praeceps et inanis eſſe ſo
ſuperſtitio, vt ſuis crepundiis grauem, ſancta
diuinam religionem deformare non dubitet, m
xime ſi, ab infantia et puerili aetate illis adſuet
vis conſuetudinis acceſſerit. Ipſa inſtituta diuin
vi quadam ad ingenerandam ſanctitatem praedit
hoc modo peruertuntur, pari aut ſaepius min
ri pretio iſtis humanis habita. Etiam ex hac
na ratione factum eſſe videtur, vt tam pauca,
ſenſus incurrentia, inſtituta in eccleſia ſua vigere
pietatemque illis declarari, incendi, aliquevel-
let Chriſtus: quae ipſa, vt ſunt egregria vitae
ſpiritualis incitamenta et adiumenta, ſi mechani-
ce tantum peragantur, inſita ſua vi et poteſtat
deſtituuntur, et in meram actionem corporis, vi
tae virtutisque expertem, degenerant, et cultu
illi, animo et mente pura peragendo, inimic
ſunt et aduerſa. Ioh. IV. 24. -- Iam ſi quis hiſtori
am ſuperſtitionum ſcribere adgrederetur, in vo
lumen haud paruae molis excreſceret diſputatio
Adeo mature coeptum eſt, in his rebus ſenſibus
nimium dari. Σταυρομανίαν, aut ſingularis cu-
iusdam in *ſigno crucis* efficaciae opinionem, iam
Saec. II. inualuiſſe conſtat: Saec. IV. *Helena*, ma-
ter *Conſtantini M.* in ligno crucis Chriſti reperi-
undo, ſollicitam ſe praebuit, cuius partem Hiero-
ſolymis in capſula argentea aſſeruatam, partem
ſtatuae ſuae ab *Conſtantino M.* incluſam, narrat *So-
crates* in H. E. Eodem ſaeculo factae ſunt cre-
brae

in Palaestinam, et sepulcra Martyrum, profe- quasi hinc sanctitatis semen, salutisque cer- domum referri possit: *insitum quidem est a- sensu*, inquit *Cic. Leg. II. 2. ea amare lo- quibus versati sunt ii, quos diligimus: moue- scio quo pacto, locis ipsis, in quibus eorum, gimus, aut admiramur, adsunt vestigia.* vero adiuuisse putanda est religio, corpo- Hierosolyma, cum intus esse inciperet So- esset Aegyptus, esset Babylon: hinc pul- terrae portiones, tamquam efficacissima malorum remedia, allatae, et caro vbi- io emtae et venditae; hinc λειψανῶν, seu rum innumerabilis copia, et singu- no honorabantur, cultus; nimia sancto- lo receptorum, veneratio; singulis terris, ciuitatibus, templis, praefecti tutores, aut Dii auerrunci: *Sic alius Christopho-* uit magnus ERASMVS in *Enchir. Militis* p. 119. *singulis salutat diebus, sed non ni- a eius imagine, quo tandem spectans? , quod sibi persuaserit, sese eo die a mala tum fore. Alius Rochum quendam adorat, quod illum credat, pestem a corpore depel- lius Barbarae, aut Gregorio, certas preculas rat, ne in manus hostium veniat. Hic ieiu- lloniae, ne doleant dentes. Ille visit diui Iob , vt scabie careat. -- Hieroni cereolus accen- t res, quae periit, recipiatur. In summa, modum, quot res sunt, quas vel timemus, mus, totidem iis diuos praefecimus:* ,, -- tri- ertis locis praecipua quaedam sanctitas, et aliis Deum adorandi conuenientia, quae Gentilium quandam, in castra christiano- traductam, superstitionem notant, cf. Num. 27. 31. coll. 2 Tim. II. 8. et praeposte

 rum-

rum profanos ritus imitandi, et cum christian sacris coniungendi, studium: incredibilis illa co dendorum, ditandorum, ornandorum, amp ficandorum, templorum, sacellorum, basilicaru contentio, cum iam Saec. IV. vestirentur par tes marmorum crustis, adueherentur column rum moles, earumque deaurarentur capita, a ro splendentia laquearia conficerentur, ebore a gentoque valuae, et gemmis aurata disting rentur altaria. Paupertatem, inquit *Hieronym* domus suae pauper Dominus dedicauit, et cr eius cogitanda est, nec amandum id, quod P trus se non habere testatus est. cf. S. R. D. E. WERNSDORFFII *Hist. templi* —, *propter r surrectionis Christi locum exstructi*, Witteb. 177 Sanctorum ossium, supellectilis, terrae vener tio stulta et inhonesta: Monachorum, Eremit rum, Stelitarum ἀσκητήρια, et antra: *religi* ad numerum Psalmorum, aut precum ad men suram quasi faciendarum, ad *Rosarium*, seu line am globulorum precatoriorum, adstricta, cf. I F. MAYERI diss. de *Rosariis*, Gryphisw. Cibo rum discrimen: ieiuniorum, miraculorum a nauseam vsque confictorum, multitudo et absur ditas: lucta poenitentiae, vel in *Flagellantium* cru delem insaniam, vel *indulgentiarum* leuem indu gentiam, versa, vel corporis cruciatu, *satisfa ctionum* tormentis, peracta, vel leuioribus inepti is, pulla veste, impexo capillo, promissa bar ba, miserabili habitu, simulata. Haec aliaqu plura ecclesiae vulnera, agnoscunt ii ipsi, qu medelam adferre et poterant et debebant: c FLEVRY H. E. ad Saec. IX. et BARONII *Anna les* ad h. Saec. Suo iam tempore pinguem han et crassam religionem ERASMVS in *Enchir. mil. Christiani*, p. 135. ss. multo cum sale, et pietate ex agi-

uit: „ *adspergeris aqua consecrata, quorsum at-
modo tu internas sordes non abstergas ab ani-
Veneraris diuos, gaudes eorum reliquias con-
re: sed contemnis, quod illi reliquerunt, optimum
vitae purae exemplar: nullus cultus gratior Mariae,
si Mariae humilitatem imiteris: nulla religio sanctis
tior, magisque propria, quam si virtutem illorum ex-
re labores. Vis tibi demereri Petrum et Paul-
, alterius fidem, alterius imitare caritatem, et
feceris, quam si decies Romam cursitaris? Vis
o honore Franciscum afficere? Elatus es, admi-
pecuniae es, contentiosus es. Largire hoc diuo,
ce animos, esto modestior, contemne sordidum
, et inhia bonis animi: istum honorem pluris
Diuus ille, quam si centum ei cereos accende-
agnum quiddam putas, si Francisci cucullo ob-
s, sepulcro inferaris? Nihil proderit vestis similis
o tibi, si mores fuerint dissimiles viuo. -- Ad-
Paulli, in loculis condita, non adoras mentem
in scriptis latentem. -- Attonitus spectas tuni-
t sudarium, quod fertur Christi, et somni-
legis oracula Christi? Maximo maius esse cre-
uod crucis portiunculam domi possides: at istud
st prae illo, si mysterium crucis in pectore con-
gestes: -- Quid Iudā felicius, qui ore os di-
m pressit? Adeo sine Spiritu non prodest caro
quam, ut ne virgini quidem matri profuerit,
eum de sua carne genuit, nisi et spiritu spiri-
illius concepisset.* Nos neminem, ne Christum
dem, amplius secundum carnem cognoscimus,
Cor. V. 16. si quidem vere spirituales esse,
uamque illam creationem, Nouo T. propri-
, tueri velimus cf. b. WEISMANNI diss. *de
mine, ne Christo quidem, amplius secundum
rnem cognoscendo*, Tub. 1732. --- Reco-

gita porro illa figmenta, et plura commenta de *operationibus daemonum*, nulla, nec rationis nec Scripturae, auctoritate munita firmataque, terriculamenta talia, ad nauſeam vsque excogitata et adiumenta, ab eorum inſultibus ſe expediendi absurda, inania, ridicula, vt absque indignatione et ſtupore legi non poſſint, quae et recentiores et antiqniores de hac re collegere, vt b. HAVBER in *Bibl. magica*, theologus omnium confeſſione et pius et eruditus, Ioh. WIERVS, *de praeſtigiis daemonum, et incantationibus ac veneficiis*, L. VI. Baſil. 1585. Fictiones eiusmodi, maximam partem a Monachis Clericisque ortae, et quaestus faciendi cauſſa inuentae, infelicium illorum ſaeculorum, quibus religio Chriſti tantam eclipſin paſſa erat, euidentiſſimum praebent argumentum, eodem tempore et gradu, quo ſcientiae cultae eſſent, et ſanior philoſophia viguiſſet, iterum diſpulſae, et euaneſcentes: tenebricoſae enim tales fictiones et lucem ſcientiarum fugiunt, et ſplendorem reuelationis. -- Iam cum ſuperſtitio peſtis ſit religionis chriſtianae, quae vel hoc grauiorem perniciem adfert, quod ſpecie quidem pietati proxima ſit, cum ſingula eius genera, quotquot ſunt, veram Dei, in operibus et verbis manifeſtati, cognitionem impediant, cultum illi externe et interne praeſtandum mirum in modum peruertant, animum vanis imaginibus, cogitationibus, ἐθελοθρησκείαις, propriae iuſtitiae faſtu et arrogantia, impleant et onerent, et religionis inſitam vim et naturam, quae in conformatione mentis actionumque ad exemplar vnum omnium perfectiſſimum ſummi boni et Numinis ſita eſt, offundant caligine, ſecuritatem et fiduciam

n in vanis inanibusque rebus alant, (*) cum
im ope mysterium iniquitatis exasciatum
(**) quaenam in iis ingenerandis, multi-
andis, fundandis, partes sint Diaboli, facile col-
mus, et ex eius verae religionis peruerten-
studio euidenter intelligimus.

§. VIII.

In Gentilismo, 1) quoad idololatriam.

Artium suarum omnium thea-
m nullibi magis constituisse Sata-
, quam in *Gentilismo*, et loca
ipturae declarant, et natura rei.
ic earum omnium vim effudisse
etur, vt, quid possit, quid valeat, quid velit
peccato, in erroribns, in ἀπιςία, et agitatio-
mentium, vi quadam et commotione animi sin-
lari, in superstitione, luculenter testaretur.
ntum enim nec hominum vitiositati, nec ratio-
i defectui dederim, vt ad tam absurdas, abo-
inabiles, impias opiniones, superstitiones, et
eru-

(*) Quies illa, animique tranquillitas, quam iactitant illi superstitionum tenaces homines, in obeundis illis ritibus, vel imaginationi debetur, vel ἐνεργεία πλάνης, lusuique hostis, homines in erroribus et superstitionibus inescantis et fascinantis.

(*) De noxis superstitionis egregie, vt solet, commentatur Jll. JERVSALEM: *Betrachtungen*, p. 407. ss. Attigit has etiam *M. Aemilius*, Consul, in graui illa oratione, qua *Bacchanalia*, sacrum graecum, *Romae* et in *Italia* abrogatum iuit, *Liu.* L. XXXIX. Cap. XVI. p. 751. (ed. Ern.) "*Nihil in speciem fallacius est, quam praua religio, vbi Deorum numen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliquid immixtum violemus.*"

erubescendas Deum colendi rationes, sine alie
quodam duce et auctore delaberentur. Rom.
25 ss. Vel rationi, parum cultae, absurdum
repugnans videri debet, Deum & mundum co
fundi, opus et artificem misceri; hanc vnam v
ro confusionem, qua se extricare non poteran
tot errores, et absurdas de Diuinitate opiniones p
perisse, quis existimauisset? Ingenium humanu
in artibus scientiisque, ad vtilitatem, commo
tatem, vitaeque delectationem pertinentibus, t
solers, tam acutum, in vna illa notione D
omnium adspectabilium rerum solius artific
tam insigniter delirasse, et ad quaeuis vaniss
de Deo commenta descendisse, in omnibus ge
tibus, ab reuelatione remotis, quis sine quada
malarum mentium efficientia opinetur? Docume
ta quaedam huius rei exhibebimus: I) in *Ido
latria*. Huius vero notio recte definita ingreditur
et illustrat vniuersam hanc disputationem. Quem-
admodum ea est cultus diuini ratio, vt Summum
Numen, cui omnia debemus, reuereamur, men-
tem animumque ei deuoueamus, felicitatis no
strae fontem ab eo vnice ducamus, eique tales no
praestemus, quales nos per praecepta volunta
suae, vel in operibus, vel in lege declaratae, e
velit; ita primae sunt idololatriae origines,
quis, misso caeli terraeque Domino et Cond
tore, ad alienas res deflexerit, ad easque me
tem et studia intenderit, adeoque rei cre
tæ magis, quam creatoris, beneficii potius
quam dantis amore flagrauerit. Vere igitur & re
cte *auaritia* audit idololatria, Col. III. 5. & *ven*
cui, qui terrestria sapiunt, litant, *Deus*. Phil. II
19. Rom. XVI. 18. Natales igitur idololatriae
quemadmodum omnis peccati, proficiscuntur e
vno eodemque fonte, ex intimis cordis huma
pe

ıetralibus, cuius ea iam eſt indoles, vt naturâ
atur ad ſe creatasque res, cupiditatibus inſer-
ntes, pluris faciendas, quam ſummum illud
perenne bonum, Deum. Subtilior haec ido-
ıtria, vitioſae hominum naturae tam familia-
, fons eſt et principium illius craſſioris. Si
ur penitior quaedam notitia animi contenda-
cum experientia gentium barbararum et in-
nanarum, hae origines idololatriae luculen-
conſtabunt. Cum notabiliores vitae caſus,
ſſitudines, facta, et fata tam laeta, quam ad-
ſa, cum inſigni aliqua vi et efficacia in men-
humana coniuncta eſſent, et inſtrumento-
a, quibus procurata eſſent, vel nimia venera-
ie, vel indignatione et odio exciperentur,
ia exſtitere idololatriae genera. Cognitione e-
, et cultu veri Numinis ſemel repudiato, in-
ium humanum non poteſt non ingentibus pa-
aberrationibus. Quamuis veri ſummique
inis notio animis hominum ex inſtitutione
archarum diu inhaeſiſſet (*), cultus tamen

 in-

(*) Falſus igitur eſt Dav. Hvme, qui polytheiſmum pro antiquiſſima religione, et idolorum adorationem pro antiquiſſimo cultu diuino habuit: et hiſtorica documenta, cf. Bvddei *H. E. V. T.* p. 244. ſs. et animi humani ratio, non niſi paullatim in has aberrationes incidentis, ſi Scripturae auctoritatem non agnoſcas, hanc ſententiam ſatis reuincunt. Veri longe ſimiliora ſunt, quae de origine idololatriae in medium adfert Petr. Ivriev, *hiſt. crit. dogm.* et *cult.* P. III. c. II. p. 404. qui eam ab hiſtoriae ſacrae leui notitia, traditionisque impuris fontibus ducendam eſſe patet. Ab hominum ceteroquin adoratione idololatriam non incepiſſe, vnicuique manifeſtum erit, qui Gerardi Ioh. Vossii eruditiſſimum opus de *origine* et *progreſſu idololatriae*, Fran-

inferiorum Deorum, quibus ex opinione sua caeli terraeque gubernatio demandata esset, mox inualuit, et reliquias notitiae veri Numinis sensim sensimque euulsit; et cum quaedam sibi laeta, quaedam tristia, quaedam secunda, quaedam aduersa, euenire animaduerterent, ad summam quandam inadspectabilem intelligentiam, aliam boni aliam mali auctricem, cogitationibus deuenerunt rerumque tam innumerabilium, et dissitarum gubernatio, cum in nullas, vel maximas, vires cadere, eaque indigna summo Numine videretur, vtrique adiunxere potestates, mentesque subiectas, praestantes, naturâque humanâ superiores, quarum ministerio vterque Deus in consiliis, rerumque administratione vteretur, δαίμονας τῷ μεγίςῳ δαίμονι συνάρχοντας. Primam igitur rerum effectionem Deo, secundam daemonibus tribuebant. Sic *Plato* in σοφιςῇ hospitem hoc modo disputantem facit, p. 94. (ed. Fisch.) ἡμεῖς μέν πε κ̀ τἆλλα ζῶα, κ̀ ἐξ ὧν τὰ πέφυκεν ἐςὶ, πῦρ κ̀ ὕδωρ, κ̀ τὰ τέτων ἀδελφὰ, Θεῦ γεννήματα πάντα ἴσμεν αὐτὰ ἀπειργασμένα ἕκαςα. Τέτων δέ γε ἑκάςων εἴδωλα, ἀλλ' ἐκ αὐτὰ, παρέπεται δαιμονίᾳ κ̀ ταῦτα μηχανῇ γεγονότα. Hos satellites, et ministros, tam bonorum quam malorum diribitores, cum mundum gubernare, et pensa inter socios imperii distribuere existimarent, non poterant non vt plurimum de *religione* exulare contentiones, quum inter exteros Deos

Francof. 1668. a primo limine salutauerit, aut R. Mosis Maimonidis de *Idololatria* Librum, cum interpretatione et notis Dionysii Vossii, 1668. euoluerit. cf. quoque b. Canc. D. Cottae diss. de *religione gentili.* Tub. 1761. Warburtoni: *Göttliche Send. Mosis*, T. I. p. 139. ss. II. 22. ss.

atrios nec de dignitate], nec existimatione, de imperio certaretur: quamuis varii fingetur terrarum populorumque Dii, non vocais tantum, sed natura, virtutibus, aliisque re- differentes. Communiter distribuebantur hi in *consentes*, qui summi Numinis consiliarii es- t, eique in caelis adsisterent, quos *Ennius* his sibus comprehendit:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,

Mercurius, Joui, Neptunus, Vulcanus, Apollo:

Nec intelligentiam Satanae superant, quae praesignificauit, futura, v. 16 + 19. reputans, pro sua coniecturae sagacitate, fractum regis animum, impares vtriusque aciei vires, et diuinum de eo tollendo consilium. Nec mouemur *Siracidis* loco, C. XLVI. 23. quae nobis non est authentica interpretatio, nec *Iosephi, Iustini, Basilii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini* auctoritatibus, verum Samuelem adparuisse existimantium. Singulare porro est, consortium personati illius Samuelis valde suspectum esse, vidi ascendentes אלהים i. e. daemones, praelusores, imagines praestigiatorias, diuinatorias, nec a Samuele vero illa προσκύνησις Saulis v. 20. facile admissa fuisset. Exemplum est νεκρομαντείας, qua grauissime Deus interdixit, Leu. XX. 25 et commercii cuiusdam cum illo daemonum genere, quod *Porphyrius* L. II. *de abstinentia animantium* descripsit: γένος ἀπατηλῆς φύσεως, παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον, ὑποκρινόμενον καὶ Θεὺς καὶ δαίμονας, καὶ ψυχὰς τεθνηκότων. i. e. genus fallacis naturae multiforme et versutum, simulans nunc Deos, nunc daemonas, nunc animas mortuorum.

per atheismum, idololatriam, ſuperſtitione[m] fanaticiſmum, caecitatem, fraudem, vim, ſciuiam, impietatem, malitiam omnem, vt[e] expers vitae ſenſusque diuini. -- Quamuis [ve] Gentiles, per multa ſaecula, ſine ſpeciali ali[qua] reuelatione, iuſto Dei iudicio, viis, quas in inſipienti ſua ſapientia parauiſſent, relinq[ue]rentur, Act. XIV. 17. multis tamen et variis [mo]dis, iisdem ſe teſtatum voluit Deus, *Aegypt[iis]* *Syris*, *Cananaeis*, maximis ſe et euidentiſſi[mis] miraculis manifeſtando, eorumque famam [la]te propagando, voluntatem ſuam ipſis rerum [ne]ceſſariis perfectionibus operibusque, immo i[n] ipſorummet animos et conſcientias, declaran[do] Act. XIV. 17. XVII. Rom. I. II. gratiae cuiusd[am] generalis inſtrumenta excitando, quae certa ratio[ne] prophetarum miniſterio fungerentur, vt *Pyth[a]goram*, (*) *Platonem*, *Socratem*, qui ob inno-cen-

(*) Eximium locum, qui in *Plutarchi* Opp. T. I. N[u]*ma*, p. 258. (ed. Reiskii) exſtat, et *Pythag[oras]* de ſummo Deo mentem exponit, non poſſum [non] addere: Pythagoras ὔτε αἰσθητὸν, ἤ πα[θη]τὸν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑ[πε]λάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον, καὶ ὗτος διεκώλυ[]σεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θ[εοῦ] ῥωμαίους νομίζειν. ὐδ᾽ ἦν παρ᾽ αὐτοῖς [] γραπτὸν, ὔτε πλαστὸν εἶδος Θεῦ πρότερ[ον] ἀλλ᾽ ἐν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔ[τε]σι ναὺς μὲν οἰκοδομῦμενοι καὶ καλιάδας [ἱε]ρὰς ἱστῶντες, ἄγαλμα δ᾽ ὐδὲν ἔμμορφον π[οιού]μενοι διετέλυν. ὡς ὔτε ὅσιον ἀφομοιῦν [τὰ] βελτίονα τοῖς χείροσιν, ὔτ᾽ ἐφάπτεσθαι Θ[εοῦ] δυνατὸν ἄλλως ἤ νοήσει. Pythagoras neque ſen[ſui] aut vlli dolori expoſitum rerum principiu[m] eſſe, ſed inuiſibile, incorruptum, ſola men[te] ex-

item vitam vel Christianis admirabilis, et ex pugnata idololatria aliquo modo martyrii gloria gnus censeri potest, (certe non sine quodam sterio, et praeparatione hominum ad R. C. tanaestimatus est apud omnes, ob introductam rum philosophiam, vsumque sanae rectaeque ionis,) vt *Aratum*, Act. XVII. 28. *Epimeni*s, Tit. I. 12. *Menandrum*, 1 Cor. XV. 33. ria iudicia exercendo, gentes, honestatis amantes, in coeptis, institutis, bellis secundando, as, ad quaeuis flagitiorum genera proiectas, ferendo: ad gratiam suique agnitionem inuido, Ps. LXVII. 2. ss. CXVII. per praeconium ophetarum, vt *Ionae*, cuius praeconium conctum erat cum miro effectu mutationis Niniarum in melius, et deprecationis criminum nuae, agnitionis Iehouae, caeli terrarumque us Domini, nec non inuidiae cuiusdam iudai, minusque euangelicae, ipsius prophetae, ex ulari illa Dei indulgentia erga Niniuitas, et parationis ad gratiam N. T. omnibus omnium um, gentium, temporum communem, et terum vniuersitati destinatam, amplectendam. is sine gratiae diuinae auxiliis, tot pulcherria omnium virtutum decora, quae passim in *edaemoniorum*, in *Persarum*, in *Atheniensium*, *Romanorum* annalibus referuntur, et cum

existimauit apprehensibile. Hic etiam vetuit (Numa) Romanis, hominis, vel bestiae formam tribuere Deo; neque fuit vlla apud eos ante vel picta, vel ficta imago Dei, sed primos centum septuaginta annos templa exstruxerunt, et cellas Diis, simulacrum per id temporis nullum habuerunt; nefas putantes, angustiora exprimere humilioribus, neque concipi aliter Deum, quam mente, posse.

magno nostro pudore referuntur, exstitisse ex-
stimet? Quot ingenuos viros commendat histori
qui fidem pecuniâ, qui pudicitiam vitâ poti
rem habuerunt? qui prosperis rebus neque in
lescere, neque aduersis frangi potuere? qui h
nesta pericula voluptatibus antetulerunt? qui h
nores, opes, diuitias, fortunae dubia comm
da, veri rectique studio et amori posthabuerun
quis non admiretur *Phocionis* sanctitatem, *Fab
cii* paupertatem, *Camilli* magnanimitatem, *Br*
seueritatem, *Reguli* fidem, *Catonis* integritaten
Aristidis iustitiam, *Socratis* inexpugnabilem co
tinentiam? Adeo numquam vlli hominum, v
inter Gentiles, defuit diuina prouidentia, a
mitiorem animi indolem iuuandam, vt etiam s
mina diuinioris virtutis, arcana gubernatione
vel inter Gentiles spargerentur, et fouerentur
λόγῳ, cui semper volupe erat, esse cum *homi-
num* genere. -. Quod ad *ecclesiam* attinet, ante di-
luuium nulla adferri possunt idololatriae vestigia,
quamuis perditissima esset, et exulcerata valde ho-
minum illius aeui conditio: cum vero aetatem
diluuium secutam, ea pestis mox misere infeci
set, grauissimis interdictis populo suo ab idol
rum cultu prospexit et cauit, eiusqne *κακοζηλί*
erga Gentilium sacra repressit, (Exod. XXII. 2
XXXIV. 14. Ps. CXV. 3-8. Ies. XLI. 6. ss. et in
numeris locis,) numquam se vlla specie visibi
conspiciendum praebuit, Deut. IV. 16. ss. quid
quod omnis diuina oeconomia eo comparata e
rat, vt perpetuam seiunctionem ab ceteris Gen
tilibus aleret, firmaretque, vt ab idololatriae con
tagio, ad vniuersi fere orbis exemplum quo com
muniori, eo nocentiori, arcerentur Israëlitae
huc spectabat legislatio, Eph. II. 14. qua, tam
quam pariete, discernerentur, et sabbati in

utio, cuius conseruatio publica erat de Deo, li terraeque conditore, rerumque omnium, ab us nutu pendentium, sustentatione, confessio. ec notasse interest omnium, ad ἀπολογίαν viam Domini, eiusque sanctitatis et bonitatis adlandam. Quis denique trigam librorum *Ciceis de Nat. D.* attente perlustrauerit, quamuis ılta praeclare ibi dicta sint, nec gratias agat o, beneficium reuelationis offerenti, et de sua tura longe saniora edocenti?

§. IX.

2) varia diuinationum generá.

Nulla re magis se *simiam* Dei xit Satanas, quam *variis diuinaum* generibus, quæ inter omnes ntes, sua culpa a notitia veri Dei nas, frequentata esse, indubiis mentis proditum est. Adeo omnia sibi imilatus est hostis, quae in populo peculii sanme olim sanxisset Deus. Indulsit eius infan, pro insigni sua liberalitate, prophetias, sonia, sortes, visiones, oracula ex adytis, renſa per Vrim et Thummim, (*) nec eum vmam, tam de praesenti statu, quam de futuro plae ignarum, esse siuit. Hos vero omnes, occul et maxime futura, cognoscendi modos, iner Gentiles imitatus est Satanas, vnde tot diuinaionis genera, sortilegia, auguria, haruspicia, ῥαβδομαντεῖαι, νεκρομαντεῖαι exstitere. (**) Principes

(*) *Vrim et Thümmim* qua ratione recte concipi debeant, egregrie exponit b. D. CRVSIVS in *Hypomn.* T. I. p. 58. — 67.

(**) SPENCERVS *de legibus hebraeorum ritualibus et earum rationibus*, (ed. Lipſ.) p. 781. ſs. hunc ordi-

cipes in artibus diuinandi fuere *Chaldaei*, quibus memorat *Diodorus Sic.* L. I. p. 81. ex cuisse τὴν διὰ τῶν οἰωνῶν μαντικὴν, ἐνυπνίων, καὶ τεράτων ἐξηγήσεις, καὶ τὰ περὶ τὴν ἱεροσκοπ Maxime vero in astrologiae studium multum perae contulere, propterea, quod συμπαθεῖ ἐπίγεια τοῖς οὐρανίοις. cf. *Cicero*, Diu. I. 1. His mnibus grauissime interdixit Deus populo suo, Deut. XVIII. 10. 11. vbi inter vanarum arti magistros, primus occurrit:

1) קֹסֵם קְסָמִים LXX. *μαντευόμενος μαντείαν*, Arab. *secare*, *animalium corpora dissecare*, v tit Ill. MICHAËLIS; *der aus den Eingeweiden*

dinem inuertit, Deum affirmans, varios nandi modos Hebraeis indulsisse, quod ap teras gentes obtinuissent, et Deo iam res cum difficili populo, et ad speciosas, fe que gratas, omnium gentium vanitates et su stitiones proiectissimo. „Inter ea, ait, q priuilegiorum loco aestimata, ob saeculi more et σκληρότητα τῶν τρόπων populo iudaic concessa sunt, primas habent oracula, somni Prophetiae, et huiusmodi diuinationum gene quae gentis illius infantiae et peruicaciae conce debantur. Nam gentibus antiquioribus, *Aegy ptiis*, *Chaldaeis*, *Cananaeis* etiam, non deerant pro phetiae, sortilegia, somnia, vocales imagines et oracula; quibus huius saeculi Deus diuinitatis suae mentitae fidem firmare studuit, *connatum* illum futura cognoscendi pruritum scalpsit, et animos hominum sibi et cultui suo deuinctos tenuit. Cum itaque Iudaei non minori futurorum studio, et arcana cognoscendi cupidine ducerentur, eorum vanitati somnia, prophetias, oracula, dedit benignus Deus; ne ad oracula, vel ariolos ethnicorum confugerent, et multo *feli*cius cum idololatris, quam se ipsis, (modo prophetiâ destitutis,) actum existimarent."

re *wahrsaget*, extispex, haruspex, alii,
, qui sciscitetur hariolos, intelligi volunt.
MÜNSTERVS, et ANT. VAN DALE
pretantur de eo, qui variis sortilegiis,
tipulatione de rei suscipiendae euentu per-
etur. Nos *generatim* intelligi eum puta-
, qui illicitam quandam et superstitiosam
nandi artem prae se ferat, et exerceat;
enim etiam in bonam partem adhiberi vi-
, Prou. XVI. 10. 2 Reg. XVII. 17. et Ez.
I. 28. LXX. στοχαστὴς, coniector, diuinus,
m. XV. 23. *peccatum diuinationis* est *inobedien-*
qui attendit ad signa non naturalia, dae-
ium doctrinis attendit. Iam diuersae diui-
onis partes recensentur:

מְעוֹנֵן LXX. κληδονιζόμενοι, omina captan-
, Ill. MICHAËLIS: *der aus den Wolken weis-*
. Pro diuersa, vnde ducitur, vocis ori-
, diuerse exponitur. Qui ab עָנָן nubes, de-
nt, hac voce obseruatores caeli intelligunt,
ologos iudiciarios, genethliacos, qui è na-
ndi momento vitae euentus praedicerent,
netarios, *Babylonios* et *Chaldaeos*, strictim di-
s., qui è stellarum varia positione, è nu-
im colore et motu, futura vel bona vel ma-
praedicerent, nubium spectatores. Qui ab עָנָה
pondit, deducunt, interpretantur vocem de
guribus, haruspicibus, qui quid omina, o-
nta, prodigia, significarent, explicabant, aut
tura, vel prospera vel aduersa, ex auium
rritu, volatu, ex inspectione extorum, a-
sque rebus, quae circa sacrificia euenirent,
terpretabantur. *Cocceius* ἔτυμον עַיִן esse dicit,
nc מְעוֹנֵן ipsi est illusor oculorum, fascinator,

 prae-

praestigiator, qui pedum manuumque agili spectatorum oculos fallere didicisset: ψηφοπαίκτης: aliis est somniorum obse ὀνειροκριτικὴν doctus. His praeferenda tur eorum sententia, qui מְעוֹנֵן ab cunt, et significari putant eum, qui *di es*, *menses*, *annos*, *tempora*, negotiis idonea et opportuna, obseruat, sic PA CHALD. ABEN ESRA, KIMCHIVS, RVS, J. SEB. MITTERNACHT in *Co* de מְעוֹנֵן Jenae 1754. LVTHERVS, hic est horarum obseruator, ex calendario temporis discriminator, (*Tagwähler*,) q semper vel inter Christianos exstare con *Vigilias Andreanas* sequior sexus obserua Mercurii a multis inter nefastos habetur, *cae* mensem *Augustum* ceteris auspicatior istimant.

3) מְנַחֵשׁ LXX οἰωνιζόμενος, JII. MICH *der aus Schlangen weissaget.* Hesych. γὰρ λέγεται εἰς τὰς μαντείας τὺς ὄφεις ὺς κ̀ οἰωνὺς ἔλεγον. cf. *Coccejii* Lexicon Schulz.) p. 780. Communiter interpr de iis, qui omina captant, auguria ex cantu volatuque auium, et tripudiis rum futura augurantur, extispices, har ces, qui ex dissectis victimis, Ezech. XXI. Dan. II. 27. IV. 4. vaticinabantur, chaldaeo גזריא. Haec aliaque superstitionis genera Chaldaeis, Aegyptiis, ad Graecos et Roman transierunt.

4)

שאל אוב LXX ἐγγαςρίμυθος. אוב vtrem denoat, Hiob XXXII. 19. Jll. Michaëlis: *Schwarzkünstler;* intelligi videtur ventriloquus, tale genus hominum, qui veluti vtres turgescerent, x quorum ventre, aut partibus obscenis, impurus spiritus responsa dare existimabatur. אוב videtur vis quaedam et facultas denotari, aut spiritus, qui certis artibus eliciebatur, vt responderet ad ea, quae ex eo quaererentur, aut quacunque ratione vel futura vel occulta indicaret. Endorensis illa mulier, 1 Sam. XXVIII. 7. אוב בעלת audit. (*) Spiritus hoc modo ma-

Ii 5 gi-

(*) Narratio de praestigiatrice, Pythonissa Endorensi, quamcunque eligas sententiam, multis obsepta est difficultatibus. Sunt, qui meram aliquam fraudem, glaucoma, illusionem mulieris vaferrimae intercessisse perhibeant, vt Balth. Bekkervs, *Mund. fascin.* L. III. cap. VI. Ant. Van. Dale, de *origine* et *progressu idololatriae*, c. IX. p. 620. ff. et diss. I. de *oraculis vet. Gentilium*, c. II. p. 24. Ill. Michaelis, *Vebers. A. T. T. V.* P. II. *Anm.* p. 87. ss. S. V. D. Froriep, in *thes. theol.* Erf. 1778. p. 6. Christ. Thomasivs. Sunt, qui *verum Samuelem* ex mortuis excitatum fuisse existiment, haec communior Pontificiorum sententia est, et D. Patrick Delany, Ven. Roosii in *Fußstapfen des Glaubens Abrahams*, p. 471 - 475. Thom. Stackhovse, *Lehrbegriff* T. IV. p. 474 - 484. Sunt, qui *spectrum, ludibrium* Diaboli, obuersatum esse autument, carmine theurgico euocatum. Haec communior est nostrae ecclesiae interpretatio, sustenta auctoritatibus, Lvtheri, Melanchthonis, Pevceri, Brentii, Salom. Devlingii, Avg. Pfeifferi, Bvddei, Crvsii, *Hypom.* T. I. p. 27. Grotii in *Annott.* ad h. l. Rambachii in *Annott.* ad Stackhovsii *Lehrb.* p. 284. Contra primam

gica arte euocatus voce humili aut submissa velut murmuratione quadam, responsa dab

mam sententiam in primis militat illud, comprehendi, quomodo mulier res praedict v. 17. ff. praescire potuerit, tanta fiducia, rer politicarum non adeo gnara, immo regi, lu inhians, si suam rem egisset, sine dubio fall spe felicissimi exitus, assentata, fausta quae et fortunata significasset, tantum abest, vt eum id genus hominum insectantem, et grauissi in eos animaduertentem, tam tristi et lament bili fato perterrefecisset: tum plures in hac sen tentia sumtiones in auxilium vocantur, quaru nulla sunt in contexto vestigia. Contra alteram vix probabile videtur, reprobo regi, cui respon sa viuorum prophetarum denegarentur, conc sum esse mortui oraculum: adparuisset Samuel vel Dei iussu et permissione, vel monis artificio, illi sumtioni refragatur, indignissimum Deo videatur, necromantis probitatem, grauissime aliâs plexam, conf se, cum Deus ἑαυτὸν ἀρνήσασθαι non pos huic, vix videri, qui vlla talis potestas in sa ctam Samuelis animam Cacodaemoni tribui pos sit, certe sanctorum animae non subiectae sunt magicis carminibus et euocationibus. Quamuis igitur Samuel dicatur, v. 15. κατὰ δόξαν Saulis, non κατ' ἀλήθειαν intelligi debet. Saul rex perturbatae, et in transuersum actae mentis, cui propositum erat:

Flectere si nequeo superos, Acheruntia mouebo,

aestimauit rem ex figura, non suis, sed pythonissae oculis vsus. Spectrum igitur videtur et exsecrandum Satanae ludibrium, Saulem in errore et superstitione fascinantem. Talis ἀλλοιόχρωμον est Satanas, qui Dei, Christi, angelorum lucis, formam assumere non veretur, qui versipellis veteratorios subinde mutat colores, nec vn-

. XXIX. 4. Daemonis alicuius maligni operam ic intercessisse, minus dubitari posse videtur, od eundem ex puella, quae dicitur habuisse εῦμα πύθωνος, Act. XVI. 6. expulisset Paul-s, quamuis praeclarum aliquod testimonium diuina eius missione exhibere videretur, *rum*, inquit BENGELIVS *in Gnom.* h. l. *tali limonio non erat opus, ne Paullus videretur commercium cum hoc spiritu habere.* Secundum Hebrae-

vnquam periculosior, quam vbi rem Dei et Christi agere videri vult, Act. XVI. 16.

Malus bonum quum simulat, tunc est pessimus.

Nec intelligentiam Satanae superant, quae praesignificauit, futura, v. 16 - 19. reputans, pro sua coniecturae sagacitate, fractum regis animum, impares vtriusque aciei vires, et diuinum de eo tollendo consilium. Nec mouemur *Siracidis* loco, C. XLVI. 23. quae nobis non est authentica interpretatio, nec *Iosephi*, *Iustini*, *Basilii*, *Ambrosii*, *Hieronymi*, *Augustini* auctoritatibus, verum Samuelem adparuisse existimantium. Singulare porro est, consortium personati illius Samuelis valde suspectum esse, vidi ascendentes אֱלֹהִים i. e. daemones, praelusores, imagines praestigiatorias, diuinatorias, nec a Samuele vero illa προσκύνησις Saulis v. 20. facile admissa fuisset. Exemplum est νεκρομαντείας, qua grauissime Deus interdixit, Leu. XX. 25 et commercii cuiusdam cum illo daemonum genere, quod *Porphyrius* L. II. *de abstinentia animantium* descripsit: γένος ἀπατηλῆς φύσεως, παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον, ὑποκρινόμενον καὶ Θεὺς καὶ δαίμονας, καὶ ψυχὰς τεθνηκότων. i. e. genus fallacis naturae multiforme et versutum, simulans nunc Deos, nunc daemonas, nunc animas mortuorum.

braeos, qui habet pythonem, vocare solet m
tuum, qui inter Magi illius femora, vel i
axillas, in locis immundis adparet, loq
voce submissa, perinde quasi vox illa ex
funda ascenderet terra. Alia Pythonis sp
eiusmodi erat, vt *cranium* mortui consuler
et responsum inde quaereretur. Graecis d
batur talis πύθων, ἐγγαστρίμαντις, στερνό
τις, *Platoni* Εὐρυκλεὺς, ab Eurycle quodam
Sophistam, p. 70. (ed. *Fischeri.*)

5) דֹּרֵשׁ אֶל־הַמֵּתִים LXX ἐπερωτῶν τοὺς νεκρούς,
MICHAËLIS: *der die Todten herausrufen*
Significatur νεκρομαντείας aut νεκυομαντεία
perstitio, qua noctu iuxta sepulchrum
tuorum, *Psychomantium* dictum, cf. *Cicer*
I. 16. necromantici, cum se prius ieiun
cerassent, iuxta ossa mortuorum oppre
re, mira in somnis se videre praedicarent
uocari posse contenderent animos defunct
a quibus futura, aut quae scire auerent
discerent: vsitatissimum inter Gentiles su
stitionis genus, νεκύια, inquit GROTIUS
Annott. in V. T. p. 170. *omnium divination*
antiquissima, *et signum creditae* τῆς τῶν ψυχ
διαμονῆς, *frequenter id factitatum in Oriente d*
cimus ex Aeschylo et Herodoto, *immo et Home*

6) יִדְּעֹנִים LXX τερατοσκόποι, MICHAËLI
Zeichendeuter, prognosticorum interpretes. H
braei hariolos significari hac voce fingunt, q
os cuiusdam animantis, quod ידוע vocatur
inter dentes ponant, et mira loquantur, illiu
ope. Addunt mirabilem fabulam, quomod
animal illud generetur, et magno periculo in
fer

ficiatur. -- Iudaico ingenio digna exposi-
! Praeter haec alia quoque frequentata sunt
iinationum genera, quae nomine tantum in-
gitabimus, (*) πυροσκοπία s. πυρομαντεία,
θυομαντεία, ἀνθρωπομαντεία, γαιομαντεία,
ομαντεία, κληρομαντεία, γοητεία, θεομαν-
ία, λεκανομαντεία, κατοπτρομαντεία, κρυ-
λλομαντεία, δακτυλομαντεία, ὀνυχομαν-
ία, κοσκινομαντεία, κ. τ. λ. στοιχομαν-
ία, ῥαψωδομαντεία, (qua temere arre-
o poëtae cuiusdam libro, quicquid primum
ulis se obiecisset, pro sorte id et oraculo ha-
retur.) Enatae sunt hoc modo *sortes biblicae*,
iibus iam nemo facile pius Deum tentauerit;
c enim Act. I. 26. nec Luc. IV. 17. defendi
ssunt, quamuis piae sortes biblicae meliores
deantur homericis et virgilianis. Egregie de
s commentatur b. Canc. D. COTTA in diss.
sortibus sanctorum. 1758. -- Haec aliaque plu-
diuinationum genera communia fuere gen-
ius, a cognitione veri Dei alienis. Sortes,
cula, vates, ostenta, prodigia, responsa,
ngulis fere negotiis adhibebantur, nec in-
ultiores tantum et barbarae, sed cultiores et-
am, multum iis tribuerunt. Superstitiones hae
ab

(*) Auctores, qui de his vt plurimum vanis et nugatoriis artibus, vt astrologia diuinatrice, auguriis, praenotionibus, μετωποσκοπία, Chiromantia, Talismanibus, (imaginibus insculptis gemmis vel metallis, occulta quadam cum astris συμπαθεία praeditis, ad profligandum morbos, ad bigendum animalia vel congregandum, ad securitatem loco praestandum, corpus contra ictum muniendum, ad obtinendum victoriam,) commentati, tempus et operam perdidere, recenset MORHOFII *Polyh.* T. II. L. III. p. m. 450 - 461.

ab ortu ſolis profectae, omnem terrarum orb… peragrarunt. *Ea apud Germanos conſuetud… vt matres familias eorum ſortibus et vaticina… bus declarent, vtrum proelium committi ex v… ſet, nec ne.* Caeſar B. G. I. 50. et *Tacitus* … *IV. 6. vetere apud Germanos more, quo ple… feminarum fatidicas arbitrantur.* Plena ſu… mnia veterum volumina harum nugar… quamuis intelligentiores inanitatis earu… vanitatis aliquid ſubodorarentur, vt diuiſ… ſent de iis ſententiae. *Velleius*, Epicurea… tionem ſecutus, apud *Cicer.* Nat. D. II. 6… hil tam irridet, quam praedictionem r… futurarum, mihi, (*Balbo*, Stoico,) vi… vel maxime confirmare, Deorum prou… conſuli rebus humanis: eſt enim profect… natio, quae multis locis, rebus, temp… apparet, tum in priuatis, tum maxim… blicis. Multa cernunt haruſpices; m… gures prouident; multa oraculis decla… multa vaticinationibus, multa ſomniis, … portentis: quibus cognitis, multae fae… hominum ſententia atque vtilitate partae, … ta etiam pericula depulſa ſunt. Haec igitu… ue vis, ſiue ars, ſiue natura, ad ſcientiam … rum futurarum homini profecto eſt, nec a… cui, quam a diis immortalibus data. Quae … ſingula vos forte non mouent, vniuerſa cer… tamen inter ſe connexa, atque conjuncta m… uere debebunt.„ Sic etiam *Tacitus* Hiſt. I. 22 „ mathematici, (i. e. aſtrologi) genus homi… num potentibus infidum, ſperantibus fallax … quod in ciuitate noſtra et vetabitur ſemper, et retinebitur.„ *Cicero* hanc cauſſam in duobus de diuinatione libris plene accurateque pertra- ctauit. L. I. inducitur Frater Quintus, defen- dens

dens omne diuinationis genus, cuius duo facit genera, vnum *artificiosum*, alterum *naturale*; illud constare partim ex coniectura, partim ex obseruatione diuturna, quorsum referendi sint ext.spices, et qui è fulguribus futura praedicant, alterum *naturale* eorum, qui vel per furorem vaticinentur, aut animo, per somnum sensibus et curis vacuo, prouideant: confirmantur haec non tam rationibus, quam exemplis, consensu gentium, philosophorum, poëtarum: tum hac argumentatione vtitur: si sunt Dii, neque ante declarant hominibus, quae futura sunt, aut non diligunt homines, aut, quid euenturum sit, ignorant, aut existimant, nil interesse hominum, scire, quid futurum sit, aut, non censent suae maiestatis, futura hominibus praesignificare, aut ea ne significare possunt. His *Cicero*, Academicus, L. II. obuiam it, vt singula diuinationum genera, primum artificiosum, haruspicinam, siue praesignificationem futurorum ab extis, *fulgura* et *fulmina*, *ostenta*, *auspicia*, *omina*, *sortes*, *Chaldaeorum rationem*, tum naturale, *futurorum per furorem praedictionem*, *somnia* excutiat, et quare reiicienda sint, demonstret. cf. *argumentum*, quod vtrique libro praefixit S. V. D. ERNESTI. Nos putamus, vaticinia quadripartita dici posse, *naturalia*, *humana*, *daemonica*, *diuina*. 1) Abiudicat quidem animae *naturalem* facultatem vaticinandi b. D. CRVSIVS in Hypomn. T. I. p. 10. ss. Rem vero sic concipio: *abyssus* animi cum tanta sit, vt nulla ratione penetrari possit, experientiam consulamus necesse est, si de eius operationibus recte iudicare velimus: iam inesse ei sensus cuiusdam interni praenotionem, aut sagacitatem quandam praesentiendi futura,

ir

in his minorem, maiorem, certiorem, in certiorem, quemadmodum omnes animi facultates in his illisue extensionis vel intensioni vi variant, vsui et experientiae consentaneum videtur. Sic non omnia mentis praesagia, somnia, de futuris euentibus maxime fortuitis reiicienda videntur. Morti propinquiores saepenumero, in vltimis vitae horis, punctum temporis, quo ipsis moriendum sit, praesignificare certum est. Nec negari potest, magnam esse animi vim, seiunctam ab corporis sensibus vt saepius somnians saniora et meliora percipiat, cogitet, meditetur, elaboret, quam in statu vigiliae, cur igitur somno solutus corpore, non cernere nonnunquam possit ea, quae corpori permixtus videre non possit. Hanc naturalem facultatem diuinandi, seu praenoscendi futura, inesse menti humanae, *Ammonius* statuit apud *Plutarchum*, et philosophus Gallus, *Petrus Petitus*, aliique. Haec sunt quidem eiusmodi, vt in iis explicandis, aut cum suis sententiis, de animi viribus et facultatibus conciliandis, philosophorum hebescat acies. Excell. PLOVCQVET in diss. de *speculationibus Pythagorae*, p. 21. hanc praesagiendi facultatem ita concipi posse docet: „*Homo praeter cogitationes intellectuales, excitat quoque ope facultatis imaginandi, varias imagines, tam in statu vigiliae quam somnii, modo ordinatas, modo inordinatas et confusas. Imagines hae sui originem debent maxime motibus in cerebello, a variis caussis pendentibus. Si igitur Deus inde à principio rerum quaedam corpora organisata ita disposuit, eaque cum mundo ita coordinauit, vt certae imagines respondeant certis euentibus, eo modo, vt crebrior experientia certo doceat, datas imagines sequi tales et tales euentus,*

ne-

ut vnquam a regulis obſeruatis factam fuiſſe exceptionem; apparet, eo caſu facultatem praeſagiendi homini tribui poſſe. Nihil heic praeſtruitur, quod aduerſaretur vel naturae animae, vel corporis organiſati, vel regulis mundi ſyſtematicis. „ 2) *Humanum* vaticinium illud eſt, quod oritur ex nexûs, quo res inter ſe coniunctae ſunt et copulatae, perſpicientia, quae, quo illam ratio, experientia, vſus rerum, hiſtoriae notitia, prouidentiae diuinae accuratior inſpectio, eiusque documentorum inter ſe collatio, firmiorem reddiderint, eo ſubtilior erit et praeſtantior. Cum omnes rerum vniuerſitatis partes arctiſſimo quodam inter ſe nectantur vinculo, cum tam eorum, quae ſimul ſunt, quam quae ſe mutuo excipiunt, ſtatus è ſtatu educatur, omniaque rationem habeant in colligatione cauſſarum et effectuum, diuinitus ſtabilita; praeterea quaelibet mens intelligens centrum quoddam ſit ſingulare, ad quod mutationes et euolutiones ſtatuum in vniuerſa machina mundi referantur, ſatis intelligitur, quî fieri poſſit, vt ſimiles ſtatus praecedentes cum ſimilibus conſequentibus comparari queant, vt ex mutua collatione, crebrius inſtituta, è conſequentibus antecedentia, et regreſſu recte inſtituto, ex antecedentibus conſequentia erui poſſint, ita tamen, vt mens intelligens ſe contineat intra fines, quibus definita eſt diuinitus. 3) *Daemonicum* illud eſt, cum hae mentes colligationem cauſſarum et effectuum ſubtilius multo, nobis homuncionibus, peruideant, cum multorum annorum experientia edoctae ſint, cum ſingularis ſit naturae praeſtantia, cur non ex pleniore et perfectiore ſcientia cauſſarum affectus, probabiliſſime ſecuturos, praeſignificare

possint, vix videtur. Bonis certe angelis ha facultatem nemo facile abiudicet: ad malos non aeque pertineat, non intelligitur, cf. CRVSIVS l. c. p. 31. §. 21. Cel. PLOVCQVE ib. „*Si genius quidam, de quorum exsistentia tam ratio, quam S. Scriptura facit certiores, teria subtiliori vestitus, format phaenomena quaedam vel visu, vel auditu, vel tactu, vel sensu quodam interno perceptibilia, eaque constanter pro suis differentiis sequuntur euentus, suis differentiis correspondentes exacte, et per inductionem confirmatum sub hisce conditionibus ea praeuideri possunt de quorum praeparationibus is, cui eadem praefigurantur, eo tempore, quo phaenomena dicta apparent, adhuc plane nihil compertum habet.*„ De *diuinis* vaticiniis testatur omnis reuelatio vt *Sociniani* valde errent, qui rerum contingentium, et eorum, quae ab hominum libertate pendent, consiliorum scientiam ipsi Deo tribui posse negant, cf. LEIBNITIVS *Theod.* §. 364. „le Dieu des Sociniens semble ignorant, impuissant, comme le Dieu d'Epicure demonté chaque jour par les évenemens, vivant au jour la journée, s'il ne sait, que par coniecture ce, que les hommes voudront. Ies. XLI. 26. prouocantur Gentiles cum suis Diis, quorum afflatu fatidicos futura praesignificare posse iactitent, vt cum vero summoque Numine, eiusque prophetis, contendantur. C. XLVII. 8-11. caecitatem et vanitatem *Chaldaeorum*, quod in suis ipsorum fatis praeuidendis tam insigniter caecutiant, exagitat propheta et solius Dei, futura certo significandi, vim propriam vindicat, C. XLII. 9. — Quod iam ad illos superstitiosos futura praecognoscendi modos attinet, necyomanticos, le-

romanticos, hydromanticos, auguria, in
ibus caussae et effectus ne cogitari quidem
test nexus, naturali illa futura cognoscendi
piditate abusus est hostis, vt illi innumeras
udes subiicere posset, in gentibus, veri Dei
sciis, omni spe et fiducia in prouidentia diui-
vacuis, de futuris euentibus anxiis, diui-
eque rerum omnium gubernationis nullam
tionem habentibus. Multa omnino debentur
posturis hominum, infrunitam multitudinem
s rebus fascinantium, multa sacerdotum, ma-
rum, vatum sagacitati, auctoritatem suam
rebus ciuilibus firmantium, multa vero et-
daemonum efficientiae, morali certe, immo
physicae, qui sua ministeria his rebus ad ido-
rum cultum muniendum, religionemque,
superstitionibus refertam, firmandam, con-
unt vi quadam superiori, vt furere, emo-
e mentis esse viderentur. Act. XVI. 16.
lim igitur omnem excludi vim potestatemque
boli, daemonumque, in his rebus, cum Bek-
ro, Ant. Van Dale, aliisque pluribus.
d vero ingens christiani nominis opprobrium
, vel inter eos, qui sacris his initiati sunt,
meliora edocti, per omnia saecula, inprimis
a, quae reformationem sacrorum, ministerio
vtheri factam, antegressa sunt, complures
titisse, qui talia deliramenta a Gentilibus re-
nuissent, et eos, quos diximus, occulta, et
tura maxime cognoscendi modos, additis in-
super aliis, aeque absurdis, exercuissent, sin-
gularis cuiusdam honoris significatione ab plebe
ignobili et nobili, docta et indocta, recepti et
consulti, id quod ex recentiori illa *Schroepfe-
riana* tragoedia constat, de qua cf. S. V D Er-
nesti *progr. ref.* 1775. in vernaculam linguam

translatum a Cel. D. SEMLERO, et adpendi
loco *den Sammlungen von Briefen und Auff*
über die Gaßnerischen und Schröpferischen Ge
beschwörungen, mit eigenen vielen Anmerk
herausgegeben von Ioh. Sal. Semler, 1 St. 1776
nexum. O quam beatam oeconomiam,
omnia ad *fidem* refert, in prouidentia di
placide recumbentem, et his omnibus art
facillime carentem!

§. X.

3) specia- tim oracula.

Gentilium religio nulla re
gis sustentabatur, quam *Ora*
quorum origo incerta est, sed
quissima fuerit, necesse est,
Mosis tempora anteuertere videatur. Ap
gyptios frequentissima fuere, teste *Herodo*
C. 83. (ed. *Reizii*) p. 169. *Mineruae* in v
Dianae in vrbe *Bubasti*, *Martis* in vrbe *Pap*
Iouis Thebis, a quo originem duxisse ferunt
Ammonis in *Lybia*, quod *Alexander* M. teste
riano & *Curtio*, tanta religione, viaeque
cultatibus superatis, adiit, et illud *Iouis D*
naei in *Thesprotia;* alia fuerunt *Delphicum* in
otia, seu Pythium, celebratissimum illud et
xime frequentatum, *Trophonium*, *Amphia*
Branchidarum in *Milesia*, *Sabaeum in Phocide*,
que. Philosophorum gentilium sententiae de
raculis, *Stoicorum*, *Peripateticorum*, horumq
principis *Aristoletis*, *Epicureorum* sibi non co
stabant, aliis ea ex naturali quadam, et homin
bus insita, vaticinandi facultate ducentibus, ali
ex singulari aliqua temperie telluris, eiusque v
poribus, et exhalationibus, illa proficisci existima
tibus, aliis daemonum instinctum, opemque
aux

ilium vocantibus. Imitationes videntur, et ulacra illius commercii, et consuetudinis, homines, in infantia mundi, dignatus est Deus, quam filiolos, duce et ὁδηγῷ in omnibus igentes. Quemadmodum vniuersa Gentilium ra, sacrificia, cultus, lustrationes, expia- es, *traditionis* cuiusdam impurae et deprauatae ctus videntur. Adeo incredibilem illam συγ- κάβασιν Dei, qua se ad populi israëlitici inge- m demitteret, Deum suum in quauis ancipiti grauiori re consulere iussi, vel per prophetas, per sacerdotem summum, eiusque auctora- ntum, Vrim et Thümmim, in rem suam ver- e, et peruertere non dubitauit Satanas. Hinc tres de *oraculis* Gentilium ita sensisse constat, vt emonas operari in simulacris, impuras men- sub statuis et imaginibus consecratis delite- re, adflatu suo vatum pectora adspirare exi- rent, sic TERTVLLIANVS, CYPRIANVS, INVCIVS FELIX sententiam suam aperte et in- enue dicunt, et iis quidem temporibus, qui- us idolorum cultus quam maxime vigeret, ap. XXVI. ff. p. 178. (ed. Lindneri) Ceterum numeras fraudes, praestigias, imposturas sa- ificulorum vafrorum, et quaestuariorum inter- essisse, quis negauerit aut dubitauerit? Probant et declarant responsa, vt plurimum metrica, mbigua, obscura, adeoque fallere apta, qualia nt illa *Croeso* et *Pyrrho data*:

Croesus Halyn penetrans magnam peruer-
tet opum vim.
Aiunt te Aeacida Romanos vincere posse.

Hinc Apollo Delphicus nomen λοξίυ traxit, am- hiboliarum artificis; aut eiusmodi, vt cuiuis

 sa-

ſapientiori facile in mentem veniſſent; tale eſt illud, quod *Cicero* è Graecia rediens, cum Delphos profectus Apollinem conſuluiſſet, quanam via ad ſummam gloriam peruenire poſſet, obtinuit, *ſuam naturam*, non multitudinis opinionem, ducem vitae ſequeretur: Sic *Croeſo* ſciſcitanti, quomodo felicitatem conſequi, et quid agens, id quod ſupereſſet aetatis, beatiſſime transigere poſſet, reſponſum eſt, vt *ſe ipſe cognoſceret.* Accedit, quod omnia eſſent ad fraudem compoſita in oraculis, et ad lucrum: ſpecus atque antra, luce deſtituta: adytaque, in quibus edderentur, conſulenti imperuia: diuinitas pretioſis ſacrificiis placanda et arcerſenda, et praeclaris ἀναθήμασι ditanda. THEODORETVS illa deſcribit hoc modo: „ *erant ſimulacra aerea, ligneaque, intus vacua, et dorſum copulatum ad parietes habentia, vbi quaedam foramina relinquebant, et per adyta aſcendentes et intrantes in ſimulacra, quae volebant, per eorum ora loquebantur, et hoc modo ſeducebantur iugiter audientes. Hi doli detecti ſunt, cum idola deiicerentur.* „ Sic de idolo, pyramidibus aegyptiacis prope adſtante, refert DE MONCONY in itinerarii ſui parte prima, p. 185. „ *L'on tient que ce puy va ſous terre jusques à vne idole, qui reſte encore aujourd'ui environ à trois-cents pas de la pyramide, du coté de Zirock: c'étoit vne Hienne couchée dont il ne reſte, que la tête ſur ſon col, aſſés maltraitée, ayant le nez et le menton caſſé; mais ce, qui reſte, eſt fort beau à voir, et l'on y remarque l'adreſſe d'un habile ſculpteur, qui ne cedoit pas aux Grecs, qu'on admire par leurs ouvrages: elle a vingt ſix pieds de haut, et depuis les oreilles jusques au menton quinze pieds. La traditiue eſt, que les prêtres venoient ſous cette idole par le puy de la pyramide, et y rendoient les Oracles. Jl a auſſi un trou*

*dessus de la tête, ou un homme peut demeurer de-
t, sans étre vû, qui peutêtre servoit à la fourbe-
,,* De *defectu* oraculorum varias attulere caus-
Gentilium acutissimi; PLVTARCHVS singu-
m commentationem de hac re scripsit, *Opp.
n. VII. Philoss. P. II. p.* 712 - 725. in qua
entiae valde diuisae sunt, aliis contendentibus,
pirasse oracula, quod tripus oppletus esset ob-
nis et impiis quaestionibus, quas Deo propo-
sent, aliis eum, tamquam sophistam, tentantibus;
is de thesauris, haereditatibus, incestis nupti-
sciscitantibus; aliis respondentibus ex interio-
theologiae Gentilium fundo, in qua vnus Deus
ernus, interitusque expers censebatur, reliqui
nati et obituri: sic circumlatam esse famam
m: *Mortuus est magnus Pan*: eandem esse ra-
nem typhonicorum et titanicorum: non repu-
are, si daemonum pugnae aduersus daemonas
tuantur: infinitas esse mundorum conuersiones,
ficere tandem geniorum et heroum vitam,
720 annos requiri, quibus tales conuersiones
euoluantur: discessum igitur daemonum, quem
equeretur oraculorum silentium, cum isti soli
raesentes eadem reddant vocalia et operosa, mul-
a posse efficere: naturalem esse quidem homini-
us vaticinandi facultatem, sed eandem, quem-
dmodum oculum, quadam re indigere, a
qua incendatur et exacuatur, iam terras tales
iquores edere, qui soli animis enthusiasmum et
futurorum imaginationem inferant, hos vapores
posse deficere, aliquando oriri, alio migrare,
et reuolui: Spirituum, diuinationi seruientium,
vim non esse sempiternam, aut senii immunem,
sed mutationibus obnoxiam; consentaneum esse,
magnis eos exstingui imbribus, et dissipari fulmi-
ne ictis locis; temperiei ei praefectos esse genios,

 δαί-

δαίμονας, praesides, (ἐπιστάτας,) inspectores, custodes, qui alia tempestiue suggerant, alia intendant, nimiamque abalienationem mentis et conturbationem restringant, spiritumque ita temperent, vt sine noxa et dolore moueat correptos: exhalationem non perpetuo esse eiusdem modi, sed intendi et remitti interdum: esse quidem vim diuinam, non tamen eam, quae deficere numquam, aut senectute elanguescere, sed durare per infinitum tempus possit, quo sane omnia debilitari, quae infra lunam sint et terram; esse quoque, qui superiora non perdurare putent, sed cum aeternitatem atque infinitatem assequi non possint, celeribus vti mutationibus ac renouationibus ortuum. *Ciceronis* acumen, quod vanitatem horum vaporum confestim assecutum est, iuuat audire: ad ea, *Frater Quintus*, *Diu. I.* 19. quae ad auctoritatem oraculi Delphici stabiliendam attulit: „ *Collegit innumerabilia oracula Chrysippus*, (de quo cf. *Clauim Cicer. Ernest.*) *nec vllum sine locuplete auctore, atque teste. -- Numquam illud oraculum Delphis tam celebre, et tam clarum fuisset, neque tantis donis refertum omnium populorum, atque regum, nisi omnis aetas oraculorum illorum veritatem esset experta. Iam diu idem non facit. Vt igitur nunc minore gloria est, quia minus oraculorum veritas excellit: sic tum, nisi summa veritate, in tanta gloria non fuisset. Potest autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae diuino afflatu concitabat, euanuisse tempestate, vt quosdam euanuisse et exaruisse amnes, aut in alium cursum contortos, et deflexos videmus.* „ ad haec, inquam, *Cicero Diu. L. II.* 57. sic respondit: „ *Quod caput est, cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur, non modo nostra aetate, sed iam diu, iam vt nihil possit esse contemtius? Hoc loco cum vrgentur, euanuisse, aiunt,*

nt , vetustate vim loci eius , vnde anhalitus ille terrae fieret , quo Pythia mente incitata oracula ederet. De vino aut salsamento putes loqui , quae euanescunt vetustate. -- Quae vetustas est , quae vim diuinam conficere possit? -- quando autem vis ista euanuit? an postquam homines minus creduli esse coeperunt ? -- Cum vero inter multa oracula falsa, mendacia, ambigua, obscura, quae a sola fraude hominum proficisci poterant, responsa quoque darentur, (id quod ei, qui omnem eorum historiam memoria recoluerit, dubium esse non potest,) aperta, plana, de rebus incognitis, futuris, humanae sagacitati imperuiis, quibus euentus accurate responderet, cum ipsi Gentiles vim et potestatem, oracula edendi, ad daemonas referrent, et multa, quae hominum, sed nulla, quae daemonum intelligentiam superarent, in medium afferri possint, cum ipsorum fraudulentorum sacerdotum artificia Satanae instinctui maximam partem debeantur; cum omni aeuo amphiboliarum artificem se praestitisset mendaciorum pater; cum rex Ahasias consultationem oraculi Accaronitici morte sua luerit, 2 Reg. I. 3. 16. cum vix comprehendi possit, quî solae fraudes hominum vafrorum et cupidorum per tot saecula, gentibus cultis et incultis, philosophis, regibus, imposuerint, cum in primis sub ea tempora, quibus noua oeconomia salutaris, ad gentes quoque pertinens, panderetur, conticescere coepissent, et variis decrementis plane obmutescerent, (*) aperto documento insignium illarum com-

(*) *Patres* silentium Apollinis Delphici communiter ad natum Christum referunt, quamuis, vt vidimus, prius eius vis, oracula fundendi, exaruisse videa-

commotionum, quae nato, in terris versan-
mortuo, resurgente, exaltato Christo in inui-
li-

deatur: paullatim vero defecisse oracula con-
Hunc eorum defectum variis fictionibus et
fraudibus, quales tum adhiberi solebant, ἀ-
νομίας sapientis velo obductae, exornarunt.
CEPHORVS L. I. c. 17. *Caesarem August-*
facto sacrificio Hecatombes, interrogasse Py-
um Apollinem, narrat, quis post se admini-
turus esset imperium, et cum nullum da-
responsum, alio sacrificio eundem vrsisse, -
sponderet, quid caussae subesset, cur tac-
qui alioquin ...issime respondisset: tunc ho-
do se declarasse:

Me puer Hebraeus, Diuos Diuus ipse g-
nans,
Cedere sede iubet, tristemque subire
cum;
Aris ergo dehinc tacitis abscedito nos-

Augustus, tali responso accepto, Romam r-
sus, in Capitolio maximam aram exstruxisse
tur, inscriptam: Ara primogeniti. Eiusde-
loris videtur esse narratio EVSEBII L. V-
25. de Gregorio: „Diuerterat Gregorius, -
scopus, iter faciens, in fano Apollinis. M-
postquam Gregorius abiisset, et sacerdos or-
lum expeteret ab idolo suo, negauit, se quicq-
posse vaticinari, nisi copiam eius rei a Greg-
haberet. Sequitur sacerdos illum, quanta m-
xima celeritate potest, impetrat litteras, quibus po-
testas restituitur idolo, hic verbis: Gregorius A-
pollini, permitto tibi redire ad locum tuum, et a-
gere, quae consueuisti. Quas litteras cum sa-
cerdos arae imposuisset, locutus est Apollo,
id cum sacerdos vidisset, intellexit, non esse
Deum, cui homo silentium imperaret: itaque re-
licto oraculo, sanctum illum virum sequitur, et
fa-

contigissent, quibus potestas Satanae infir-, fracta, triumphata est, omnem malarum tium efficientiam ab oraculis excludendam es-on putem, quamuis BEKKERO, ANT. DALE, BERNHARDO FONTENELLIO s statuentibus. Solius omnino Dei est, fu-nosse, eaque omnia; et reuelare, cui velit, XLIV. 7. XLI. 22. 23. Daemonas quoque ta scire, praesagire, subtiliori coniectura as-ii, et ea inprimis, quae ipsi moliuntur, re-tre posse et praedicere, quae nostrum acumen, spicaciamque fugiant, indubium videtur, ma-ie cum nemo nostrûm mensuram cognitionis ntium, nobis superiorum, emensus sit. Ex intelligitur quoque illud, quamobrem Deus ulo suo his Gentilium superstitionibus grauis-e interdixerit, quod commercii aliquid cum monibus alerent, immo ne vesci iis animan-permiserit, quibus superstitio ad varias di-ndi artes abusa legitur. Memorabilis locus ORIGENIS, L. IV. contra *Celsum*, quem GRO- minime superstitiosus et credulus ille, ex-it in L. de V. R. C. p. 243. n. 2. --

§. XI.

Carmina Sybillina.

De *Sybillinis* carminibus, vari-que, quibus seiungenda sunt, ae-ibus, plene et copiose tractauit b.

Canc.

factus est christianus. PRVDENTIVS similiter caussam silentii oraculorum ad Christum refert: in *Apotheosi*, v. 503. ss.

Ex quo mortalem praestrinxit Spiritus aluum,
Spiritus ille Dei, Deus; et se corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creauit,
Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra.

Canc. D. Cotta, *KHist.* T. II. p. 1238 -- 129
Tres potissimum aetates distingui debent, quaru
prima repetenda ab ortu, et ducenda ad concrem
tionem eorum in incendio capitolino, altera per
ad Saec. II. tertia ad hanc nostram, in qua tam mi
fice ab Christianis interpolata adparent. In pri
periodo multa fabulis annumeranda videntu
qualia sunt, quod repeti debeant ex *Noachi* disc
plina, a femina quadam principe, totius orien
magistra, proxima sanguine ipsi Noacho, vxo
Nimrodi, *Sabbathe*, seu *Sembethe*, nuru Noach
quae totum orientem sacris instruxisse dicitu
donec sensim iisdem enthusiasmis graeci serm
nis peritae feminae eadem ad Graecos transtul
rint, ab his latini ad latinos, ita, vt quae Ro
mam primum delata sint volumina, tantae veri
tatis comperta essent, vt illis inconsultis nihil pu-
blicae functionis susciperetur. Singulare est et
admirandum, singulas gentes tali quodam artifi-
cio fatidicarum mulierum vsas esse, ad multitu-
dinis animos, specie religionis, flectendos. Quis
enim non admiretur illas *Alirunas* Francorum,
Gothorum, et totius septentrionis, Vates et vir-
gines sacras vbiuis gentium, quibus non solum
praedicendi, sed et spirituales mentes euocandi
vis et facultas tributa est. Vel in his antiquissi-
mis carminibus, eorumque fragmentis, quae ex-
stant, quaedam occurrunt, quae ad Christum re-
ferri possunt, sed videntur ab Iudaeis, ex pro-
phetarum suorum oraculis, sub nomine fatidica-
rum mulierum, quarum magna erat apud gentes
auctoritas, congesta, et ad communem illam Mes-
siae exspectationem, vel in Gentilibus adiuuan-
dam, sparsa, cf. Stackhovse *Lehrbegriff* T. VII.
p. 17. ss. Quae ex Samo, Ilio, Erythris, ex A-
frica etiam ac Sicilia et Italicis coloniis, (cf. Ta-

citi

Ann. VI. 12. 5.) post conflagrationem capi-
am collecta sunt, a prioribus longe diuersa
Quae hodie supersunt, et in MICH. NE-
RI κατηχήσει λυθήρυ, Basil. 1567. p. 418-
occurrunt, tam manifeste interpolata sunt a
stianis, vt nil clarius et euidentius videri pos-
Quid CICERO de prioribus senserit, expo-
Diu. II. 54. illa non esse carmina furentis,
scriptoris, adhibentis diligentiam, non insa-
et valere ad deponendas potius, quam ad
piendas religiones. Quo spiritu actae et in-
e mulieres vaticinatae sint, non vna est o-
um sententia. DIONYSIVS HALICARN. L.
p. 529. dubitat, an prouenerint εἴτε Θεῶν τι-
εἴτε δαιμόνων εὐνοίᾳ δωρηθέντα. Equidem Dia-
im, quem TERTVLLIANVS L. VII. Inst. c.
III. et TOB. WAGNERVS, Canc. Tubingen-
in *Inquisitione in Oracula Sibillarum*, cum An-
1664. auctorem agnoscunt, ab eorum mi-
erio absoluerim, et antiquiora ad *politicas*, re-
iora ad *pias fraudes* referre maluerim. Magna
m eorum apud Patres existimatio est, qui
m ad confutandos Gentiles adhibuere, vt iis
inam quandam auctoritatem tribuere non ve-
entur. -- Non dissimilis est ratio vocis illius,
am Hebraei בַּת־קוֹל vocant, genus quoddam
elationis diuinae, qua defectum prophetarum,
templo secundo, resarsisse, et doctores voce
adam articulata vel coelitus, vel è sanctuario
ocutus fertur Deus. MOLINAEVS aliique eam
ilibus Talmudistarum somniis, commentisque,
GTFOOTVS praestigiis diabolicis annumerant.
DDEVS H. E. V. T. T. II. p. 975. s. Hebraeorum
igistros nil aliud hac voce intellexisse putat,
am diuinam prouidentiam, singulari quadam ra-
ne se demonstrantem. Pleniorem certe illa o-
racula

racula lucem ex documentis historicis desiderar ante quam de eorum caussis statui possit. Nol vero huc referri. Ioh. XII. 28. 29. Matth. III. XVII. 5. Act. IX. 7. XXII. 9. WITSIVS in Mi Sacr. T. I. L. I. c. III. p. 15. s. non promiscue h oracula reiicienda existimat. — Quid denique his diuinationum generibus sentiendum? Non p sumus non ingenii humani in Gentilibus, Iudae Christianis, sui semper similis, cupiditatem fu rorum, illicito modo cognoscendorum, mira qua tam innumeris fraudibus Satanae, eiusq ministrorum, aperitur ianua. Si in Gentilibus i signes id genus operationes obtinuere satanica quod facile negari nequit, illis in plena christi nismi luce nullus amplius superesse debet locu in qua non ad quandam disciplinam arcanaru rerum et abstrusiorum, libris theosophicis, pro pheticis (*), mysticis ducimur, sed ad apertam veritatem, non obtegendam, sed patefaciendam. Matth. V. 15. Naturae *fidei*, et plenae fiduciae in prouidentia generali, speciali, et specialissim ponendae, nil refragatur magis, illamque to lit, quam inhonestum tale futura praeuidendi d siderium, nec eo quicquam fortius est, validiu que ad euertendam omnem iucunditatem vitae et tot actionum principia, *spem metumque*, am lienda. *Hor.* Od. L. III. 29.

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosa nocte premit Deus.

pu

(*) In fidem rei cf. Scriptores, qui de *Metoposcopia*, *Chiromantia*, *Astrologia indiciaria*, *genethliaca*, *im ginibus Talismanicis*, commentati sunt, in MORHO FII *Polyh.* T. II. L. III. Instar omnium HIERON CARDANVM de *rerum varietate*, L. XIV. C. LXVIII. p. 911-930.

p.

ſchre igitur et grauiter b. GELLERT, oratio- *Warum es nicht gut ſei, ſein Schikſal vorher zu* ſen, hanc coronidem imponit: *Peſt, Hunger* *Schwerdt ſind groſſe Landplagen: aber* Nativi- ſteller, (addiderim quoque, *Wåhrſager, Zei-* ndeuter,) *wofern es welche gäbe, Nativitätſteller* *das ganze menſchliche Geſchlecht würden noch weit* *chterlicher, als alle dieſe Uebel ſeyn.* Quoties e- n his nugiuendulis hominibus, et impoſtoribus ſeminandum eſt illud Zach. X. 2. כִּי הַתְּרָפִים דִּבְּרוּ אָוֶן וְהַקּוֹסְמִים חָזוּ שֶׁקֶר וַחֲלֹמוֹת הַשָּׁוְא יְדַבֵּרוּ

§. XII.

Criteria actionum Diaboli.


HARDT expoſitio, alias quoque narrationes hiſtoricas in aenigmata et parabolas temere commutantis, qui aenigmatice repraeſentari contendit hiſtoriam duorum primorum magnorum pſeudo-pontificum *Iaſonis* et *Menelai*, qui *Oniae* III. vero et bono pontifici, pro populi iudaici ſalute inuigilanti, reſtiterint, religionem auitam peruerterint, atque idololatriam et gentium mores introduxerint, *Antiochi Epiphanis* armis vſi, cf. C. M. PFAFFII diſs. de *theol. parabolica*, p. 33. Horum facta multis, et eximiis viris videntur merae praeſtigiae fuiſſe, vt THOMASIO, TVRRETINO, WERENFELSIO, NOLTENIO, BVDDEO, H. E. V. T. T. I. p. 512. S. I. G. REINBECKIO, *Betr.* XLIII. *A. Conf.* T. IV. p. 136-143. Jll. MICHAËLIS, *Anmerkk.* qui, dari, ait, ſerpentes, qui, ſi ſe non commoueant, baculi ſpeciem praebeant; cumque in Aegypto artem nouerint, ſerpentes pro lubitu coërcendi atque tractandi, cuius adhuc hodie in Aegypto et India exſtent periti, probabile eſſe, hos ſapientes Aegyptiacos tales ſerpentes manu tenuiſſe, et coram Pharaone proieciſſe, qui fraudem vel ignorauerit vel diſſimulauerit, ne de tanta ciuium iactura periclitaretur. Illud exploratum videtur et certiſſimum, a vi quadam ſingulari et extraordinaria ſummi Numinis Magorum facta proficiſci non potuiſſe, vt JOACH. LANGIO, in *H. E. V. T.* p. 239. FLEETWOODO in tr. de *miraculis veris* et *falſis*, b. RAMBACHIO in *Coll. H. E. V. T.* P. I. C. FOERSTERO *Von den Wunderwerken*, aliisque viſum eſt, nam ſic egiſſet Deus contra ſe ipſe, nec diſcerni poſſent miracula, quibus credendum eſſet, et quibus non credendum; accedit, quod ipſe

 Pharao

Pharao ἀπιςίαν, magna cum ſpecie iuris, potuiſſet defendere, et vnde exploratum erat Magis, haec Deum ipſorum miniſterio effecturum eſſe, in ſequentibus mox deſtitutorum ope illa. Communem ſententiam, quae à daemonum ope Magorum facta profecta aſſerit, propugnarunt b. BAVMGARTENIVS, *allgem. Welthiſt.* T. II. p. 394. ſs. (nott. 269. 270.) S. V. BOYSEN, b. BVRGIVS in *bibliis Hirſchbergenſibus*, *ad h. l.* Horum ſententia bipartita eſt: Aliis vere, Magorum opera, exſtitiſſe, et reptaſſe coram Pharaone, Moſe, Aarone, dracones, et metamorphoſin hanc ab ipſis, daemonum ope effectam eſſe, exiſtimantibus, aliis contra daemonum vim in eo collocantibus, vt faſcinatis ſpectatorum oculis imagines draconum falſae obuerſatae eſſent, quorum nec volam nec veſtigium vere adparuiſſe, cenſendum ſit, ſed in his, et ſequentibus, agitatis ad deluſionem commodis humoribus, ſpiritum opticum falſis et deceptricibus his imaginibus imbutum eſſe, cuiusmodi aliquid fieri ſoleat naturali vitio, ſenſibus oborto, in affectis morbo quodam grauiori, in melancholicis, in ſuffuſione oculorum, in regio morbo. Nobis, circumſpectis huius cauſſae praeſidiis, arcana quadam arte, fraudis et verſutiae plena, verſatos eſſe Magos in imitandis et eneruandis miraculis Moſis, videtur, id quod in ſecundo et tertio genere haud paullo manifeſtius videtur. Quid enim euidentius, quam facili negotio pellucidam aquam rubro quodam et purpureo colore potuiſſe tingi, ranas, quibus tum Aegyptus ſcatebat, in conſpectum Pharaonis produci; eodemque artificio et inſtituto dracones excitari? Nec Pharaonis, eiusque amicorum

orum referebat, in naturam et veritatem harum artium diligentius inquiri: nec Mosi, id faciendi, concessa facultas. Quamuis etiam illud non admodum repugnet, singularem quandam daemonum operam, quacunque re illa constiterit, intercessisse, cum Aegyptus magicarum artium et superstitionum, quae daemonum, variis ritibus et formulis in auxilium vocandorum excitatione spectabantur, esset deditissima, earumque studiosissima, et Satanae, eiusque clientelae, in idololatria operosissimae, ministerio, spectra quaedam et ludibria, cuiusmodi in pythonissa Endorensi, p. 507. not. * vidimus, laesae spectatorum imaginationi potuerint ostendi et adumbrari, maxime, cum sensibus hominum vitium quoddam inferre, vires daemonicas plane non superet: Harum vero facultate in imitandis ceteris miraculis Mosis, cum iis plures sensus, et Magi ipsi afficerentur, plane exciderunt. Vanitatis etiam earum artium luculentum argumentum in eo reperiri putem, quod suis incantationibus, si quid effecere, excitas Mosis ranas non abegerunt, nec Dracones deuorarunt, id quod ad reuincendam legationis Mosis diuinitatem quam maxime pertinuisset; sed hoc adeo non potuere, vt etiam rex, posito priore supercilio, Mosen hortari cogeretur, vt Deum pro depellendis a se, suoque populo, ranis deprecarentur. Impotentia certe Magorum, sequentibus factis Mosis manifestior facta, in gloriam veri Numinis, et honorem diuinorum legatorum, verique manifestationem, terminabatur. Ad defendendam igitur Dei bonitatem et sapientiam, in admittendis his Magorum artibus, interest nosse, ad demonstrandam diuinam legationem Mosis pluri-

ri-

rimum ea valuisse, vt ne ipse Moses Magiae simulari, et, cum sapientiam aegyptiacam doctus esset, stupenda eius opera ad praesta tiorem aliquam Magiae scientiam referri po sent. Fides certe Israëlitarum, visis his et di ligentius excussis miraculis Mosis, quorum m gnitudinem vel peritissimi, ex omni Aegyp exciti, magistri ne attigissent, insigniter a geri et confirmari debebat. Dei enim glo am praedicabant ipsi Magi, C. VII. 19. q ante illam fucis suis et imposturis obscurarun Adeo Magos, vel inuitos, Deo rerum omn um conditori O. M. honorem deferre oportu

c) חברים LXX. ἐπαοίδοντες ἐπαοιδὴν, quod i cantationibus suis vim ligandi vel stringendi ha bere putabantur, quasi daemones in seruitutem suam coacturi. Jll. MICHAËLIS, *die Zauberlieder singen*. Deut. XVIII. 10. Ps. LVIII. 6. Jes. XLVII. 9. consociantes, aut ligantes, dae mones, serpentes, homines, bruta, *incanta tionibus*, qui certis verbis, formulis, carmi nibus ad mira quaedam perpetranda vtebantur nostris: *Seegensprecher*, qui certis formulis ma leficia, et daemones pellunt, varios morbo sanare, similiaque perficere adgrediuntur. Si APVLEIVS, PORPHYRIVS, JAMBLICHV loquuntur de daemonibus καταχθονίοις, Ly gibus Telebaritis, incantationibus in auxilium vocari solitis. Per

d) אַשָּׁפִים Dan. II. 2. LXX μάγους, si *Arabicam* dialectum, (Souphoun) spectes, intelligi vi dentur sapientes et pii, qui omnia theologice, mystice, atque allegorice explicent, aut, quae ad

d amorem diuinum pertineant, velent, con-
picuarum rerum figuris. Hinc Hatseviph,
nystica theologia audit. cf. CLERICVS l. c. p.
90.

מְלַחֲשִׁים מְצַפְצְפִים מַהְגִים sunt Incantatores, Dan.
I. 20. II. 2. Jes. VIII. 19. XXIX. 4. qui suas for-
nulas mussitabant, quasi pipientes.

Exemplis:
mentio enim fit Magorum *Chaldaeorum* et *Ba-
byloniorum*, Jes. XLVII. 9. 12. Dan. I. II. *Phi-
listaeorum*, Jes. II. 6. exprobratur enim popu-
lo, quod sint עֹנְנִים כַּפְּלִשְׁתִּים variis supersti-
tionibus dediti, quibus vel cum Philistaeis cer-
tent. Jes. VIII. 19. יִדְּעֹנִים אֹבוֹת consulendis in-
terdicit populo Jesaias, ita, vt ad legem et re-
uelationem illum amittat, in quibus nullae in-
sint praestigiae, fascinationes, malaeque artes:
אֲשֶׁר אֵין לוֹ שַׁחַר cf. Dign. SCHELLINGII *Abh.
von dem Gebrauch der Arab. Sprache*, p. 59. ss.
Antiquissimum fuerit oportet, insanum harum
artium vsurpandarum studium: Hiob. III. 8.
Jll. Michaëlis: *Hätten die Bezauberer der Tage
zurükgeflucht! Sie, die dem Crocodill hervorrufen
können.* cf. Ej. *Anmerkk. p. 10.* Labanis תְּרָפִים
nil aliud, quam simulacra quaedam Deorum
videntur, *imagines*, LXX εἴδωλα, quibus su-
perstitio, vel ad diuinationem, vel magicas ar-
tes, abusa sit, Gen. XXXI. 30 36. 2 Reg. XXI.
21. Ez. XXXI. 26. Zach. X. 2. LXX verterunt:
δῆλες, ἀποφθεγγομένες, φωτισμὲς, γλυπτὲς,
cf. WITSII *Aegypt.* L. II. C. X. p. 99. ss. et L. I.
C. VIII. p. 29. vbi sic definiuntur: erant simula-
cra quaedam paruula, in sacris primum aedi-
cu-

culis ſepoſita, quae ſpiritus cuiusdam, ſaepi impuri, praeſentia animata, oracula funde ſolebant, larium inſtar, et penatum domeſtic rum. Jll. MICHAËLIS: in *Commentt.* p. 1-1 comparat Hebraeorum Teraphim cum Grae rum *Silenis*, Satyris, qui ortum duxerint maiori ceteris ſimiarum genere, propius corporis animique humani ſimilitudinem acc dente, in quo ornando timor, et ſuperſtit et fabula, et fraus, et naturae potiſſimae eme datrices, anus, elaboraſſent. cf. S. V. ERN STI *N. Bibl.* T. IV. p. 344. ſs. Meâ ſenten vim praedicendorum futurorum Teraphim tr buiſſe LXX videntur in ſua verſione, compa rant igitur alii haec ſimulacra cum *Talisma bus*, cui ſententiae fauet *Onkeloſii*, *Syrique* ver ſio: *Tsilmenaja.* cf. CLERICVS l. c. p. 248. — Enarrantur porro in ſacris quaedam exempla *Magorum*, vt *Simonis*, Act. VIII. 9. ſs. Qui ſi idem eſt cum eo, de quo IRENAEVS, *Conſtit. Apoſt. Recognit. Clement. Rom.* agunt, vi detur homo perplexi et delirantis ingenii fuiſſe, qui negaſſe veram J. C. humanitatem, et ſe eſſe eundem Jeſum, qui non vere, ſed putatiue tantum in Judaea paſſus ſit, affirmaſſe fertur. Aduerſarii potius chriſtianae doctrinae nomen meretur, quam haeretici, aut *Gnoſticorum patriarchae* et *coryphaei.* ELYMAM, ſiue BARIESVM, Act. XIII. 6-20. Paullus adpellat filium Diaboli, omni fraude ac ſcelere refertum, omnis iuſtitiae hoſtem. Circa ſolem, v. 11. multum occupatum fuiſſe Elymam, veriſimile eſſe putat, b. BENGELIVS in *Gnom.* ad h. l. — Exempla Magorum, quae hiſtoria profana et eccleſiaſtica ſuppeditat, quamuis innumera ſint, nil ad euincendam Magiae effectricis et ſuper-

natu-

naturalis exſiſtentiam, et declarandam eius naturam valere videntur, propterea, quod tenebriones eiusmodi et lucem ſcientiarum fugiunt, et viam examinis, et ſaepe incertis, occupatis, ſuperſtitioſis nituntur teſtibus. Sic de *Helena*, Simonis iſtius vxore, refertur in *Recogn. Clem. Rom.* L. II. cum in ampla quadam turri eſſet, magna populi multitudine ad ſpectaculum concurrente, per omnes illius feneſtras ſimul proſpicere viſam fuiſſe. De Apollonio Thyanaeo non eſt, quod glorientur Gentiles et Deiſtae, aut eius facta, quae fictis fabulis ſimiliora videntur, in fraudem chriſtianae religionis, eiusque doctoris, extollant, cum, ſi ad hiſtoricae fidei *ἀκρίβειαν* inueſtigentur, euaneſcant. Mortuos ad vitam reuocaſſe dicitur, et varia ſtupenda praedixiſſe, vt, cum Ephesi in Cathedra philoſophica doceret, et eodem momento *Stephanus Domitianum Imp.* gladio inuaderet Romae, ille eodem momento exclamaſſe fertur, *Euge Stephane*, *percute Tyrannum;* ſubſiſtens deinde paullulum, iterum quaſi tripudians exclamaſſe: *percuſſiſti*, *vulneraſti*, *occidiſti*. Copioſe et erudite de hoc *Apollonio* agunt b. D. Cotta *Kh.* T. III. p. 1547-1574. S. V. D. Less *Wahrheit der Chriſtl. Rel.* p. 311. ſs. Philostrati et Evnapii, horum *Apollonii*, vti Jamblichi, *Pythagorae* panegyriſtarum, fraudulentum conſilium nimis apertum eſt, quam vt eorum narrationibus multum fidei et auctoritatis tribui poſſit. Scripſere, vt haberent, quos Chriſto tam vitae et doctrinae ſanctitate, quam miraculis aequales, immo ſuperiores opponerent. Sic Evnapivs in *prooemio* L. *de vitis Sophiſtarum* ait, Philoſtratum non debuiſſe opus ſuum inſcribere: Ἀπολλωνίε

λωνίκ βίος, sed Θεῦ ἐς ἀνθρώπους ἐπιδημία. … iactatione vtitur JAMBLICHVS de *Pythagora*, C. … m. 23. ἄλλοι δὲ ἄλλον τῶν ὀλυμπίων θεῶν … ζ ν, εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπανόρθωσιν τῦ θνητ… λέγοντες ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς … ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας τε καὶ φιλοσοφίας σω… ἔναυσμα, χαρίσηται τῇ θνητῇ φύσει. ὗ … ἀγαθὸν ὔτε ἦλθεν, ὔτε ἥξει ποτὲ, δωρηθ… Θεῶν διὰ τύτυ τῦ πυθαγόρυ. In primis … re iuuabit *Allgem. Welthist.* T. XIII. p. … 224. Apollonii Thyanaci fata, res gestas, … nera, et sententias copiose enarrantem. … mni tempore plures exstitere, qui, vel … gularem naturae praestantiam, vel do… copiam, et praeclare factorum excelle… Magiae insimularentur, ab ea alienissimi. … mune enim est inscitiae plebis, quicquid … lare est, nec quotidianum, ad praecip… liquam caussam referre, haud adspecta… NAVDAEVS singularem librum scripsit de … eruditis, Magiae accusatis, *Apologie des hommes, accusés de Magie.* Inter Gentile… MOCRITO, philosopho, crimen Magiae … ctum est, communi veterum consensu. … *Iohanni B.* & *Christo* tale quid obiecere … eo, quod vtrumque δαιμόνιον ἔχειν cal… rentur: item ATHANASIO, Arianoru… gello, vid. KLAVSINGII diss. de *At… vindicato.* Lips. 1724. p. 28. ss. THOM. … PANELLA, Hispanus, ordinis praedicatorum monachus, vasti et portentosi ingenii homo, Philosophus, Medicus, Mathematicus, Saec. XVII. clarus, scientiarum fere omnium … suos sensus reformandarum, prouinciâ sibi … tâ, ab Inquisitionis infausto tribunali, peste sci… entiarum, male habitus est, omni supplicio… ru…

ım tormentorumque genere, perduellionis et lagiae insimulatus, propterea, quod tantae ruditionis copiae capiundae vires animae na- ırales non sufficere videbantur. Inter multa didit libros septem astrologicorum, in quibus strologia, omni superstitione Arabum et Iu- aeorum eliminata, physice tractatur, secundum . S. et doctrinam THOMAE, et ALBERTI, ıt summorum Theologorum, in quibus vero, ıro indole sui temporis, superstitiones supersti- ionibus auxit. Francof. 1630. 4. cf. MOR- HOFII *Polyh.* T. II. L. I. Cap. XII. §. 4. p. 68. ss. et T. II. L. II. C. XIV. §. 3. p. m. 241. ss. Idem crimen falso imputabatur PHIL. AVREOLO THEOPHRASTO PARACELSO, magno viro, et, nisi dogmata chemica ad fanaticam quandam et enthusiasticam philosophiam contulisset, adhuc maiore. vid. ib. T. II. L. II. C XVI. §. 1. ss. p. 250.

§. V.

Magiae studium, in

Cum ad *Magiae* huius *naturam* declarandam pergimus, difficilis est quaestionis propositae enodatio, quae omnibus satisfaciat. Ex his, quae §. IV. in medium attulimus, nulla consequitur certa et firma ratio, qua tale commercium cum Daemonibus, si etiam olim intercessisse credatur, nunc reuera intercedere probari possit. Nec in Aegyptiacis Magis, nec in iis locis omnibus, quibus Magorum fit mentio, commercii alicuius cum Daemonibus distincte meminit Scriptura[a], vt hanc quaestionem fere in medio relinquat, ex aliis fontibus historicis et philosophicis diiudicandam. Plurima, quae Magiae o-

pera dicuntur, pertinent vel ad Magiam nat
ralem, §. II. vel *veneficam*, vel circulatorias
tes, § III. quas sine singulari aliquo Diab
daemonumque auxilio obtineri po

Gentilibus,

se, omnes vident. Antiquissimi qu
dem *Philosophi* inter *Chaldaeos*, P
sas, *Aegyptios* singularem consuetudinem cu
Daemonibus prae se ferebant. Horum *philo*
phiam, quae late patuit, vt quascunque ar
et scientias, eloquentiam, theologiam, phy
cam, morales disciplinas, complecteretur,
arcanam spectes, maximam partem erat p
fundior quaedam spirituum cognitio, et fa
liarior cum iis consuetudo, cui vim tribueba
res efficiendi, quae vires naturae excederer
Captabant his artibus auram popularem,
plebis studia, tamquam homines, praecip
aliqua cum caelestibus et supernis viribus co
suetudine coniuncti. Aditum ad hanc *scientiam*
difficillimum reddebant, ne communior facta vi
lesceret, eiusque mysteria, nemini, quam in
tiatis communicanda, in vulgus emanare
Ad hos cum discendi caussa Pythagoras
Plato, Democritvs proficiscerentur,
la cum spiritibus altioris ordinis communio
iactatio ad Graecos transiit, eorumque scho
persuasit. Mihi quidem videtur, quidquid ho
insoliti, et vires humanas superans, in me
um adfertur, vel inscitiae, vel phantasiae v
de adfectae, vel fraudibus deberi, quibus ple
superstitiosa fascinabatur, et, si liberali
agendum sit, lusibus Diaboli, communi sua
ficaciâ homines in erroribus dementantis,
fallaciis inescantis, ad idololatriam sustenta
dam, et potiora sua consilia inter Gentiles p
ficienda. *Theurgiae*, seu, vt Jamblichi d

gnitione vtar, τῶν θείων ἔργων τέχνη, qua certis quibusdam hostiis et sacrificiis, munditia quadam animi et corporis, sacris quibusdam cerimoniis, boni et benefici daemones aduocabantur, (*) a philosophis et sacerdotibus tribuebatur, vt horum ope occulta manifestare, futura praenunciare, mira perpetrare se posse iactitarent, vnde existimatio eorum apud plebem tanta consequebatur, vt hos Deorum amicos et interpretes omnibus suis negotiis adhibendos esse putarent, nec sine eorum consensione quidquam praeclari et auspicati fieri posse, sibi persuaderent. Hi, rei suae intenti magistri, plebis praeiudicia fouebant, et quamquam naturalibus maxime rebus vtebantur, omnia ad supernaturales caussas referri libenter patiebantur. Sic serpentum incantatores, artibus quibusdam, ad mansuefaciendum hoc genus animantium, naturalibus vsos esse, exploratum est, sed non nisi magica quadam virtute periculum ab eorum morsu in India repelli posse, vulgo existimabatur. (**) STRABO igitur L. XV.

(*) De Magia Theurgica, ritibus Theurgicis, adparitionibus Daemonum, ex disciplina *Chaldaeorum* conf. CLERICI *Opp. philoss.* p. 250-258.

(**) Etiam in *Lege XII. tabularum* iis, qui *messem excantassent*, poena constituta est, aperto documento, iam tum Magis talem potestatem tributam esse, solis verbis et affectibus, mirum aliquem producendi effectum, excitandi procellas et tempestates, aërem inficiendi, aliaque societati valde extimescenda efficiendi. Adhibebantur etiam carmina, eo consilio, vt defuncti inferis conciliarentur. TAC. *Ann.* L. II 69. reperiebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina et deuotiones, et nomen Germa-

XV. p. 706. ἐπῳδὰς δὲ περιφοιτᾶν, ait, πε-
ςευμένες ἰᾶσθαι, καὶ εἶναι σχεδόν τι μόνην ταύ-
ἰατρικήν. Etiam in Pſalmo LVIII. 5. 6. haru-
incantationum fit mentio, ſine expreſſa ve-
earum naturae, et modi, quo fierent, aut dae-
monis, ad quem dirigerentur, ſignificatio-
Patrum quoque communis ſententia erat, M-
gis tale commercium cum daemonibus inu-
ceſſiſſe. MINVCIVS FELIX *de Vanit. Idol.*
XVI. 9. *Magi*, inquit, *Daemonibus adſpiran-
bus et infundentibus praeſtigias edunt*; et L-
CTANTIVS *Inſt.* L. II. 10. 14. *Magorum ars
mnis ac potentia daemonum adſpirationibus conſt-*
Ipſi Gentiles Daemonas, Magorum adiutore-
dixere: ſic APVLEIVS *de Deo Socratis*, p. 4-
*Daemones curant vel ſomniis conformandis, v-
oſcinibus erudiendis, vel vatibus inſpirandis.* Ina-
nis vero et nugatoria philoſophia videtur, quae
aſſerit, hominem tantam virtute daemonum
habere poteſtatem, vt non tantum terram, fe-
ras, equos, boues, ad placitum ſuum rege-
re, ſed et caelo, eiusque incolis, plane-
tis, omnibusque firmamenti rebus impera-
re, et pro ſua voluntate, velut armenta cum
gregibus, cogere queat; inanis philoſophia
quae Magum per verbum, ſeu voluntatem ſu-
am, characteribus ſeparatas caeleſtium vire-
poſſe imprimere, iisque Medici inſtar, herb-
ad morbum vtentis, vti poſſe ſtatuit! Quid ab-
ſurdius, quam certis characteribus, figuris
ſignaturis, verbis, variis cerimoniis, ſpiri-
tus, etiam malos, in Goëtiâ, (quae in conſue-
tudine cum malis mentibus cernitur,) concilia-

r

manici plumbeis tabulis inſculptum, ſemuſti ci-
neres, ac tabe obliti, aliaque *maleficia, quo
creditur animas Numinibus infernis ſacrari.*

posse, sed tanta accuratione et subtilitate adhendis, vt si apex cerimoniarum neglectus, aut eius praesentia pauidi, vel latum vnem, figuram transierint, continuo de vitâ nclamatum sit? CORNELIVS AGRIPPA, L. *de Vanit. Scient.* C. XLV. p. 74. ss. cur Goëci solis malis vtantur daemonibus, hanc raonem suppeditat, quod boni angeli difficile mpareant, Dei iussum exspectantes, nec nisi undis corde et vitâ sanctis hominibus congreantur; mali autem faciles se praebeant ad inocandum, falso fauentes, et diuinitatem mentes, semper praesto, vt astu suo decipiant, t venerationis honore fruantur, vt adorentur. t quia mulieres secretorum auidiores sunt, ac ninus cautae, atque in superstitionem proclies, faciliusque illuduntur, ideo illis se praeere faciliores, et facere ingentia prodigia. Cuiusmodi de *Circe*, de *Medea*, de aliis cane poetas; testari hanc Magiam *Ciceronem*, *Plinium*, *Senecam*, *Augustinum*, et multos alios tum philosophos, tum catholicos doctores, et historicos, ipsas etiam sacras litteras. Ipsis Gentilibus Magia, artium omnium suspectissima videbatur. CICERONEM, quae de *diuinationibus* senserit, L. II. etiam de ceteris Magiae partibus sensisse, nullum est dubium. CVRTIO non ars, sed vanissimi cuiusque ludibrium dicitur, PLINIO fraudulentissima artium audit, intestabilis, irrita, inanis. H. N. L. XXX. C. I. et II. „Magicas *vanitates*, saepius quidem antecedentis operis parte, vbicunque caussae locusque poscebant, coarguimus, detegemusque etiamnum; in paucis tamen digna res est, de qua plurima dicantur, vel eo ipso, quod *fraudulentissima artium* plurimum in toto terrarum orbe,

orbe, plurimisque saeculis valuit; auctoritat ei maximam fuisse nemo miretur, quando dem sola, artium tres alias imperiosissim humanae mentis complexa, in vnam se r git: Medicinam, Religionem, Mathemati Est et alia Magices factio, a *Mose*, et *Jan* et *Jotape*, Judaeis, pendens, sed multis m bus annorum post Zoroastrem. TIBERI TACITO teste, *Ann.* VI. 20. 21. NERO, PLINIVM l. c. C. II. HADRIANVS, CA CALLA, JVLIANVS, Jmpp. RR. arcanae hu artis epoptae, et peritissimis magistris cin aperta eius impotentiae documenta sistunt, stes iudicii diuini, in hoc genere hominum tuendi.

Judaeis.

Judaei, quantum his vanitatibus de dici vix potest. Quamuis seuerissimis cohibiti essent, ne his Gentilium vani indulgerent, e babylonica captiuitate ces, omnes has nugas et deliramenta domum portarunt, et consecrarunt. Cum ob grau delicta, necem prophetarum, ipsius post D mini J. C. a Deo abiecti et repudiati essent, quasuis vanitates conspirarunt, cultum אחרים לשרים ללא אלה ללא אל exhibuerunt, et h superstitionibus capti, antegressa beneficia, diu nitus in eos collata, compensare voluerun Saulis exemplum imitati, qui, cum Deus ob im pietatem atque inobedientiam commercium cu eo abrupisset, ad impurissima Satanae instru menta se conuerterat. 1 Sam. XXVIII. Post re pudium, a Deo acceptum, repudiati, excae cati, indurati homines, in quaeuis absurda commenta consenserunt: hinc LVTHERVS *iudaeum hominum*, inquit, *scatere tanto supersti-*

tio-

ionum cumulo, vt numerum pilorum de nouem vaccis longe excedat. Id perſpicuum erit vnicuique, qui ea, quae in CABBALA ſua docent, memoriâ recoluerit, in qua litterae, numeri, figurae, res et nomina, et elementorum apices, ac lineae, puncta et accentus, nomina ſunt profundiſſimarum rerum, et magnorum arcanorum ſignificatiua. cf. CORN. AGRIPPAE, l. c. p. 77180. MORH. *Polyh.* T. I. L. I. C. X. §. 23. b. D. COTTA in diſs. de *philoſ. eſoter. et exoter.* p. 2. ſs. Quantum ſuperſtitionum cumulum vel ſolum nomen יְהֹוָה, quod τετραγράμματον, vel propter reuerentiam, vel quod propria eius pronunciatio neſciatur, legi non debere contendunt, expertum eſt, vt eo daemonas expellere, ignem exſtinguere, morbos curare, aliasue res miras praeſtare ſe iactitent? Neſcio, quam ſapientiam et myſteria alii in verbis quaeſiuerint. ORIGENES, inquit MARSILIVS FICINVS in arg. *Platonis Cratylo* praefixo, p. 304. cum diuinorum nominum orationumque virtutem mirificam conſideraſſet, in libris contra *Celſum* inquit, in quibusdam ſacris nominibus mirandam latere virtutem, deoque haec ipſa non eſſe ex hebraea lingua in aliam transferenda, ſed in ſuis ipſis characteribus conſeruanda. Forte enim, quemadmodum in corpore, certa ratione compoſito, vita permanet, quo vel aliter compoſito, vel permutato, non permanet; ſic vitalem quandam putant diuinis nominibus, certo diuinitus modo compoſitis, ineſſe virtutem. Et quemadmodum ab initio docuit MERCVRIVS TRISMEGISTVS, ac diu poſtea PLOTINVS et JAMBLICHVS, ſtatuis quibusdam, ordine certo compoſitis, daemones quodammodo includuntur. Verbis

autem, ad caeleſtem quandam ſimilitudinem temperatis, diuinae quaedam dotes diſtribuuntur, et id quidem prouidente Deo, vt, quoties res ipſa poſtulat, rite poſſemus diuinum auxilium inuocare. Quod quidem ab ipſo PHOEBO PYTHAGORA obſeruatum fuiſſe tradunt, quem ferunt diuinis duntaxat quibusdam verbis tam animi, quam corporis morbos mirifice curaſſe. Qua quidem in re compertum habemus totam ZOROASTRIS ſapientiam conſtitiſſe, quam PLATO in *Alcibiade* diuinam adpellat, et in *Charmide* morborum animi et corporis curatricem.

Chriſtianis. Ex his Gentiliſmi et Judaismi impuris fontibus Magiae opinio in *Chriſtianorum* animos manauit. Miſſis *Gnoſticis*, qui communiter huius rei inſimulantur, bone Deus! quantum per omnia ſaecula R. C. à vero aberratum eſt a multis, qui vanitatibus dediti, fidei naufragium paſſi ſunt. Horret animus, vel recenſere vel repetere, quanta malorum ilias in eccleſia nata ſit abominandis his ſuperſtitionibus, et R. C. facies, tam blanda, tam amabilis, in nugarum copiam commutata. Horret animus, meminiſſe temporum, in quibus vana quaedam δαιμονολογία plus valuit, quam ſana theologia, in quibus omnia faſcinata erant daemonum vi, adparitionibus, placationibus, citationibus: regna, prouinciae, palatia, domus, fora, curiae, aedes abundabant *ſagis*, lamiis, veneficis, incantatoribus, magicis inſtrumentis, (*) ſigillis,

(*) Vt *Clauicula Salomonis*, vulgo: *Fauſti Höllenzwang*, qua formulae continentur, ad citationem ſpirituum neceſſariae et aptae.

s, figuris, pactis explicitis, implicitis, expressis, tacitis, completis, incompletis: (*) ngelorum nomina, horis, diebus, rebus singulis praefectorum, in infinitum fingebantur; iabolo diuitiarum suppeditandarum, et thesaurorum eruendorum copia tribuebatur, (**) uamuis semper decepti et ludificati vmbram ro corpore, lignum pro auro, stercora pro emmis acciperent, et saepissime ii ipsi, qui oc modo diuitias quaererent, fame enecari iderentur:

Auri sacra fames! quid non mortalia cogis

Pectora!

Quid de *viruneulis metallicis*, *Bergmännlein*, spiritu *Nathaëli*, thesaurorum custodi, sub virginis specie comparente, vulgo circumferebant t fabulabantur inepti homines! Quanta vis *inuocationi S. Christophori ad largiendos nummos* tributa!

*) Pactum *explicitum* et consummatum est, cum homo se suaque Satanae addicit in fidem et obsequium, et Satanas repromittit, se suos deuotos beaturum, hostes vlturum, mala auersurum, et bona adiecturum: *implicitum*, quando quis iis vtitur mediis, quae alius quis, qui cum Diabolo pactum explicitum iniit, ab eo accepit, et disciplinâ, ab altero haustâ, vtitur.

**) Mich. Foertschii *Comm. de pactis hominum cum Diabolo, circa abditos in terra thesauros effodiendos, et acquirendos, ad casum illum tragicum, qui A. 1715. in vigiliis festi Natiuitatis I. C. in agro Ienensi contigit, instituta.* Lips. 1741.

buta! (*) Quis modus erat *quaestionum magicarum*, *probationum Sagarum*, per aquam, per ferrum candens, per prunam, per panem, per caseum consecratum? INNOCENTII VIII. S. R. bullâ, (**) promulgatâ, quot rogi, vel in Germaniâ, fumabant, quam turpiter vel innocentissimorum hominum sanguis fusus, quantopere saeuitum est carceribus, suppliciis, viuicomburiis, quid per torturas ab mulierculis ἀσθενεστάτοις σκεύεσιν, extortum? Quam parum frugiferae lucis, et euangelicae veritatis prae se ferunt DEL--RIONIS *disquisitiones magicae*, *malleus maleficarum*; narrationes eiusmodi in infinitum auctae, vt innumerabilibus illusionibus via plana aperiretur, homines misere circumueniendi. Quanta vis tributa *agno* Dei, exstinguendi ignem, benedictis indusiis, et diuersorum generum reliquiis; orationibus, quae homines a tormentorum bellicorum impetu, vi flammae, violentia ferri, iactu fulminum, ceterisque id genus periculis conseruarent. (***) Cedro igitur digna sunt acta et scri-

(*) Vid. Diss. C. M. PFAFFII, sub hoc titulo, habita, Tub. 1748.

(**) Vid. b. HAVBERI *bibl. magica*, statim a limine L. I. 1 *St.* p. 1. ss. CLEMMII *Einl.* T. III. p. 222. ss.

(***) Innumerabilis est superstitionum copia, et ingens deliramentorum numerus, quae hoc loco tangi notarique mererentur. Ingenium humanum, superstitionum feracissimum et tenacissimum non potest non mirari, qui eas vel paullulum norit, et inspexerit; adeo foecundum est et diues eiusmodi prouentuum, qui toti commen-

:ripta, quibus obuiam itum est his superstitio-
ibus, a Joh. Wiero, *de praestigiis daemonum*,
et

mentitii sunt, et vix digni lucubratione anicularum. Quis enarret thesauripetarum insaniam, exorcismorum infaustas formulas, quibus omne maleficium ab aqua, sale, oleo, lacte, butyro, pellitur, tempestates auertuntur, certis herbis et medicamentis benedicitur, ad abigendos daemones, iis latentes? Quis modus est carminum, formularum, characterum, verborum, herbarum, radicum, quibus praesidium aliquod tribuitur, et vis, sese muniendi, feras subsistendi, pecudes, hominesque ligandi, corpus a globorum et gladiorum impetu immune praestandi, obduratum ad spicula, fures deprehendendi? Quis Monachorum cum Diabolo bella et commercia ignorat, aut *Franciscanorum* maxime sacrilegium, quo conduci se patiebantur ad recitandum quotidie psalmum pro his, qui hostem suum capitalem vellent perditum? His repugnare visis et phantasmatibus, obsistere his opinionibus, assensus lubricos sustinere, et Herculeum hunc laborem exantlare, has superstitiones, vt feram et immanem beluam, ex animis hominum extrahere, laudabilis opera est, lucis veritatisque euangelicae assertore digna, propterea quod benigno et salutari splendori veritatis reuelatae eo maiori dedecori et contumeliae sunt, quo frequentius et facilius fit, vt huius, quamuis ab his nugis et ineptiis alienissimae, integumentis contegi et palliari, quid? quod in sanctissimae huius lucis rationes, tenebricosae eiusmodi fictiones referri solent. Augiae vero stabulum purget, qui ad pudenda talia, et rationi et reuelationi, immo naturae hominum et intellectui erubescenda, commenta, ex animis plebis omnis generis, status et ordinis, penitus euellenda, studium operamque contulerit. Quo quidem labore praeclare functus est sedulus, et iucundi ingenii scriptor Anonymus: *Grab des Aberglaubens*, I - IV. *Samml. Frkf. et Leips.* 1777. 1778.

et incantationibus ac veneficiis Libri ſex, poſtrema editione ſexta aucti et recogniti, Baſil. 1583. 4. GODELMANNO, CHRIST. THOMASIO, (*) P. SPEE, *in Cautione criminali circa proceſſus contra Sagas*, cf. LEIBNITII *Theod.* §. 97. p. m. 144. b. HAVBERO in *Bibl. Magica* T. I. II. III. 1 - 36. *St.* A. 1738 - 1744. et *quos* MORHOFIVS adfert, qui Magiam, tamquam rem nihili et inanem impugnarunt, *Polyh.* T. II. L. III. §. 15. p. 459. ſ. quibus adde CONST. FRANC. DE CAVZ *de cultibus magicis, eorumque perpetuo ad eccleſiam et remp. habitu*, libri duo. Vindobonae 1764. vid. S. V. D. Erneſti *N. Theol. Bibl.* T. IX. p. 529. ſs.

§. VI.

Iudicium de Magia daemoniaca.

Iudicium noſtrum de hac *Magia daemoniaca*, iam in ſuperioribus anticipatum, vt interponamus, vix neceſſe videtur. In ſummâ, cum Magiae opinio tam infirmis nitatur ra-

(*) Regio eapropter elogio dignus haberi debet THOMASIVS: *Memoires pour ſervir à l' hiſtoire de Brandenbourg, quatrieme partie*, p. m. 84. „ En 1708. une femme, qui avoit le malheur d'être vieille, fut brulée comme ſorciere. Ces ſuites barbares de l'ignorance affecterent vivement Thomaſius, ſavant Profeſſeur de Halle; il couvrit de ridicule les Juges et les procés de ſorcellerie, il ſoutint des Theſes publiques ſur les cauſes phyſiques et naturelles des choſes, et declama ſi fort, qu'on eu honte de continuer l'uſage de ces procés; et depuis lui *le ſexe put vieillir et mourir en paix*.

ionibus; cum illam ope Daemonum fieri in
riptura non doceamur; cum boni angeli enun-
tis illis adiurationibus et citationibus non con-
ientur, nec compareant, malorum contra po-
tas valde circumscripta sit; cum innumeris
udibus et imposturis, apertis, et in lucem pro-
ictis, constet; imperio Summi Numinis, vni-
rsitatis huius Domini et rectoris, iniuria fiat;
ligionis christianae dignitati, luci et amabilita-
multum eâ detrahatur; cum ii ipsi, qui his va-
tatibus dediti essent, multum temporis et ope-
e se perdidisse testati sint; (*) cum praestantis-
nae librorum sacrorum promissiones, de ere-
ione nostra è potestate tenebrarum eleuentur;
ıtissima Magiae artificia vel ad *naturae* effectus,
II. vel *veneficia*, vel *circulatorias artes* pertine-
ant,

(*) Corn. Agrippa in L. *de vanitate scientiarum*, p. m. 82. quos iuuenis scripsit, *de philosophia occulta* libros tres, Lugd. per *Beringos fratres*, 1510. ita retractauit: „ De magicis scripsi ego iuuenis adhuc libros tres, amplo satis volumine, quos de *occulta philosophia* nuncupaui, in quibus quidquid tum per curiosam adolescentiam erratum est, nunc cautior hac palinodia recantatum volo: permultum enim temporis et rerum in his vanitatibus olim contriui: Tandem hoc profeci, vt sciam, quem iis rationibus oporteat alios ab hac pernicie dehortari. Quicunque enim non in veritate, nec in virtute Dei, sed elusione daemonum, secundum operationem malorum spirituum, diuinare et prophetare praesumunt, et per vanitates magicas, exorcismos, incantationes, amatoria, ἀγώγιμα, et cetera opera daemoniaca, et idololatriae fraudes exercentes, praestigia et phantasmata ostentantes, mox cessantia miracula sese operari iactant, omnes hi cum *Iamne* et *Mambre* et *Simone M.* aeternis ignibus cruciandi destinabuntur. „

ant, §. III. magia daemoniaca barbaris tantu
incultis temporibus, locis, etiam hominibus
lebrata, ab superstitiosis tantum hominibus
ta, ab ipsis oculatioribus philosophis, vel
Gentiles, repudiata, illiusque impotentia in
tu sit, non possum non, quin magicas art
las videlicet, quae invocato et in rem praes
accito auxilio daemonum exerceantur, re
das putem cum PLVTARCHO εἰς τὴν τῶν
καὶ ψυχρῶν ἀγορὰν, in *rerum euanidarum* e
darum classem. Saeculi igitur sui indolem
mihi videntur, quae a nostris theologis pr
tate huius Magiae in medium allata sun
THVMMIO, in Tr. de *sagarum impietate,*
imbecillitate, et poenae grauitate, Tub. 162
OSIANDRO in peculiari scripto: *de Magia*
ius compendium exhibet in *Exerc.* XXX
194. ss. MEISNERO in *philos. sobria* P. II.
c. II. p. 410-432. Argumenta, pro ver
ius magiae, in vnam summam collecta,
C. M. PFAFFII, de *operationibus diab*
„pertinent huc, inquientis, amulet
siue Talismanes, (*) sigilla, specula,
statuae magicae, fascinationum, incant
veneficiorum, praestigiarum genera infin
uocationes, adparitiones, fugationes spe
oracula diabolica, 2 Reg. I. 3. Ez. XXI.
IV. 12. Zach. X. 2. necyomantiae vete
recentiorum, philtra et unguenta magica
missiones morborum mirorum, sanationes,
que ecstases et visiones magicae, genii fam
res, obsessiones diabolicae, mira diabolica, tra
lationes sagarum per aërem, etc. tempesta
excitationes, mira in cadaueribus phaenome
qualia, e. g. sunt Vampyrorum, detectio
me

(*) De his cf. CLERICI *Opp. philos.* p. 245.

etallorum et thesaurorum magicae, nocumen- hominibus, bestiis, frugibus, herbis, aquis, c. illata, aliaque infinita, viribus naturae or- nariis effici nescia. Nec tamen negamus, ple- ique esse fabulosa, aliqua et meris superstitio- ibus et imaginationibus absolui. Omnia tamen ficiari illiberale, pene dixerim, inciuile vel npium est. ,, Multa heic congesta et coacerua- sunt, quae distinctius proponi debebant. Per- nent multa ad Magiam naturalem, veneficam, raestigiatoriam; multa maiorem lucem histori- um desiderant, multa aperte fabulosa sunt. In Gen- libus quaedam fortasse documenta huiusmodi o- erationum diabolicarum exstiterunt, quae, lu- e R. C. mundo oborta, in nihilum euanuerunt. ic ATHANASIVS *de incarn. verbi Dei*, p. 74. ὶ δὲ περὶ τῆς θαυμαζομένης παρ' αὐτοῖς μαγεί- ς ἄν τις εἴποι; ὅτι πρὶν μὲν ἐπιδημῆσαι τὸν λόγον, χυε καὶ ἐνήργει παρ' αἰγυπτίοις καὶ χαλδαίοις καὶ Ἰν- οῖς αὕτη, καὶ ἐξέπληττε τοὺς ὁρῶντας, τῇ δὲ παρου- ία τῆς ἀληθείας καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ λόγου διηλέγχ- η καὶ αὕτη καὶ κατηργήθη παντελῶς. Nec, in umma rei et generatim spectata, abesse ab his arti- us Diaboli πανουργίαν putem, communem illam qui- uscunque peccatis atrocioribus, qua illa adiu- at, confirmat, homines irretit, a Dei rerum- ue diuinarum amore abducit, praestigiis qui- usdam fascinat, ordinem gratiae peruertit, te- ebras obfundit, inscitiam alit, veri benignum plendorem obnubilat. At, inquies, sanctis re- us, nominibus, vocibus vtuntur magi, incan- atores; verum eo atrocius fit peccatum, quo anctioribus rebus nominibusque abuteris, vel ebraice, vel latine, vel graece, vel germanice

e-

enunciatis. (*) Vnde vero, inquis porro, Magia haec maximam partem illusionibus, et co rupta phantasia absoluitur, tanta *poenarum*, d uinitus huic crimini propositarum, atrocitas, morte luendum esset? Deut. XVIII. 12. Leu. XX 27. Exod. XXII. 18. Magiae studium semper co iunctum est cum turpi fuga Dei, cum summ contumelia, sanctissimo eius nomini illata, eiusq nefanda profanatione, cum voluntate et propo to, daemonum opem auxiliumque implorand cum *accessu* quodam et conformatione mentis cultus idololatricos, omnis denique obsequii, dei in Deum et Seruatorem vel expressa vel ta ta eiuratione, cum foederis, cum Deo initi, enorn violatione, cum scandali, inde in imperition redundantis, noxa, sanctissimas res, nomina verba, ad impias suas libidines peruersissime ap plicandi summa temeritate; impiâ cupiditate hominibus, a veri Numinis cultu abductis, persua dendi obseruationem vanarum eiusmodi et curio sarum superstitionum, immo earundem, ex re pudiandis Gentilismi et Iudaismi lacunis, incau ta in ecclesiam reuocatione, et, si mera venefici aut maleficia sint, cum studio nocendi, res creat peruertendi, et ad illicitos vsus adhibendi. Cu his criminibus non ingens proposita sit poena etiam ciuiliter pro gradu malitiae, iniuriae societatem, obstinationis et pertinaciae, plectu dis?

§. VI

(*) In antiquiori hymno, recte cecinit ecclesia:

Brauch kein Seegen und Zauberei,
Sprich nicht, es sind gut Wort darbei,
Ie heil'ger Wort, ie größer Sünd,
Weil sie misbrauchet worden sind.

§. VII.

— num miracula facere possit Satanas.

Quemadmodum Satanas, simia
, argumenti vim, quod pro ve-
te R. C. a *vaticiniis* ducitur, va-
, quibus homines in transuer-
n agit, *diuinationum generibus*,
IV. §. IX. X. eleuare studet; ita alterum quo-
e, quod *miracula* praebent, suis ostentis falsis-
e prodigiis, sollicitare atque eludere tentat.
utum igitur est sapientiae verae amantibus in
ris libris, ne his se rebus irretiri et fascinari,
è veri salutaris fructu et studio deturbari pati-
ur. Mirabilium quorundum perpetrandorum
ultatem si tribuere Satanae videntur libri sa-
, 2 Thess. II. 9. Apoc. XIII. 2. 11. 13. XVI.
. Deut. XIII. 1. ss. Matth. XXIV. 24. faciunt
eâ cautione, vt iis ipsis locis, verorum falso-
mque, diuinorum et diabolicorum miraculo-
m internoscendorum, notae insint satis per-
cuae. Sic 1 Thess. II. 3-12. spem Thessalo-
censium, quam de instante die Domini conce-
erant, in ordinem redigit Apostolus, nec prius
turum esse docet, donec insignis quaedam de-
ctio, et flagitiosus aliquis perditusque homo,
ui diuina aeque ac humana iura conculcaturus
t, et se super omnia elaturus; manifestetur,
. 3. 4. de hac in ecclesia ἀποςασίᾳ se egisse co-
am, et remoram declarasse, quae plenae eius
ruptioni adhuc obstitisset, v. 5. 6. semina vero
nti mali iam iam sparsa esse, suo tempore ple-
ius reuelandi. v. 7. Flagitiosi huius hominis ad-
entum, Satanae obstetricantis opera, cum omni
alsorum prodigiorum, portentorum, miraculo-
umque genere, et cum omni scelerum fraude

 con-

coniunctum fore, v. 9. 10. efficaciâ suâ animo
culosque eorum fascinantium, qui, repudi
veri amore, mendaciis patulas aures et me
praebuissent, v. 11. 12. Iam ἄνθρωπον ἁμαρτ
olim exstiturum, siue cum CHRYSOSTOMO
Nerone, siue cum GROTIO de *Caio Caesare*,
cum WETSTENIO de *Tito*, siue cum S. V.
KOPPE, in *prol. inuitat. quis sit ὁ ἄνθρωπος
ἁμαρτίας, et quis ὁ κατέχων*, 2 Thess. II. 3
Göttingae 1776. de *perdita hominum colluuie*, *et
christianae indolis referentibus hominibus*, *scelera
impiis*, *κατέχοντα* de *Paullo* ceterisque Aposto
et viris apostolicis, siue, ex communi eccle
nostrae interpretatione, quae ex omni parte pr
sidiis tam grammaticis, quam exegeticis, sa
firmis sustinetur, non de *Pontifice Romano*, ei
que sede et continua serie, sed de *Antichristo* κα
ἐξοχὴν, vna quadam et indiuidua persona, *cuius*
furor per triennium, et quod excurrit, duraturus
olim, significatur, Apoc. XIII. 5. Dan. XI. 36. cu-
ius effigiem expresserit in V. T. *Antiochus Epipha-
nes*, in sacra Judaeorum tam nefarie grassans
exponas, id nostra hactenus nil refert, qui, i
illustri hoc loco, tantummodo adtendimus osten
torum et prodigiorum effectionem, quae Satana
operae et efficientiae tribuitur, et, si similis locu
Apoc. XIII. 13. 14. spectetur, tanta erit, vt ignem
è caelo in terram deuocet, terraeque incolas o
stentis istis fascinet. Falsis porro prophetis, Matth
XXIV. 24. Deut. XIII. 1. ss. prodigiorum quorun-
dam patrandorum facultas si tribuitur, praesti-
gias illas suorum Apostolorum et ministrorum com-
muni sua, vel singulari efficacitate, adiuuare Sa-
tanam, ex locis similibus, 2 Thess. II. 9. 2 Cor.
XI. 14. s. satis perspicue intelligitur. Vera *miracu-
la* non cadunt in Diaboli daemonumque vires,
vt

reare, *mortuos ad vitam reuocare*, *futura*, quo-
a nec in visibilibus, nec in inuisibilibus prae-
atio quaedam adsit, praeuidere et significare. (*)
i vero stupendam vim angelorum, qua nostras
s longissime superant, recte considerauerit,
i omnino euenta, quorum quidem efficiendo-
n vis non cadat in nostram facultatem, sed in
is cuiusdam generis naturarum intelligen-
m, facile videbit, idemque intelliget, qui
i possi , vt diaboli daemonumque ope,
inentiorum illorum atque sagaciorum spiritu-
i, qui vastissimam rerum, in terra de Deo te-
ntium, multitudinem intelligunt, stupenda eius-
di et mirabilia opera edantur, quae, cum res
isitatae sint, et ante inauditae, quibus in admira-
nem rapiantur homines, saepe etiam δυνάμεις
τέρατα adpellantur in sacris libris, quemad-
dum vera miracula. *Il se peut*, inquit LEIB-
TIVS, *Discours de la Conformité de la foi avec la*
ison, §. 3. *qu'il y ait des miracles, que Dieu fait*
r le Ministére des Anges, où les loix de la nature
sont point violées, non plus, que lorsque les hom-
s aident la nature par l'art; l'artifice des Anges ne
fferant du nôtre, que par le degré de perfection.
uae facultas, si in bonos angelos cadit, etiam
alis, si Deus permittat, tribui posse videtur.
uamuis igitur *miraculorum*, proprie sumtorum,
lium, quae caussas naturales superent, nec na-
rali vi effici possint, perpetrandorum faculta-
m, Satanae non demus, miros tamen et stu-

Rr 2 pen-

(*) Alucinabantur ergo Gnostici, *Menandri*, *Saturnini*, *Carpocratis* sectatores, qui mundum ab angelis conditum affirmarent; quemadmodum contra apud nos ii, qui vera et diuina miracula, ad naturales caussas, naturaliumque euentorum modum contortis suis interpretamentis reuocare student.

buta ! (*) Quis modus erat *quaestionum magicarum*, *probationum Sagarum*, per aquam, per ferrum candens, per prunam, per panem, per caseum consecratum ? INNOCENTII VIII. S. R. bullâ, (**) promulgatâ, quot rogi, vel in Germaniâ, fumabant, quam turpiter vel innocentissimorum hominum sanguis fusus, quantopere saeuitum est carceribus, suppliciis, viuicomburiis, quid per torturas ab mulierculis, ἀσθενεστάτοις σκεύεσιν, extortum? Quam parum frugiferae lucis, et euangelicae veritatis prae se ferunt DEL--RIONIS *disquisitiones magicae*; *malleus maleficarum*; narrationes eiusmodi in infinitum auctae, vt innumerabilibus illusionibus via plana aperiretur, homines misere circumueniendi. Quanta vis tributa *agno* Dei, exstinguendi ignem, benedictis indusiis, et diuersorum generum reliquiis; orationibus, quae homines a tormentorum bellicorum impetu, vi flammae, violentia ferri, iactu fulminum, ceterisque id genus periculis conseruarent. (***) Cedro igitur digna sunt acta et scri-

(*) Vid. Diss. C. M. PFAFFII, sub hoc titulo, habita, Tub. 1748.

(**) Vid. b. HAVBERI *bibl. magica*, statim a limine L. I. 1 *St.* p. 1. ss. CLEMMII *Einl.* T. III. p. 222. ss.

(***) Innumerabilis est superstitionum copia, et ingens deliramentorum numerus, quae hoc loco tangi notarique mererentur. Ingenium humanum, superstitionum feracissimum et tenacissimum non potest non mirari, qui eas vel paullulum norit, et inspexerit; adeo foecundum est et diues eiusmodi prouentuum, qui toti commen-

scripta, quibus obuiam itum est his superstitionibus, a JOH. WIERO, *de praestigiis daemonum*, et

mentitii sunt, et vix digni lucubratione anicularum. Quis enarret thesauripetarum insaniam, exorcismorum infaustas formulas, quibus omne maleficium ab aqua, sale, oleo, lacte, butyro, pellitur, tempestates auertuntur, certis herbis et medicamentis benedicitur, ad abigendos daemones, iis latentes? Quis modus est carminum, formularum, characterum, verborum, herbarum, radicum, quibus praesidium aliquod tribuitur, et vis, sese muniendi, feras subsistendi, pecudes, hominesque ligandi, corpus a globorum et gladiorum impetu immune praestandi, obduratum ad spicula, fures deprehendendi? Quis Monachorum cum Diabolo bella et commercia ignorat, aut *Franciscanorum* maxime sacrilegium, quo conduci se patiebantur ad recitandum quotidie psalmum pro his, qui hostem suum capitalem vellent perditum? His repugnare visis et phantasmatibus, obsistere his opinionibus, assensus lubricos sustinere, et Herculeum hunc laborem exantlare, has superstitiones, vt feram et immanem beluam, ex animis hominum extrahere, laudabilis opera est, lucis veritatisque euangelicae assertore digna, propterea quod benigno et salutari splendori veritatis reuelatae eo maiori dedecori et contumeliae sunt, quo frequentius et facilius fit, vt huius, quamuis ab his nugis et ineptiis alienissimae, integumentis contegi et palliari, quid? quod in sanctissimae huius lucis rationes, tenebricosae eiusmodi fictiones referri solent. Augiae vero stabulum purget, qui ad pudenda talia, et rationi et reuelationi, immo naturae hominum et intellectui erubescenda, commenta, ex animis plebis omnis generis, status et ordinis, penitus euellenda, studium operamque contulerit. Quo quidem labore praeclare functus est sedulus, et iucundi ingenii scriptor Anonymus: *Grab des Aberglaubens*, I - IV. *Samml. Frkf. et Leips.* 1777. 1778.

et incantationibus ac veneficiis Libri sex, postrema editione sexta aucti et recogniti, Basil. 1583. 4. GODELMANNO, CHRIST. THOMASIO, (*) P. SPEE, *in Cautione criminali circa processus contra Sagas*, cf. LEIBNITII *Theod.* §. 97. p. 144. b. HAVBERO in *Bibl. Magica* T. I. II. III. 1-36. *St.* A. 1738-1744. et *quos* MORHOFIVS adfert, qui Magiam, tamquam rem nihili et inanem impugnarunt, *Polyh.* T. II. L. III. §. 15. p. 459. s. quibus adde CONST. FRANC. DE CAVZ *de cultibus magicis*, *eorumque perpetuo ad ecclesiam et remp. habitu* libri duo. Vindobonae 1764. vid. S. V. D. Ernesti *N. Theol. Bibl.* T. IX. p. 529. ss.

§. VI.

Iudicium de Magia daemoniaca.

Iudicium nostrum de hac Magia *daemoniaca*, iam in superioribus anticipatum, vt interponamus, necesse videtur. In summâ, cum Magiae opinio tam infirmis nitatur ra-

(*) Regio ea propter elogio dignus haberi debet THOMASIVS: *Memoires pour servir à l' histoire de Brandenbourg, quatrieme partie*, p. m. 84. „ En 1708. une femme, qui avoit le malheur d' être vieille, fut brulée comme sorciere. Ces suites barbares de l' ignorance affecterent vivement Thomasius, savant Professeur de Halle; il couvrit de ridicule les Juges et les procés de sorcellerie, il soutint des Theses publiques sur les causes physiques et naturelles des choses, et declama si fort, qu' on eu honte de continuer l' usage de ces procés; et depuis lui *le sexe put vieillir et mourir en paix*.

tionibus ; cum illam ope Daemonum fieri in
riptura non doceamur; cum boni angeli enun-
nis illis adiurationibus et citationibus non con-
ientur , nec compareant, malorum contra po-
tas valde circumscripta sit ; cum innumeris
udibus et imposturis, apertis, et in lucem pro-
ctis , constet; imperio Summi Numinis , vni-
rsitatis huius Domini et rectoris , iniuria fiat;
ligionis christianae dignitati, luci et amabilita-
multum eâ detrahatur ; cum ii ipsi, qui his va-
tatibus dediti essent, multum temporis et ope-
e se perdidisse testati sint ; (*) cum praestantis-
nae librorum sacrorum promissiones, de ere-
ione nostra è potestate tenebrarum eleuentur;
tissima Magiae artificia vel ad *naturae* effectus,
ll. vel *veneficia*, vel *circulatorias artes* pertine-
ant,

(*) Corn. Agrippa in L. *de vanitate scientiarum*, p. m. 82. quos iuuenis scripsit, *de philosophia occulta* libros tres, Lugd. per *Beringos fratres*, 1510. ita retractauit: „ De magicis scripsi ego iuuenis adhuc libros tres, amplo satis volumine , quos de *occulta philosophia* nuncupaui, in quibus quidquid tum per curiosam adolescentiam erratum est, nunc cautior hac palinodia recantatum volo: permultum enim temporis et rerum in his vanitatibus olim contriui: Tandem hoc profeci , vt sciam , quem iis rationibus oporteat alios ab hac pernicie dehortari. Quicunque enim non in veritate , nec in virtute Dei , sed elusione daemonum , secundum operationem malorum spirituum, diuinare et prophetare praesumunt, et per vanitates magicas , exorcismos , incantationes, amatoria, ἀγώγιμα, et cetera opera daemoniaca, et idololatriae fraudes exercentes, praestigia et phantasmata ostentantes , mox cessantia miracula sese operari iactant , omnes hi cum *Iamne* et *Mambre* et *Simone M.* aeternis ignibus cruciandi destinabuntur. „

ant, §. III. magia daemoniaca barbaris tantum incultis temporibus, locis, etiam hominibus celebrata, ab superstitiosis tantum hominibus credita, ab ipsis oculatioribus philosophis, vel inter Gentiles, repudiata, illiusque impotentia in promtu sit, non possum non, quin magicas artes, illas videlicet, quae invocato et in rem praesentem accito auxilio daemonum exerceantur, relegandas putem cum PLVTARCHO εἰς τὴν τῶν ἑωλ(?) κ ψυχρῶν ἀγοράν, in *rerum euanidarum* et *frigidarum classem*. Saeculi igitur sui indolem referre mihi videntur, quae a nostris theologis pro veritate huius Magiae in medium allata sunt, THVMMIO, in Tr. de *sagarum impietate*, *nocentium imbecillitate*, *et poenae grauitate*, Tub. 1621. I. OSIANDRO in peculiari scripto: *de Magia*, cuius compendium exhibet in *Exerc. XXXVII.* p. 194. ss. MEISNERO in *philos. sobria* P. II. Sect. II. c. II. p. 410-432. Argumenta, pro veritate huius magiae, in vnam summam collecta, sistit diss. C. M. PFAFFII, de *operationibus diabolicis*, p. 6. „pertinent huc, inquientis, amuleta magica siue Talismanes, (*) sigilla, specula, gemmae, statuae magicae, fascinationum, incantationum, veneficiorum, praestigiarum genera infinita, euocationes, adparitiones, fugationes spectrorum, oracula diabolica, 2 Reg. I. 3. Ez. XXI. 26. Hos. IV. 12. Zach. X. 2. necyomantiae veterum et recentiorum, philtra et unguenta magica, immissiones morborum mirorum, sanationes, itemque ecstases et visiones magicae, genii familiares, obsessiones diabolicae, mira diabolica, translationes sagarum per aërem, etc. tempestatum excitationes, mira in cadaueribus phaenomena, qualia, e. g. sunt Vampyrorum, detectiones metal-

(*) De his cf. CLERICI *Opp. philoss.* p. 245.

etallorum et thesaurorum magicae, nocumen- hominibus, bestiis, frugibus, herbis, aquis, c. illata, aliaque infinita, viribus naturae or- nariis effici nescia. Nec tamen negamus, ple- ique esse fabulosa, aliqua et meris superstitio- ibus et imaginationibus absolui. Omnia tamen ficiari illiberale, bene dixerim, inciuile vel npium est. „ Multa heic congesta et coacerua- sunt, quae distinctius proponi debebant. Per- nent multa ad Magiam naturalem, veneficam, raestigiatoriam; multa maiorem lucem histori- am desiderant, multa aperte fabulosa sunt. In Gen- libus quaedam fortasse documenta huiusmodi o- erationum diabolicarum exstiterunt, quae, lu- e R. C. mundo oborta, in nihilum euanuerunt. ic ATHANASIVS *de incarn. verbi Dei*, p. 74. ὶ δὲ περὶ τῆς θαυμαζομένης παρ' αὐτοῖς μαγεί- ς ἄν τις εἴποι; ὅτι πρὶν μὲν ἐπιδημῆσαι τὸν λόγον, χυε καὶ ἐνήργει παρ' αἰγυπτίοις καὶ χαλδαίοις καὶ Ἰν- οῖς αὕτη, καὶ ἐξέπληττε τοὺς ὁρῶντας, τῇ δὲ παρου- ίᾳ τῆς ἀληθείας καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ λόγου διηλέγχ- η καὶ αὕτη καὶ κατηργήθη παντελῶς. Nec, in umma rei et generatim spectata, abesse ab his arti- bus Diaboli πανουργίαν putem, communem illam qui- buscunque peccatis atrocioribus, qua illa adiu- at, confirmat, homines irretit, a Dei rerum- que diuinarum amore abducit, praestigiis qui- busdam fascinat, ordinem gratiae peruertit, te- nebras obfundit, inscitiam alit, veri benignum splendorem obnubilat. At, inquies, sanctis re- bus, nominibus, vocibus vtuntur magi, incan- tatores; verum eo atrocius fit peccatum, quo sanctioribus rebus nominibusque abuteris, vel hebraice, vel latine, vel graece, vel germanice e-

enunciatis. (*) Vnde vero, inquis porro, Magia haec maximam partem illusionibus, et co rupta phantasia absoluitur, tanta *poenarum*, d uinitus huic crimini propositarum, atrocitas, morte luendum esset? Deut. XVIII. 12. Leu. XX 27. Exod. XXII. 18. Magiae studium semper co iunctum est cum turpi fuga Dei, cum summ contumelia, sanctissimo eius nomini illata, eiusq nefanda profanatione, cum voluntate et propo to, daemonum opem auxiliumque implorand cum *accessu* quodam et conformatione mentis cultus idololatricos, omnis denique obsequii, dei in Deum et Seruatorem vel expressa vel ta ta eiuratione, cum foederis, cum Deo initi, enorm violatione, cum scandali, inde in imperitior redundantis, noxa, sanctissimas res, nomina verba, ad impias suas libidines peruersissime ac plicandi summa temeritate; impiâ cupiditate hominibus, a veri Numinis cultu abductis, persua dendi obseruationem vanarum eiusmodi et curio sarum superstitionum, immo earundem, ex re pudiandis Gentilismi et Iudaismi lacunis, incau ta in ecclesiam reuocatione, et, si mera venefici aut maleficia sint, cum studio nocendi, res creata peruertendi, et ad illicitos vsus adhibendi. Cu his criminibus non ingens proposita sit poena etiam ciuiliter pro gradu malitiae, iniuriae societatem, obstinationis et pertinaciae, ple dis?

§. VI

(*) In antiquiori hymno, recte cecinit ecclesia:

Brauch kein Seegen und Zauberei,
Sprich nicht, es sind gut Wort darbei,
Ie heil'ger Wort, ie größer Sünd,
Weil sie misbrauchet worden sind.

§. VII.

Quemadmodum Satanas, simia , argumenti vim, quod pro vete R. C. a *vaticiniis* ducitur, va-, quibus homines in transuer-ı agit, *diuinationum generibus*, IV. §. IX. X. eleuare studet; ita alterum quo-e, quod *miracula* praebent, suis ostentis falsise prodigiis, sollicitare atque eludere tentat. utum igitur est sapientiae verae amantibus in ris libris, ne his se rebus irretiri et fascinari, è veri salutaris fructu et studio deturbari patiur. Mirabilium quorundum perpetrandorum ultatem si tribuere Satanae videntur libri saf, 2 Thess. II. 9. Apoc. XIII. 2. 11. 13. XVI. . Deut. XIII. 1. ss. Matth. XXIV. 24. faciunt eâ cautione, vt iis ipsis locis, verorum falsomque, diuinorum et diabolicorum miraculom internoscendorum, notae insint satis perlcuae. Sic 1 Thess. II. 3-12. spem Thessalocensium, quam de instante die Domini concerant, in ordinem redigit Apostolus, nec prius turum esse docet, donec insignis quaedam deçtio, et flagitiosus aliquis perditusque homo, ui diuina aeque ac humana iura conculcaturus t, et se super omnia elaturus, manifestetur, 3. 4. de hac in ecclesia ἀποςασίᾳ se egisse coım, et remoram declarasse, quae plenae eius ruptioni adhuc obstitisset, v. 5. 6. semina vero nti mali iam iam sparsa esse, suo tempore pleius reuelandi. v. 7 Flagitiosi huius hominis adentum, Satanae obstetricantis opera, cum omni ılsorum prodigiorum, portentorum, miraculoımque genere, et cum omni scelerum fraude

— num miracula facere possit Satanas.

coniunctum fore, v. 9. 10. efficaciâ ſuâ animo culosque eorum faſcinantium, qui, repudi veri amore, mendaciis patulas aures et me praebuiſſent, v. 11. 12. Iam ἄνθρωπον ἁμαρτ olim exſtiturum, ſiue cum CHRYSOSTOMO *Nerone*, ſiue cum GROTIO de *Caio Caeſare*, cum WETSTENIO de *Tito*, ſiue cum S. V. KOPPE, in *prol. inuitat. quis ſit ὁ ἄνθρωπος ἁμαρτίας, et quis ὁ κατέχων*, 2 Theſs. II. 3 Göttingae 1776. de *perdita hominum colluuie*, *chriſtianae indolis referentibus hominibus*, *ſcelera impiis*, *κατέχοντα* de *Paullo* ceterisque Apoſto et viris apoſtolicis, ſiue, ex communi eccle noſtrae interpretatione, quae ex omni parte *pr* ſidiis tam grammaticis, quam exegeticis, ſa firmis ſuſtinetur, non de *Pontifice Romano*, eiu que ſede et continua ſerie, ſed de *Antichriſto κα ἐξοχὴν*, vna quadam et indiuidua perſona, *cuiu* furor per triennium, et quod excurrit, duraturus olim, ſignificatur, Apoc. XIII. 5. Dan. XI. 36. cu- ius effigiem expreſſerit in V. T. *Antiochus Epipha- nes*, in ſacra Judaeorum tam nefarie graſſans exponas, id noſtra hactenus nil refert, qui, i illuſtri hoc loco, tantummodo adtendimus *oſten* torum et prodigiorum effectionem, quae Satana operae et efficientiae tribuitur, et, ſi ſimilis *locu* Apoc. XIII. 13. 14. ſpectetur, tanta erit, vt ignem è caelo in terram deuocet, terraeque *incolas o* ſtentis iſtis faſcinet. Falſis porro prophetis, Matth XXIV. 24. Deut. XIII. 1. ſs. prodigiorum *quorun-* dam patrandorum facultas ſi tribuitur, praeſti- gias illas ſuorum Apoſtolorum et miniſtrorum *com-* muni ſua, vel ſingulari efficacitate, adiuuare Sa- tanam, ex locis ſimilibus, 2 Theſs. II. 9. *2 Cor.* XI. 14. ſ. ſatis perſpicue intelligitur. Vera *miracu- la* non cadunt in Diaboli daemonumque *vires*,

vt

eare, *mortuos ad vitam reuocare*, *futura*, quo-
n nec in visibilibus, nec in inuisibilibus prae-
atio quaedam adsit, praeuidere et significare. (*)
vero stupendam vim angelorum, qua nostras
s longissime superant, recte considerauerit,
i omnino euenta, quorum quidem efficiendo-
n vis non cadat in nostram facultatem, sed in
s cuiusdam generis naturarum intelligen-
n, facile videbit, idemque intelliget, qui
i possit, vt diaboli daemonumque ope,
inentiorum illorum atque sagaciorum spiritu-
, qui vastissimam rerum, in terra de Deo te-
ntium, multitudinem intelligunt, stupenda eius-
di et mirabilia opera edantur, quae, cum res
ısitatae sint, et ante inauditae, quibus in admira-
nem rapiantur homines, saepe etiam δυνάμεις
τέρατα adpellantur in sacris libris, quemad-
dum vera miracula. *Il se peut*, inquit LEIB-
TIVS, *Discours de la Conformité de la foi avec la*
son, §. 3. *qu'il y ait des miracles, que Dieu fait*
r le Ministére des Anges, où les loix de la nature
sont point violées, non plus, que lorsque les hom-
s aident la nature par l'art; l'artifice des Anges ne
ferant du nôtre, que par le degré de perfection.
ıae facultas, si in bonos angelos cadit, etiam
alis, si Deus permittat, tribui posse videtur.
uamuis igitur *miraculorum*, proprie sumtorum,
lium, quae caussas naturales superent, nec na-
rali vi effici possint, perpetrandorum faculta-
m, Satanae non demus, miros tamen et stu-

 pen-

(*) Alucinabantur ergo Gnostici, *Menandri*, *Saturnini*, *Carpocratis* sectatores, qui mundum ab angelis conditum affirmarent; quemadmodum contra apud nos ii, qui vera et diuina miracula, ad naturales caussas, naturaliumque euentorum modum contortis suis interpretamentis reuocare student.

pendos effectus perspicacissimum hunc artifice producere posse, quis dubitet? Exstant in S. L teris tales effectus, angelorum interuentu et op ra praestiti, quos obstupescimns, vt strages a angelo exterminatore in Æegypto, altera in c stris assyriacis edita, 2 Reg. XIX. 35. Es. XXXV 36. et haec opera, si naturam, viresque angel cas, spectes, modum earum non excedunt, n bis vero extraordinaria videntur et mirabilia. I lud extra controuersiam positum est, angelos, n que bonos neque malos, nihil proprie creando pr ducere posse, nihil absque omni caussarum nat ralium concursu efficere, nulla opera miraculosa diuinis aequalia, propriis viribus edere; nec ta men eapropter ipsis omnem in dirigendis caussis naturalibus, ad effectus extraordinarios, vim et efficaciam abiudicari debere, quae sine vlla, aut immutatione, aut praeteritione legum naturae generalium obtinere potest, haec enim si fiat, miraculi, proprie sumti, et diuini, natura expri- mitur. Quae si recte adtendantur, fomes illius controuersiae, quae de miraculis diuinis et dia- bolicis agitata est, exstinguitur. Omnem hanc doctrinam accurate et solide excussit S. R. D. Less *Wahrheit der christl. Rel.* p. 243 - 396. Illud sin- gulare est, et praecipuum, nullam esse religio- nem, quae se non miraculis confirmatam iacti- tet. *Turcae*, teste *Busbequio*, illorum varia et multa venditant, *Chinenses Confucii* miraculis glo- riantur, *RCatholici* ingentem eorum numerum re- ferunt, quibus ecclesiae suae auctoritas stabilita sit; quamuis vero eorum maxima pars Clerico- rum artibus debeatur, largiri tamen illud non du- bitamus, a Diabolo quandoque aliquid praesta- ri posse, quod mentes in erroribus fascinet, et simpliciores decipiat. Talia etiam in *Gentilibus* inue-

nias. *Brenno*, Gallorum duce, cum exerci-
ɔoooo militum ad Delphos deleto, *omnes san-
tem eius loci et diuinitatem Apollinis venerebantur.*
ſentiam Dei, inquit JVSTINVS, L. XXIV.
et ipſi ſtatim ſenſere, nam et tertae motu
io montis abrupta Gallorum ſtrauit exercitum,
onfertiſſimi cunei non ſine vulneribus hoſti-
diſſipati ruebant. Inſecuta deinde tempeſtas
quae grandine et frigore ſaucios ex vulneri-
abſumſit. -- *Signa* igitur, quibus miracula ve-
falſis diſtinguuntur, probe obſeruanda ſunt.
num ſpectandus eſt *finis*, quem miracula in-
lunt, qui ſi Deo dignus ſit, non poſſunt non
dem habere auctorem, vt veritatis cuiusdam
nae, et ſcitu neceſſariae, aut patefactio, aut con-
atio, miſſionis extraordinariae auctoramen-
, ſtertentium hominum valida et fortis exci-
, aliique effectus, Dei virtutibus digni. Nec
eſſe puto, vt quis, ad hanc verorum falſo-
ique miraculorum diſtinctionem, naturae vi-
habeat cognitas perſpectasque, vt intelligat,
d ſit ſupra illas, vel illis, ſine ſpeciali Dei o-
, conforme. Conſiliis etiam Dei multis im-
andis ea opera idonea ſunt, quae oſtendunt,
ulari quadam ratione diuinam intercedere pro-
entiam, et ipſas quoque res creatas, quarum
edat miniſterium, Deo in illa cauſſa ſeruire.
ro. miracula Dei aedificant, ad ſtatum ſoli-
rem, perfectiorem, ordinatiorem, amorem
glorificationem ſui, et ſalutem hominum ten-
it; Satanae vero mira, limitatae per Dei volun-
m potentiae effectus, ad extremam denique
fuſionem et ἀταξίαν ſpectant, qua homines
rupti et miſeri ad ſtatum corruptiorem, miſe-
rem, a Deo, luce, perfectione, felicitate,
notiorem deprimuntur. In vniuerſum, mira-

cula diſcernendi ſignum praeſentiſſimum merito habetur rerum omnium, quae concurrunt, amica conſpiratio; ſi manifeſtum ſit, facta eiusmodi vere contigiſſe, et vires humanas excedere; ſi inſtrumenta, quibus fiunt, ſint aliunde probata, tamquam ſincera, et fallaciae expertia; ſi indicia adſint, gloriam et ſanctificationem nominis diuini, opportune ac tempeſtiue, per huiusmodi facta amplificari; ſi apta ſint et idonea ſanctiſſimis his finibus conſequendis; ſi nihil in iis, quod illis contrarium ſit, adpareat; ſi analogiam habeant cum miraculis, indubie talibus; ſi ſapientium et exercitatorum examen non refugiant; ſi interior etiam gratia, et ceterae veritatis notae iis coniunctae ſint, maxime, ſi non tendant ad euerſionem doctrinae, ſufficientibus iam ante miraculis a Deo confirmatae; neque ſtabiliant errores, et abuſus, verbo Dei contrarios, cum Deus ſibi ipſe aduerſari nequeat, nec ſuperſtitioni patrocinentur, nec ἀπιςίᾳ. Ad ſigna haec, ſi rite exigantur, nullum eſt dubium, quin veritas mentem piam exploratoris lucidiſſimis colluſtratura ſit radiis, vt ſobrie iudicaturus ſit, nec è poſſeſſione veritatis, recte cognitae explorataeque, facile deturbetur. Certum eſt, inquit LEIBNITIVS, falſi miraculi ſignum, ſi vel naturae vires, vel antiquius, aut prius aliquod miraculum, praeſtando effectui et fini ſuffeciſſent. Omnium denique apertiſſimum, et minime fallax, ſignum veri falſique prophetae et θαυματεργοῦ dedit Chriſtus, Matth. VII 15 - 20. quo recte et diligenter adhibito, non eſt periculum, ne aut impia fraude, aut anili ſuperſtitione obligemur.

Sectio

SECTIO IV.

QVID IN HOMINE NATVRALI TENTET HOSTIS?

§. I.

Homo naturalis, quis?

Quilibet homo, cui euangelium innotescit, vel in statu naturae est, vel in statu gratiae, vel ψυχικὸς est, vel πνευματικὸς, 1 Cor. II. 14. Vtrique huic generi tentationes suas accommodat Satanas. In statu naturae viuunt, qui nil habent, praeter rationem, et vires naturales sibi adhuc relictas, cuiusmodi sunt omnes, qui per gratiam Dei, eiusque Spiritum, nec illuminati sunt, nec sanctificati, ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες, Iud. v. 19. qui eam habent indolem mentisque, vt tantum ea quaerant et adpetant, quae ad hanc vitam pertinent, et in iis felicitatem quaerunt, quae voluptates, opes, honores, varium que splendorem spectant, in spiritualibus caeci, in terrenis oculatissimi. Eph. V. 8. Luc. XVI. 8. Non est huius loci, hanc vocis ψυχικῦ significationem copiosius probare, et contra ESTIVM, et R. D. SEMLERVM, qui ESTII interpretationem recoxit, vindicare, per ψυχικοὺς eos intelligentes, qui, licet credant in Christum, et remissionem peccatorum acceperint, prae mentis imbecillitate, non recipiant altiora fidei mysteria, doctrinam τελείοις, et πνευματικοῖς propriam. Contextus orationis apostolicae, et attributa ψυχικῦ, πνεῦμα μὴ ἔχειν, πνεῦμα τῦ κόσμυ λαβεῖν, ὐ δέχεσθαι τὰ τῦ πνεύματος τῦ Θεῦ, illa

 pro

pro *μωρία* habere, nec ea posse cognoscere, communem huius vocis interpretationem sustinent, qua respicitur non sola affectuum et cupiditatum carnalium intemperies, sed omne id, quod in natura humana vel vitiosi et corrupti, vel boni inest, sed gratiae sanctificantis, et Spiritus S. expers, arte insuper et ingenio auctum et infucatum, hominem plerumque impediens, quo minus ea, quae Spiritus Dei sint, fide diuina et salutari recipiat. *Ψυχικὸς* igitur est, qui suae tantum rationis luce ducitur, *σαρκικὸς* contra, qui prauis affectibus regi se et gubernari patitur. 1 Cor. III. 2. In illo respiciuntur naturales hominis facultates, in se, sine Spir. S. gratiâ, in hoc prauus earum vsus, et peruersa adplicatio. Vigent in his praui sensus, sapientia carnalis, exemplorum prauorum auctoritas, affectiones animi et cupiditates, adsueta e vitiorum illecebris, et suauitate rerum, in sensus incurrentium; quarum specie insani capti, fortius et viuidius afficiuntur, quam inuisibilium et diuinarum amore et suauitate. (*) Horum vero hominum, varia constitui possunt genera, siue intellectum, siue voluntatem ac propensiones, siue conscientiam, siue vitam tandem, atque externas actiones spectes. Sunt alii, qui spe-

(*) Hunc hominis naturalis habitum, ad efficiendam veram virtutem christianam, exacte refert A. C. Art. XX. p. m. 35. ed. *Walchii* — *Humanae vires, sine Spiritu S. plenae sunt impiis affectibus, et sunt imbecilliores, quam vt bona opera possint efficere coram Deo. Adhaec sunt in potestate Diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Quemadmodum est videre in philosophis, qui et ipsi conati, honeste viuere; tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, quum est sine fide, et sine Spiritu S. et tantum humanis viribus se gubernat.*

ciem christianae pietatis externam habent, 2
a. III. 5. alii ea quoque destituti sunt. Sunt,
aperte improbi, vel honesti; et horum alii *ci-*
tantum *iustitiae*, alii *honestatis*, alii etiam *pie-*
s naturalis studiosi. Inter aperte improbos et
gitiosos, supremum ii gradum tenent, qui
verae pietatis hostes sunt, vel manifesti, vel
ndestini, vel persecutores, aut plane obdurati:
gitiosi, (haec CHRIST. THOMASII distinctio
,) alii sunt in *statu humano*, *alii bestiali*, alii
bolico: qui praeter honestatem naturalem, pie-
is etiam christianae speciem habent, eamque va-
gradu, vel bona fide tales sunt, vim atque
dolem veri christianismi ignorantes, vel mali-
osi hypocritae. Summus in illo genere gradus
t *Pharisaismus*. Hi omnes, quoad *conscientiam*,
int vel in statu securitatis, vel seruitutis, vel
ontinuae cuiusdam agitationis mentis, et pertur-
ationum, propterea, quod inexplebile illud desi-
erium quietis, et tranquillitatis, nullo rerum
raesentium et caducarum vsu et fructu satiari pot-
st: PASCAL dixit: *Pensées, p. 142. rien n'est plus*
apable, de nous faire entrer dans la connoissance de
a Misére des hommes, que de considerer la cause veri-
table de l'agitation perpetuelle, dans la quelle ils pas-
sent toute leur vie: In his omnibus peccatum variis
gradibus dominatur, cum sint vitae spiritualis ex-
pertes: *mundum* amant; (*) in aliis auaritia, in

Rr 5 aliis

(*) Horum imaginem ad viuum expressit *Hor. Epp.* L. I. ep. I. v. 53. f.

O ciues, ciues, quaerenda *pecunia primum* est,
Virtus post nummos. -- Id. *Sat.* L. II. Sat. V. v. 8.
Nam genus et virtus, nisi cum *re*, vilior alga est.
--- --- --- Epp. I. ep. VI. v. 36. f.
Scilicet vxorem cum dote, idemque et ami-
cos
Et genus et formam regina pecunia donat?

labe et contagio infectos, imperio Diaboli, eiusque poteſtati, probari et demonſtrari poſſit. Si omnes omnino locos euolueris, in quibus, quid Diabolus poſſit et velit, edocemur, de *adultis* ſermonem eſſe videbis, et ne quidem omnibus, ſed iis maxime, qui inſigni aliquâ malitiâ, et Deo obluctandi pertinaciâ, ad eius imaginem acceſſiſſent, eiusque ſe imperio et poteſtati ſponte ſubiecisſent. Sapienter igitur et recte abſtinet eccleſia noſtra in lauacro baptismali ab *exorcismi* ritu, quo mandabatur Satanae, vt ab infante diſcederet, et locum tribueret Spiritui S. propterea, quod haec exorcismi ratio nullâ, aut Chriſti, aut Apoſtolorum, aut virorum apoſtolicorum, vt POLYCARPI, IVSTINI M. IRENAEI, aut patrum antiquiſſimorum, vt TERTVLLIANI, auctoritate ſe tueri poſſit. Salua eſt et incolumis expoſitio verborum baptiſmi, et aperta teſtificatio de vſu et efficacia huius ſacramenti, etiam ſi abſtrahatur hactenus ab illa, de oppreſſione et depulſione Satanae ab infantibus, doctrina. Profeſſione nominis chriſtiani ſollemni iam rupta eſt, et deleta omnis conſpiratio et ſocietas, qua adſtringi homo poſſit Diabolo, et eius regno. Ne in adultis quidem talem exorciſmum adhibitum eſſe legimus, Act. VIII. 35-39. II. 38. 41. X. 47. Amicabilius longe agere, et ſentire Dominum, τεκνοφίλον, videmus de infantibus, Matth. XVIII. 3. ſ. XIX. 14. maxime, cum is tantum, qui προαιρετικῶς, ſtudioſe, et cum animi quadam delectatione peccatum perpetret, Satanae imperio eiusque efficaciae potenti obnoxium eſſe, certi reddamur, 1 Ioh. III. 8 ſs. Defenditur quidem hic ritus antiquitatis fere vltimae teſtimoniis, CYRILLI, *Carthaginenſis*, *Epp.* L. IV. ep. 7. A. C. 250. AVGVSTINI, L. II. *de Nupt.* et L. I. *de pecc.* *Synodi Carthaginienſis*, habitae A. 250. GRE-

GO-

RII NAZIANZENI, qui Catechumenum hor-
ur, μὴ διαπτύσῃς ἐξορκισμοῦ θεραπείαν, μηδὲ
ς τὸ μῆκος ταύτης ἀπαγορεύσῃς, OPTATI
ILEVITANI L. IV. Quamquam vero *Patrum*,
antiquitatis omnis permagna est, et esse debet
ad nos auctoritas, ex Saeculi tamen III. IV. V.
posteriorum obseruatione, nulla apud nos re-
cogitur regula rituum, praesertim cum illa
C. simplicitas, et puritas, labem aliquam con-
xerit iam tum ex multitudine cerimoniarum,
asim sensimque in ecclesiam inuectarum. Cari
t *patres*, cara *antiquitas*, sed carior veritas,
stimoniis Scripturae vnice suffulta, iisque inadhae-
scens. Hanc vero sententiam cum tueamur,
nge absumus ab vlla *peccati originis* extenuatio-
, cuius nec noxae nec magnitudini quicquam
tractum volumus, aut *efficaciae baptismi* vllo
odo labefactandae proposito, aut vllis *insidiosis*
nsiliis, aut vlla cum *Pelagianorum*, CALVINI,
EZAE, aut *Anabaptistarum* sententiis conspira-
one, nec sustinemus sententiam nostram loco
aullino, 1 Cor. VIII. 14. in quo infantibus, ex
inequali, si religionem parentum spectes, con-
igio procreatis, *sanctitas* quaedam tribuitur, sed
iusmodi, qualis est viri aut mulieris, cum al-
era parte non christiana, matrimonio coniun-
ctae, ex ea parte, quae R. C. amplexa sit, in
partem infidelem proficiscens, qua sanctificatus
est vir infidelis per mulierem christianam, et san-
ctificata est mulier infidelis per virum christia-
num, externe, politice, ecclesiastice, morali-
ter, non spiritualiter, vt coniugium sit legiti-
mum, et vterque coniux eodem vti possit, sine
vlla conscientiae offensione, nec ex consuetudine
coniugali quicquam in fidem et sanctitatem al-
terius partis christianae proficiscatur noxae et de-
tri-

trimenti. Vtitur enim hîc Paullus locutione quadam, ex consuetudine mosaica explananda, in qua *sanctum* saepius dicitur, quod diuinis legibus concessum est, et *commune*, quod lege vetitum et immundum. Filii igitur sancti sunt ex mente Apostoli, non quod carnali quadam transfusione, et propagine *traducis* in prolem sanctitas quaedam spiritualis transmissa sit, (nam *caro* sunt, ex *carne nati*, Ioh. III. 6.) sed quod legitimi sint, in legitimo coniugio nati, et propiori quadam, quam exteri, necessitudine cum ecclesia coniuncti: *nunc vero*, παραφράζει S. V. D. SEMLERVS, *per vos, illorum parentes, ad nostram societatem, et ipsi aptiores facti sunt, et multum differunt a liberis ethnicorum.* Iam homines naturales, non omnes, sed insigniter corruptos, et vitiosos, quales erant inter Gentiles et Iudaeos plures, quos nostri saepe tardiores, peioresque Christiani, salutis aeternae incuriosi, non adaequare tantum, sed superare etiam videntur, obnoxios esse aliquantum potestati hostis, eiusque pestiferae in animo efficaciae, probamus ex Eph. II. 1 - 3. Magnitudinem beneficii in euangelio, ipsis, *Gentilibus*, oblati, in memoriam reuocat Paullus; id vt tanto maioris aestiment, superiorem statum describit, vt miserrimum, et lamentabilem: *mortuos fuisse delictis et peccatis*, omnis vitae spiritualis, fidei, amoris, spei expertes, atque versatos esse, pro ea, quae sit huius mundi vita, consuetudine et genio, ad nutum arbitriumque illius principis, cuius omnis potestas in tenebris, idololatria, et, quibus numquam non coniuncta erat, turpissimis facinoribus, Dei, rerumque diuinarum, ignoratione, et vitiis sita sit, illius Spiritus, cuius efficacitas in ipsis illis hominibus, euangelium oblatum repudiantibus, luculentissime pateat: nec me-

liorem fuisse suam, aliorumque *Iudaeorum* con-
ionem, v. 3. etiam hos olim, carnis, spiritus
i expertis, cupiditates perfecisse, tam crassiori-
s, quam subtilioribus vitiis indulsisse, et in illo
u naturali et iudaico, Gal. II. 15. citra gratiam
i in Christo, irae diuinae iustissime fuisse obno-
s, dignos supplicio. -- Homines porro, in-
niter malitiosos, ad similitudinem et naturam
iboli accedere, atque hinc nomen *filiorum Sa-
nae* sibi contrahere, Iohannes clare et perspicue
cet, 1 Ep. III. 8-10. vbi aperta illa filiorum Dei
filiorum Diaboli oppositione nil clarius et eui-
ntius dici potest, quorum alterum genus bono-
m, alterum malorum et peruersorum operum
aciſſimum sit et studiosissimum. -- Duorum ma-
ne criminum reos declarat Christus Iudaeos sui
nporis, quorum vnum inueterato et interneci-
odio veritatis, abs se propositae, alterum diro
et immani proposito, ipsum interficiendi, con-
eatur, Ioh. VIII. 44. Ob hanc incredibilem ani-
i malignitatem, coram, filios Diaboli pronun-
it, propterea, quod eius animum, indolem,
entem, ingenium in veritatem, eiusque prae-
nes exactissime referant, et ad eius beneuolen-
am et vim redimendam, quidquid ipsi collubi-
m sit, perpetrent. -- 2 Tim. II. 26. modum ra-
nemque praescribit Apostolus, qua versari de-
at Timotheum circa *dissentientes*, quos cum man-
etudine erudiri oporteat, si forte, Deo ad fru-
em reuocante, verum videant, et ad se redeant,
queosque Diaboli euadant, et nouae vitae, mini-
erio serui Dei, v. 24. redditi, salui et incolu-
es ab instante pernicie, ad obsequendum volun-
ti diuinae procliues ferantur. Haec retia Sata-
ae struuntur impiis, verique odio et taedio la-
orantibus hominibus, quibus capti et irretiti ve-
rita-

ritatem aſpernantur, erroribus et praeiudiciis in- eſcantur et paſcuntur, vt mente occaecati, vitiis indulgentes, ad veri rectique praedicationem ob- torpeant, omnique guſtu et ſenſu veritatis reue- latae infeliciſſime excidant, et *libertas*, in his pec- cati mancipiis, quaſi ad male agendum venditis, paullatim peſſumdetur. Haec ipſa vero efficientia Satanae clarius intelligitur ex comparatione *ſtatus naturae et gratiae*. -- Deus amat ordinem, de- cus, menſuram; Satanas confuſionem: Deus eſt Deus amoris, 1 Ioh. IV. 16. et Satanas ἀνθρωποκτόνος, Ioh. VIII. 44. vel peſſimis hominum arri- det probitas, vitaeque integritas in aliis, ſoli daemones omnium virtutum inimici videntur. Statum naturalem Deus, paucitatis, ſimplicita- tis, ſinceritatis, veritatis, ſoliditatis, honeſtatis, amantiſſimus, ſine auxiliis gratiae, vel generalis vel ſpecialis, ſibi ſoli numquam reliquit; manus contra obſtetricantes vbiuis admouit Diabolus, vt illius ſtatus ſufficientiam, et, ad bene beate- que viuendum, ἀυθάδειαν perſuaderet, res mul- tas, arte compoſitas, multum ſpeciei et fuci vel in rebus vel nominibus prae ſe ferentes, excoleret et propagaret, ſibique propter haec homines, qua- ſi re bene geſta, cultiorum politiorumque nomen et dignitatem ſumerent. Nec facile earum arti- um, quibus vim ſuam in homine naturali munire allaborat, iniri poteſt numerus: id enim agit, vt homo miſeriam, ſincere et ſerio non agnoſcat, peccata, cordisque prauitatem extenuet, fidei in J. C. ſimulacro quodam et vana imagine decipia- tur, communionem Dei Chriſtique, omnis gra- tiae, ſalutis et gloriae fontem limpidiſſimum, in- ſipidam putet, mutationem ſalutarem animi, quam doctrina euangelii praeit, difficillimam exiſti- met; obſtacula hoc modo augeantur, conſilia optima

n-

ruertantur; animus superba scientiae opinio-
nfletur, praeiudiciis atque erroribus obfirme-
fascineturque; vitiis indulgeat; prauis consor-
et peccati nodis vinculisque irretiatur, et impli-
ur:

γιγνώσκων, ὅτι
Τοιοῦτός ἐστι ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών:
itatis salutaris, saepius repetendae inculcandae-
:, fastidium creetur; securitas alatur; boni et
rituales motus debito fructu destituantur; pe-
ius scrutinium sui impediatur; leuitas animi
ue socordia confirmetur; negotiis huius vitae
mergatur, vt frigus in exercitiis pietatis, et
por obrepat, studium aeternitatis langueat, re-
m diuinarum et spiritualium sensus exspiret;
sa et peruersa opinione, et fiducia gratiae im-
atur; et quid multa? ἀπιστίαν, vnum omnium
ccatorum fontem alit, firmat, stabilit; his o-
nibus, inquam, salutis verae impedimentis, ad
luntatem hominis, cui semper potiores partes
bentur, vel magis, vel minus accedere Diabo-
m, et natura rei, et loca Scripturae euidentissi-
e declarant. Eph. II. 1 - 3. Joh. VIII. 44. 1 Joh.
. 8 - 10. Act. XXVI. 18. Quicunque igitur euan-
lium spernunt, manent mancipia illius spiritus,
amplius capiuntur; et sicut expressa Satanae
entio fit in describendo statu gentium, Act. XXVI.
3. ita christianorum, foederi quidem gratiae in-
orum, illud vero infidelitate vitiisque excutien-
um, par eademque est conditio, immo certa ra-
one deterior culpabiliorque. Hebr. II. 1 4. Quis
peruersa irregenitorum mente, et enormibus
agitiis, efficientiam malarum mentium non opi-
etur? Quis in eo non videat Diaboli potestatem,
uod in suis negligi faciat, vel ipsa naturalis pro-
itatis, decori, pudoris, aequitatis, virtutisque

 prae-

praecepta? vt notiones de eo, quod honeſtum et turpe, in homine, vitiis deprauato, ſaepe exſtinctae videantur. Sic Daemones, ſecundum IVSTINVM M. σύμμαχον λαβόντες ἐν ἑκάστῳ κατ' ἐπιθυμίαν, homines laqueis ſuis detinent, in ſtatum animi ψυχικὸν ingreſſi.

§. III.

+et quomodo?

Anima noſtra cum tam Dei Spir. S. quam Diaboli efficientiae pateat, C. V. Sect. I. §. III. in homine naturali tum gratiae Dei continuae praeuenientis, pulſantis, tum Diaboli, occaecantis, impedientis, faſcinantis operationes ſollicite diſtingui debent. In hac virium diuerſarum lucta arbitrium penes hominem eſt, qui, a cuius partibus velit ſtare, decidit, cum nec Deus abſoluta ſua vi poenitentiam, fidem, ſanctitatemque extorqueat, nec hoſtis, cum valde circumſcripta ſit eius poteſtas, cogere quemquam poſſit. Exſiſtunt igitur infinitae operationes in homine ψυχικῷ, quas humanum acumen et ſubtilitas nunquam vel enumerabit, vel diſtinguet: ſimul vero etiam ingens quaedam diuerſitas, ſiue earum vim et intentionem ſpectes, ſiue finem, quo tendunt, ſiue hominum, a quibus diuerſis modis recipiuntur, conditionem. Deus, qua eſt immenſa bonitate, et incredibili erga homines amore, ad efficiendam hominum ſalutem et felicitatem nil fecit reliqui, ea lege et ratione, quae cum perfectiones eius omnes deceat et illuſtret, tum vel fidei vel infidelitati hominum apta ſit et conſentanea, cum in diſpenſandis ſuis muneribus capitalem illam et palmariam regulam ſequatur: *qua habenti datur, vt abundet, non habenti* ...

e *conseruanti ea*, *quae accepit*, *vel accepta ferantur*, Matth. XIII. 12. XXV. 29. Marc. IV. ;. Omnibus igitur hominibus se testatum vult eus, quibus pro fide et obedientia, quam raestant, et dona, et gratiam et beneuolentiam numeris actibus, diuersis gradibus et confert obsignat. Huic ordini cum accommodata sit ratiae diuinae inexhaustae dispensatio, facile pa-et, quantum relictum sit studio, diligentiae, recibus, fidei, obedientiae hominum, in con-iliandis sibi et augendis donis, vel vniuer-i mundi thesauris pretiosioribus et ponderosiori-ius. Intelligitur vero etiam illud, Diabólum ion posse in singulis hominibus efficere, quae ve-it, aut operari, quae ipsi collubita sint. Semper id arbitrium *Dei* permittentis, et *hominum* ad-tringitur, instigationibus eius plus vel minus loci praebentium, *illius* vero, fines potestatis vel ad fidem vel infidelitatem hominum definien-tis. Longe igitur absumus ab eorum intempe-rantia, qui omnes homines, quatenus poeniten-tiae, fidei et sanctitatis expertes sunt, Diaboli ple-nae tirannidi et potestati, nulla discriminis ha-bita ratione, subiiciunt, eiusque imperio addi-cunt. Aditum ad animos, vel paratiorem, vel impeditiorem, aperiunt malitiae, contumaciae, infidelitatis diuersissimi gradus, ad quos suam ef-ficaciam, suam seducendi facultatem, numquam non accommodare tenetur. Vel in naturali homi-ne gratiae cuiusdam communis, et omnibus ob-uiae, tot et tanta exsistunt documenta, vt vel vir-tutis, pietatis, honestatis naturalis, quamuis ad aeternam salutem consequendam plane insuffici-entis, opera contemni, nec repudiari debeant, quibus plerumque societatis ciuilis felicitas, quamuis imperfecte, continetur, quam disci-

puli, mente Christi praediti, omnium optime firmant, ornant, et solidissime suffulciunt. Qui hos omnes daemone quodam ἐνυποςάτῳ agitari contendat, vel praeter Scripturam liberaliter augeat, cuius effata demonstrant, filios Diaboli eos esse, qui, excussa Christi doctrina et disciplina, praeter naturalem animi vitiositatem, corruptelamque vitae, singularibus quibusdam vitiis, peccatorumque grauiorum foeditati malitiose indulgeant, animum contra veritatem obfirmatum alant, nec monitis, nec exhortationibus cedant, suisque libidinibus et continuatis facinoribus hosti viam latam et planam ad se inuadendos aperiant. Ioh. VIII. 44. XIII. 2. 1 Ioh. III. 8. Luc. XXII. 3. Act. V. 3. Haec varia, diuersa, et fere infinita, operationum et diuinarum et diabolicarum genera, si recte adtendantur, insignem tam loco *de gratia Dei adplicatrice*, quam vniuersae disputationi *de operationibus Satanae* adfundent lucem. Lineamenta, quorum similitudine homines, vel ad effigiem Dei, vel Diaboli, conformantur, non simul perfecta sunt, sed plenius subinde et distinctius exprimuntur. Callidissimus vero spiritus singulis irregenitorum classibus, statibus, vitae generi, corporis κράσει, animi indoli, propria accommodat retia. Omnium familiarissimum illud est, vt *falsum lumen* obtendat, quo minus *verum* videatur. *Ratio*, inaestimabile illud beneficium diuinum, quamuis ex peccato, vti in vniuersum et animi et corporis vires, insignem labem contraxerit, plerumque illud est idolum, quo suis in detrimentum veritatis reuelatae, in maioris luminis abnegationem, in noxiam quandam αὐθάδειαν imponit. Omni igitur aeuo tentatori familiare fuit, lumen, opera, artes naturales mirum in modum extollere, vt eo difficilius lumen

n diuinum admittatur, cf. C. IV. §. VI. Quid i-
ur per inualescentem hodie cum impetu et do-
nio *rationalismum*, per sententiam de *gratia v-
ersali*, *Pelagio* magis, quam veritati consen-
eam, per virium naturae nimias et profusas
ides, per indiscretum fanaticismi metum, ter-
ri panico non raro similem, velit hostis, quid
endat, diuinare non est difficile. Sic tentator
bornat rationem, vero lumine destitutam, et
rgescentem. Agnoscit enim, se humili sim-
icitati trepidantium ad verbum Dei, Es. LXVI.
5. venenum suum difficilius miscere, quam
tioni, sibi sapienti, (cum nil certius sit illo pro-
erbio: *quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.*
ollemne enim est hosti, maioris luminis specie
ffundere tenebras, quarum potestas et summa
enes ipsum est.) Nulla vero re potestas Satanae in
npiis magis conspicua fit et manifestior, quam
x culpabili illa pugna, qua euangelio Domini
ostri I. C. tam amabili, omni indigentiae na-
urali explendae apto, satiandis desideriis animi
onsentaneo, admirabili sua suauitate, et incom-
arabili, qua suos discipulos perfundit, volu-
ptate, sensu et gustu omnium corda allicienti, (*)
am stulte, tam turpiter obnituntur, vt inanissi-
marum rerum amore et studio magis, quam
caelestium et diuinarum capiantur, eiusque be-
nignae

(*) *Virtutis*, (quidni *religionis Christi*?) pulchritudo et suauitas, quam PLATO, si cerneretur, mirabiles sui amores excitaturam esse dicebat, non *corporeis*, sub quos illa non cadit, sed iis, qui, si nulla cupiditatum nubes opposita sit, multo perspicacius et acutius cernunt, si *animi oculis* videretur; eius desiderio incensi homines, nisi, adeptâ eâ, vitam ipsam sibi acerbam, atque insuauem fore statuerent.

nignae luci et ſplendori ſuas tenebras obtendant, quarum inſano amore depereunt. Faciunt id eo maiori culpa, quo paratior eſt via ad gratiam, quo fortius offertur, quo viuidius ſaepius conſcientia afficitur, quo maior eſt ſubſidiorum ad ſapiendum, ad bene beateque viuendum copia, quo minus eſt volentis, et currentis, plus contra gratiam facientis Dei, Rom. IX 16. In inſuperabili igitur illa contumacia, et incredibili obſtinatione animi, qua doctrina euangelii temere repudiatur a multis, tot naeuis, tot vitiis, ex proprio ſenſu laborantibus, quae inimica vis ſubſit, quo minus clariſſimis euangelii radiis perſtringantur, Paullus aperte declarauit, 2 Cor. IV. 3. Nec vero quidquam oeconomiae gratiae, quae omnis eo comparata eſt, vt laus et gloria ſit Deo et Seruatori optimo, 1 Cor. I. 29. magis repugnat, quam fiducia in naturae viribus, operibusque, ſingulis, vel ſanctis quoque pertimeſcenda. Illam igitur quocunque modo inſinuat hoſtis, vt ad regnum Dei reddat ineptos, in quo omnia ad humilem et demiſſam acceptionem gratiae, eiusque donorum referuntur. Eſt enim aliquid, τοῖς ἰδίοις, iisdemque omnibus, renunciare, ſolique gratiae, per fidem precesque plenius ſubinde in ſe deriuandae, viuere et immori, id quod ſine plena et perfecta propriae ſapientiae, operum, viriumque abnegatione, fieri nequit.

§. IV.

cur *princeps mundi* dicatur Satanas?

Singularem quandam coniunctionem *mundum* inter et *Satanam* intercedere, ex pluribus locis S. S. manifeſtum eſt. Dicitur ter ab ipſo Domino ὁ ἄρχων τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ, Ioh-

. XII. 31. XIV. 30. XVI. 11. a Paullo ὁ Θεὸς τῦ
ιος τύτυ, 2 Cor. IV 4. qui etiam commemorat κοσ-
ράτορας τῦ σκότυς τῦ αἰῶνος τύτυ, Eph. VI. 12.
n Johannes testatur, 1 Joh. V. 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν
πονηρῷ κεῖται. In his descriptionibus omnia
eunt ad potestatem vocis, *mundus*, scriptura-
m. Variae ipsi subiiciuntur significationes in
ris sacris. Intelligitur illâ vniuersitas rerum,
a in caelis, quam in terra patentium, Act. XVII.
. Dicitur de vniuerso genere hominum, Joh.
, 16. 17. 19. 2 Cor. V. 19. vt vani sint *Reforma-*
qui vel solos *fideles*, vel, in angustias reda-
i, *Gentiles* illa voce intelligi volunt, cum ae-
ipolleant illi πάντα τὰ ἔθνη, quorum odium
re, vt incurrant discipuli, Matth. XXIV. 9. De-
nantur porro hac voce ii, è quorum media
ultitudine Deus suos deligit, ad aliud institutum
ocat, suaeque disciplinae alumnos constituit,
erdita multitudo, aliena a Deo, bonisque spi-
itualibus, in ignoratione Dei haerens, summi-
ue boni negligens, tenebris ignorantiae, caeci-
atis, peruersitatis inuoluta, per omnia libidinum
olutabra conspurcata, impia generis humani fu-
ilitas, cum qua regno Christi concordia nulla
constat, sed perpetua quaedam disiunctio τῦ κόσ-
μυ ϗ τῶν διακόνων J. C. (*) Errant igitur, qui
κόσμον, in continua illa oppositione ad eos, qui
Christi sequuntur disciplinam, complecti Judaeos
tantum contendunt, qui tempore Christi et App.
euangelio minus obtemperauissent, quasi mundus,
hoc frequentiori sensu scripturario sumtus, cum

 illis

(*) Varias *Mundi* significationes vide in FLACII *Claui Scripturae*, voce: *Mundus*, p. m. 692. ss.

illis primoribus populi iudaici exspirasset, nec ii, qui in media luce R. C. Spiritus

(*) Quaenam notio subiecta sit τῷ ἄρχοντι τοῦ μου τούτου, ab TELLERO, V. S. V. vidimus §.VIII.p.302.s. not.* *Paullus* hanc locutionem ni enucleatius proposuisse videtur, in il bili descriptione Satanae, qua eundem *De saeculi* adpellat, 2 Cor. IV. 4. Praesens culum, aut mundus, peccato, morti, va obnoxius, quatenus contra suum legitimum minum, conditorem et conseruatorem, beneficiis eius summis et multis abutitur, tem animumque alit, Deo inimicum, Rom. 8. Iac. IV. 4. eiusque consiliis benignis co dum repugnat, sese mutuo inficit, euange oblatum repudiat, ad carnis dominium, suum voluptatem omnia reuocat, spirit rerum amorem abiicit et eiurat, rum, corpore percipiendarum, desiderio dius immergit, ab vi illa haud adspectab la et peruersa, cuius indolem ingeniumque mnibus suis consiliis refert, agitatur, impe tur., et pestifera eius efficacia alitur et tatur. Aperiunt hac descriptione Christus Paullus caussam illam inuisibilem, cuius et euangelio tam noxii effectus in promtu sunt, et recta et spirituali quadam intuitione mundi, eiusque consiliorum, vanitatum, deliciarum, pompae, mentis a Deo, Christoque alienissimae, intelligentiâ facile innotescunt. Hac notione, vt dicitur, iudaica, ex humili Judaeorum opinandi consuetudine mutuo accepta, et meliori et perfectiore cognitione euangelii indigna, qua ratione gloriosior Messiae prouincia corrumpatur, benignus splendor euangelii obfuscetur, me non cum plurimis intelligere, aperte profiteor. Delicatiori quodam stomacho, qui cum noxiis cibis etiam salutares et vtiles euomat, laborare mihi videntur, qui has Christi Paullique descriptiones ferre, et cum suo sensu gustuque con-

ntisque expertes sunt, terrena sapiunt, vani-
:s amant, doctrinam Christi praedicatam atque
otefcentem non admittunt, sed repudiant, sen-
lium rerum praestigiis occaecati, et falsa pro
:is amplexi, se vnice amant, sibi viuunt, sibi
dent, illa adpellatione denotari queant. Ju-
eorum quidem consuetudo erat, Gentiles voca-
κόσμον, propterea, quod erant extra ecclesiae
mmunionem: traductus vero est vocis vsus a
risto Apostolisque ad omnes illos, qui, quam-
s externae communionis verae ecclesiae consor-
s, spiritus, vitae, mentis Christi expertes es-
nt, tam Judaeos, quam Christianos, et Genti-
s. Joh. XIV. 17. 18. ss. Quemadmodum inter i-

Ss 5 psos

conciliare nequeunt. Equidem in hac dogmatica Paulli sententia veram, sufficientem, perspicuam caussam incomprehensibilis istius insaniae mundi, qua doctrina Christi, tam suauis, tam salutaris, tam pretiosa repudiatur, deprehendisse mihi visus sum. Jesus se suamque doctrinam comparat *aquae*, Joh. IV. 10. *pani*, Joh. VI. 27. s. *luci*, C. VIII. 12. quae in natura sunt prima, maxime simplicia, necessaria, communia et salutaria, quis vero sanae mentis haec vitae praesidia et sustentacula, vna omnium maxime necessaria, contemserit aut repudiauerit? Homines vero eo stupiditatis, insaniae, caecitatis, peruersitatis delabi, vt *aquam*, *panem*, *lucem vitae*, in aeternitatem pertingentis, repudient, sine aliena vi et efficacia, vel contra ipsorummet propriam conscientiam, necessitatem harum rerum et vtilitatem, eminus quasi, agnoscentium, a rationis sanae et rectae vi, et infirmitatum suarum et inopiae sensu, cui rebus his spiritualibus tam facile, tam promte, tam adposite mederi potuissent, alienum videtur et abhorrens. 1 Cor. I. 30. Act. IV. 12. Quis igitur alius tantae luci officere posset, quae ex euangelio de summa Christi gloria, tamquam imaginis Dei inadspectabilis, resplendet?

ipsos Judaeos ingens erat discrimen eorum, qui vel externa tantum religionis professione, vel ipso spiritu et veritate coniungerentur, Rom. II. 28. ss. sic etiam inter ipsos Christianos ingens quaedam differentia obtinet inter eos, qui vel praesentis aeui deliciis adhaerescunt, vel ab iis mente et animo seiuncti, caelestia, diuina, haud adspectabilia anhelant, 1 Cor. V. 10. VI. 2. Joh. XV. 18. ss. Apud vere fideles tanta est et esse debet *crucis* Christi, eiusque communionis, efficientia, vt ipsi mundo, et mundus ipsis mortuus sit, et ab omni eorum mente et desiderio abalienatus, Gal. VI. 14. vt apud ipsos mundus, et ipsi penes mundum nil valeant, nec, tamquam ἀσύςατα, gratiam inter se ineant. Sic vere *spiritualis homo*, inquit ERASMVS, *Enchir. mil. christ.* p. 190. *ad quodcunque genus hominum se conuerterit, multa omnino videbit, quae rideat, plura, quae fleat, plurimas opiniones deprehendet deprauatissimas, et a Christi doctrina longe lateque dissidentes, quarum bona pars inde proficiscitur, quod etiam in Christianismo mundum quemdam induximus, et concordiam quandam mundi cum regno Christi conciliauimus.* Haec mundi, scripturario sensu accepti, intelligentia, ad multa loca Scripturae in primis vtilis est et necessaria, adeo, vt, hac notione non recte definita, multum in iis aberremus, necesse sit. Interest omnium, mundum nosse, et ingenium, mores, studia, sapientiam, quae non ex Christo profecta est, nec ad eundem reducit, dominium cupiditatum, cui seruit, intelligere, qui, quamuis per inualescentem profanitatem iusto et legitimo imperio se quacunque ratione subtrahere annititur, vel ignarus, vel inuitus, consiliis diuinis seruire cogitur, et suaue est et iucundum, oculos, diuina luce, historiae profanae et sacrae notitiâ, collustratos, per theatrum diuinae gubernationis circumferre, et perpetuam

illam

ı luctam certamenque, quod inter mundi ſpi-
m, et diuinam πρόνοιαν intercedit, probe a-
aduertere, et quemadmodum omnia ad glo-
ı diuinam, Chriſtique *Domini* honorem termi-
ur, viuidiſſimis exemplis dominii eminentis
ıpientiſſimi, repraeſentata conſpicere. Haec
omnia mundum, forma haud admodum gra-
t accepta, commendant. Saeculum, amoris
expers, illius viciſſitudines et inconſtantiam
iunt experiunturque omnes, talem vero prin-
m ſubeſſe, pauci intelligere cupiunt. Inſi-
m, late diffuſam, et penetrantem poteſtatem
ınae haec omnia demonſtrant, infra tamen
em fidelium ſitam. Nam ὁ γεννηθεὶς ἐκ τῦ
ſ τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς ὐχ ἅπτεται αὐτῦ.
oh. V. 18. Non igitur mirari debemus, tam
le audire mundum in S. S.; agitur enim, et
pellitur tam funeſto duce et principe, ad cu-
nutum voluntatemque componitur. Fidelibus
tur amore *mundi* rerumque mundanarum gra-
ſime interdicitur, 1 Ioh. II. 1 - 5. quod ipſi cum
ıore Patris, rerumque inuiſibilium et ſempi-
narum, minime conſtet. *Mundi enim amicitia*,
micitia Dei eſt, Jac. IV. 4. et monendi ſunt, qui
undo valedixerunt, ne ſimiles huic ſaeculo ſe
nplius praeſtent, Rom. XII. 2. cum in omnibus
bus, deſideriis, cupiditatibus, vanitatibus,
mpa, vitae ſplendore, diuitiarum, voluptatis,
norumque adpetentia Deo, Seruatori optimo,
Spiritui, repugnet, coeleſtium, diuinarum,
iritualium rerum guſtum, adpetitumque inter-
ertat et exſtinguat, et Spiritui filiorum Dei re-
ctetur. Peruerſitatem mundi, penitius intelle-
am, ſummopere perhorreſcemus, vera rerum
iuinarum indole imbuti. Pii enim et ſancti ho-
ines vanitatem vident, laqueos vitant, inqui-
na-

namenta fugiunt, illecebras vincunt, terrores[illegible]
ci faciunt: bene latent, adeoque bene viuunt; n[illegible]
tamen precibus, exemplo, testimonium verita[illegible]
perhibendo, et alacri promtitudine, omnibus in[illegible]
seruiendi, sine ostentatione, sine iactantia, [illegible]
cedunt, nil minus, quam ἐτάσιον ἄλϑος ἀρ[illegible]
Mundus vero, machina Diaboli, effectus p[illegible]
trudit, qui a mente Dei et Christi plane a[illegible]
horrent, et tam in vitiis, quam in adiaphori[illegible]
sic dictis, cognoscendum se praebet. In hoc, ta[illegible]
quam theatro, exercet suas methodos, in hoc c[illegible]
silia perficit hostis, per omnes illos actus, qu[illegible]
C. IV. vidimus. Nulla vero re sensum suum
διάνοιαν, et quonam interno principio animetu[illegible]
apertius declaratur, quam implacabili illo odio
quo in Christum, in veritatem, eosque omnes, qu[illegible]
illam sincere et serio sectantur, fertur, Ioh XV.
18 - 20. Ioh. III. 12. 13. 2 Tim. III. 12. cum ἄλο-
γον sit, insectari illos, qui columen mundi sunt
et firmamentum, et sal, quo minus putrescat.
Cf. b. CRVSII prol. *de Christianis, sale terrae*, a[illegible]
Matth. V. 13. 1751. et diss. Magn. D. SARTORI[illegible]
de *sale terrae et luce mundi*, ad l. c. *Tub. 1778.* Con-
stantiam quandam et harmoniam mundi in sua er-
ga Deum eiusque ciuitatem mente, in suis insti-
tutis, placitis, praeceptis, consuetudinibus, i[illegible]
sententiis de fidelibus, et inueterata erga illos ini-
micitia facile quis animaduertat, in omnibus sae-
culis sibi quoad rem ipsam similem, quoad con-
tingentia quaedam in nonnullis disparem, v[illegible]
recte ad vnum eundemque mundi motorem,
rectorem et principem concludas. *Mundus* e-
nim semper et vbique idem est: eo pericu-
losior, quo, crescente animorum cultu, *sine cul-
tura cordis*, doctior factus est et artificiosior,
et hypocrisi sua vitia tegere, et sub hoc velo
licentiosius viuere didicit. Actum est de mori-
bus,

, de virtute Christiana, posteaquam vitia vir-
m hominibus donauimus, et ad tuendum ma-
ostra argutiores, quam ad emendandum di-
ntiores esse coepimus, quid? quod praua
ra studia, carnisque cupiditates, et opinio-
falso patrocinio diuinarum litterarum alere et
ire didicimus. -- Vel optima instituta, prae-
ta, artes et scientias, veneno quodam tingere,
it Satanas, vt mundo magis seruiant, quam
no Seruatoris optimi. Philosophia sana, et in-
fines legitimos se continente, nil vtilius, nil
estantius, nobiliusque excogitari potest. Quot
ro omni aeuo exstitere, qui ad hunc scopu-
n allliderent, fidei naufragium passi? vt Baco-
s effato nil verius sit solidiusque, *leues gustus*
philosophia fortasse mouere ad atheismum, sed ple-
res haustus ad religionem reducere. Singulare et-
m est et memorabile, mundum omnia omni-
m philosophorum dogmata, vel absurdissima,
incoxisse, et adoptasse, aut certe admisisse, in
na contra omnium optima et praestantissima
hilosophia, in *mysterio Patris et Filii*, in quo o-
mnes sapientiae ac scientiae opes reconditae sunt,
ol. II. 2. 3. tam insigniter offensum esse, vt stul-
itiae potius, quam sapientiae, tenebrarum amo-
is magis, quam lucis, aperte se fecerit reum.
Cor. I. 18 - 31. Adeo veritas euangelica in se a-
iquid alit, quod corruptioni humanae, mundi
tudiis et vanitatibus, singulariter et inimicum sit
et inuisum. *Mundus* igitur, cum omnibus suis χή-
μασι, Dei communioni et ductibus se subtrahens,
Diaboli seducentis directioni patet; nec sua vi elu-
ctari in pristinam libertatem potest, 1 Ioh. V. 19. Mun-
dus igitur sectatoribus J. C. est aliquid peregrini,
Luc. XXII. 26. et continuis suis vicissitudinibus,
immutationibus, desideriis, cum numquam plene
ex-

exsatietur, testatur, se ab omni pacis, tranquillitatis serenae et quietis firmae fructu et possessione esse alienissimum. cf. b. BENGELII *vers. N. T. germ.* p. 882. Gratia igitur et pax a Deo Patre, et Domino nostro J. C. qui se ipse pro nostris peccatis dedit, vt nos eriperet ex instante saeculo malo, de voluntate Dei Patrisque nostri, cui gloria in omnem perennitatem, Amen!

Gal. I. 3. 4.



Sectio

SECTIO V.

QVID IN HOMINE SPIRITVALI TENTET HOSTIS?

§. I.

Homo spiritualis, quis?

Homo spiritualis est, qui per veram animi mutationem, et fidem in J. C. remissionis peccatorum, bonorum Spir.. S. particeps factus, gratia tum regenerante, tum illuminante, tum renouante fruitur, idque agit, vt in Christo maneat, vere Deo et Saluatori viuat, et ex eo maiora subinde verae cognitionis, ac sapientiae, et sanctimoniae, virium spiritualium, incrementa capiat, fructus bonorum operum ferat, aeternitati vtiliter inserendos, et bonis, quae in C. J. sunt, indies perfruatur plenius. Ex hac ipsa vero hominis spiritualis descriptione, magna oritur diuersitas renatorum, quae solicite adtendenda est. Alii infirmi adhuc sunt et debiles, alii validi et fortes, tum quoad notitiam, fidem, habitum conscientiae, tum quoad sanctimoniae studium, et propositum voluntatis: alii stabiles et firmi, alii instabiles, dubii, fluctuantes: alii ardent spiritu, diligentes, alacres, seduli, intenso studio debitaque cum adplicatione virium, officio suo in omni genere defungentes, alii segnes sunt, inertes, languentes, tepidi: alii pura rerum et credendarum et agendarum notitia praediti sunt, alii in variis versantur erroribus, tam circa ea, quae credere, quam quae agere ius fas est: alii pace fruuntur laeti, hilares, alii in statu adflictionum sunt

sunt et tentationum spiritualium: alii in corpore Christi *aurium*, alii *oculorum*, alii *pedum*, vices gerunt, quae singula membra in iustam et conuenientem magnitudinem adolescant, necesse est. 1 Cor. XII. 22-18. Quae diuersorum graduum, *roboris varii*, *aetatisque* in fidelibus, iisdemque adhaerescentis imperfectionis, notitia imprimis vtilis est et necessaria, vt suo quemuis gradu metiamur, nec misceamus infantes cum viris, nec viros cum infantibus. His omnibus insidiatur, et pro vario animi habitu tela, μεθοδείας, stratagemata adplicat hostis, vt a Christo auulsi, sibi deuinciantur. *Gentiles*, inquit AVGVSTINVS L. *quaestionum V. et N. T. quaest. II. non quaerit Diabolus, Iudaeos non quaerit, malae vitae et conuersationis homines non quaerit, sed quaerit Dei seruos et Christi, quos sibi scit inimicos, quia fastum eius et praesumtionem condemnant.* Aut, quod LEONIS M. effatum est, *daemon tentare negligit, quos iure perpetuo se possidere sentit.*

§. II.

Quid in ipso tentet Diabolus?

Tam facilem vero et pa[...] viam, cuiusmodi Diabolo [...] minem naturalem, extra [...] gratiae constitutum, et variis [...] contaminatum, esse vidimus, non [...]tere ad animum hominis *spiritualis*, facile vide[...] omnes. Hic enim e potestate tenebrarum libera[...]tus, regno Christi assertus est, Col. I. 13. et qua[...]tenus bonum propositum tuetur, ὁ πονηρὸς ὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. 1 Ioh. V. 18. *Regenitus enim non possunatur extrinsecus, malignus adpropinquat, ut musca ad lychnum, sed non nocet, ne tangit quidem.* In hoc igitur potestas Diaboli admodum fract[a] est.

et quicquid in illo molitur, et in eo a Chri-
iuertendo agit, per *tentationes*, maximam par-
externas, cum *internae carnis* sint, et re-
i *peccati*, perficere tentat: traxit inde no-
i *Tentatoris*, 1 Thess. III. 5. Matth. IV. 3. Id *exem-*
probant et grauissimae *admonitiones*, quibus ab
:is huius insidiis praecauemur. Instar omni-
, quid in fidelibus tentet, exemplum *Petri* de-
'at, quem ipse Christus grauissima illa epi-
ixi interpellat: Luc XXII. 31. f. In illa con-
tione, tam intempestiue inter Apostolos orta,
v. 24. fidei tam inimica, Ioh. V. 44. talem
tiferam vim subfuisse, non putauerat Petrus.
iserat hostis magnam in Petro fidem, et ma-
am quoque labilitatem, postulauit igitur, de-
sibi Petrum, vti quondum Jobum, ex prae-
lo, quo ipsi adhuc frui licuisset, vt fidei vim
ue integritatem experiretur, atque omnibus
iotesceret, quo iure principatum inter Aposto-
adhuc gessisset. Eo enim victo, putabat, o-
ies, non tantum Iudam Iscariotem, victum i-
Verum enim vero Seruator optimus, preci-
s, fido et misericorde illo sacerdote dignis,
'uato Petro, cuius ruina ceteros traxisset, o-
nes seruauit. Ioh. XVII. 15. *Totus sane*, inquit
Bengelius in *Gnom.* ad h. l. *hic sermo Do-
ni praesupponit, Petrum esse primum Apostolo-
m, quo stante aut cadente ceteri aut minus aut
agis periclitarentur. Erat autem primus fide, non
iperio. Petri vero successor praetensus, postea-
iam a fidei sinceritate desciuit, fideique tamen et im-
rii primatum sibi vni vindicauit, totus misere in
ibrum incidit. Primos fere sequuntur ceteri commi-
lones; primi prae ceteris periclitantur; primi inpri-
is sua vigilumque cura et precibus muniendi sunt.*
xpetiuit Petrum, vt *cribraret*, σινιάσαι. Cribro

 agi-

bro circumagitur frumentum, idque faciunt homines, purgandi eius, Satanas vero perimendae fidei caussa: agitauit, miscuit, turbauit Apostolos, è statu gratiae pacisque deiecturus, in confusionem mentis acturus, lucido animi statui tenebras offusurus, Apostolos inter se collisurus, in turbulento eiusmodi animorum statu piscaturus, extima et intima, summa et ima conturbaturus. Mira erat naturae et gratiae mixtura in Petro, laborante nimia sui fiducia, adeo, vt verendum esset, ne insidiis Satanae succumberet, voluntatem, quamuis paratam, saepe destitui edoctus a virium imbecillitate, Matth. XXVI. 41. et heroicam virtutem, diuinis praesidiis non fultam, desinere tandem in timiditatem, et animi angustias. Precibus vero Christi pro ipso fusis, fidei lux, eclipsin quandam in illa perturbatione animi passa, statim iterum post contentionem, et post abnegationem effulsit. Petrus, illa instabilitate, et inconstantia, in occulto vere erat Petrus, cum omne propositum, abnegandi Dominum dilectissimum longissime abesset, et quicquid peccatum erat, imprudentiae, non consilio, tribuendum sit. -- Summa erat tum tenebrarum vis, Dominum ipsum, et discipulos adorta, in plenam vero victoriam, et hostis contumeliam, mox terminata. Hinc στήριξον ἀδελφούς σου: quaeuis enim tentatio, feliciter superata, nouas addit vires, nouum robur vitae spirituali, vt aliis quoque prodesse, et in fidei curriculo recte decurrendo vtiles esse possimus. Semper post superatam tentationem praecipuum quoddam auctarium diuinae gratiae adiicitur homini, qua sit ad futurum hostis assultum, multo, quam fuerat, munitior, et cautior, et ad ceteros dehortandos instructior. Confortatus a

me

, quo minus fuccumberes, idem fac aliis, tui ilibus, eosque, quos lapſu tuo labefeciſſes, uua, ſuſtenta, erige; id quod Petrum ſum- fidelitate exſecutum eſſe, Acta, et vtraque ſtola abunde teſtantur, cf. Ven. A. H. NIEYER *Charakteriſtik der Bibel*, Th. I. p. 521. ſs. *Juda Iſcariote* ſupra vidimus, Sect. I. §. 1. p. 543. ntationes easdem experti ſunt ſinguli, Matth. :VI. 41. plura enim tum temporis concurrent, quae animos inſigniter perturbarent, res agiſtri, praeter omnem exſpectationem caden-, inſtantis regni vana ſpes, auctoritatis pro-um, publice Chriſtum reprobantium, illuſio, ıcis myſterii ignoratio et offenſio, virtutis Chri-, qua ceteros adiuuiſſet, vitamque, lucem, embra, ſanitatem, reddidiſſet, in ſuppetias i ferendo, adparens deliquium. His omnibus ıebrae diſcipulis offuſae ſunt tantae, vt ſe ipſi n amplius viderent, ac cognoſcerent, quod tentatis ſaepius vſu venit: hic labor, hoc o-ıs erat Chriſti, ex iis, qui curae eius et fidei ncrediti eſſent, perdere neminem, niſi, qui ſe ſe perdidiſſet, hominem illum ſummae perfiae. Ioh. XVII. 12. *Dauides* tentationi ſuccubuit, Paral. XXII. 1. (*) *Hiobus* intrepida fide, et

 he-

(*) Inſcite igitur et petulanter agunt, qui vitiis piorum, in S. S. commemoratis, ad ſua pallianda abutuntur, qui adulteri et ſanguinarii *Dauidis* exemplo ſibi blandiuntur, qui libidinoſi, *Salomonis* reginas et concubinas enumerant, qui, quorum Deus venter eſt, Phil. III. 19. *Noachi* ebrietatem praetexunt, qui inceſti, *Loth* concubitum praetendunt ſuae turpitudini. Sic eſt ingenium humanum ab inſita quadam animi vitioſitate, et aduerſus pios et ſanctos inprimis homines inuidia, procliuius ad imitandum vitia, quam virtutes

heroica patientia vicit. C. I. II. - XLI. Quot impedimenta, quot malorum ministeria obiecit Apostolis, in praedicatione euangelii versantibus? 1 Thess. II. 18. (quis, Act. XVII. 13. f. caussam hanc subfuisse,) suspicatus esset, immo obseruari Apostolos, tamquam in theatro constitutos, ab angelis, horum tenuitate, aerumnis, et ignominia quasi laetabundis, testatur Paullus, 1 Cor. IV. 9. Quam acer porro, et in quasuis occasiones intentus, sit speculator piorum, necesse est, cum κατήγωρ τῶν ἀδελφῶν audiat, Apoc. XII. 10. De iunioribus viduabus dicitur, à Christo ad Satanam quasdam desciuisse. 1 Tim V. 15. Nec exempla tantum continuas Diaboli insidias, fidelibus structas, docent, sed maxime etiam monita. Memorantur Eph. VI. 10 - 17. μεθοδεῖαι τῦ διαβόλυ, insidiae, machinationes, strategemata diabolica, quibus ciuitatem Dei inter homines quouis modo euertere, regnum suum firmare, fideles a Christo auertere, omnes ingenii, versutiae, virium, neruos intendit, ministerio tam Gentilium, quam Judaeorum vsus. Memorantur ἀρχαι

tes, acutius in circumspiciendis vitiorum [illegible] diis, quam virtutum. " *Expressisti*, inqu[illegible] gnus ERASMVS in *Enchir.* p. 192. *Dauid*[illegible] *ulterantem, magis exprime poenitentem. Sec*[illegible] MAGDALENAM *peccatricem, sequere et* [illegible] *multum, exprime lacrymantem, exprime ad pedes* [illegible] *sese abiicientem. Persecutus es ecclesiam cum* PAVLO *peierasti cum* PETRO, *fac et ceruicem porrigas pro pietate cum Paullo, crucem ne reformides cum Petro.* Ideo patitur Deus et magnos viros, sua maxime incuria et culpa, et Satanae tentationibus, in grauia quaedam vitia labi, nè nos lapsi desperemus, sed vt, quemadmodum socii fuimus errantium, ita simus et emendantium errata imitatores.

ὶ, ἐξȣσίαι, κοσμοκράτορες τȣ̃ σκότȣς τȣ̃ αἰῶνος
τȣ, coll. Col. I. 16. Rom. VIII. 38. qui for-
dabili adparatu contra fideles incedunt, omnis
ecitatis, odii, miseriae, auctores, tenebra-
m patroni, mundi, eiusque iusultuum con-
. ciuitatem Dei, motores, rectoresque; exer-
us, quibuscunque nociuis rebus, viribus, co-
s, animo et voluntate perdendi instructus.
emorantur, πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐ-
ρανίοις, seu πνεύματα πονηρὰ, in abstracto sic
cta, vt indigitetur modus agendi, incautis pe-
ulosissimus. Affectant enim spiritualia dona
atiae, 1 Cor. XII. 1. et quo magis sanctis ho-
inibus fauere videri volunt, eo acerbius aduer-
tur fidei, spei, amori, donisque Spir. S. vel
r vim contrariam, vel per falsam imitationem,
qua, dici non potest, quanta rerum confusio
ecclesia omni aeuo orta sit,) tanta subtilita-
et pernicitate incurrunt, vt anima fere non
tet, illas naturas subesse alienas, sed ex se i-
sa exstitisse quidpiam, quod spiritualiter tentet.
ν τοῖς ἐπȣρανίοις, in iis maxime rebus, quae de
elo sunt, et caelestia spectant, malitiae vires ex-
rcentur. (*) Memorantur τὰ βέλη τȣ̃ πονη-
ȣ τὰ πεπυρωμένα, v. 16. quibus tum generatim
ntationes Satanae, tum speciatim aculeata du-
ia contra veritatem euangelii, aut cogitationes
lasphemae, aut status adflictionis, in quo de
ratia Dei, de beneuola eius erga nos volunta-
e dubitatur, aut ex alio latere vitae nostrae spi-

 ri-

(*) Sic enim τὰ ἐπȣράνια h. l. intelligenda viden-
tur, Joh. III. 12. Eph. I. 3. non de *locis superioribus*,
sed rebus *caelestibus*. Quamuis, si HIERONY-
MVM audias, omnium doctorum opinio sit, quod
aer iste, qui caelum et terram medius diuidit,
plenus sit contrariis fortitudinibus.

rituali lethale vulnus praeparatur, calumniis, mundi inimicitiis, persecutionibus. Eiusmodi tela ipsi in promtu sunt et multa et pestifera, et vix vllus sanctorum exstitit, contra quem non vibrarentur. -- Formidabilis porro descriptio Satanae occurrit, 1 Petr. V. 8. ἀντίδικος dicitur, pios et per vim et per speciem iuris petens, Apoc. XII. 10. et sibi vt dentur, fidei, integritatis, sanctimoniae periclitandae caussa, postulans, sanctorum praesidia et castra continuo oppugnans; tum insignis furor, et in omnes piorum deuorandorum, perdendorumque occasiones intentus animus, leonis rugientis symbolo repraesentatur, qui indefessa opera et improbo labore obambulet et quaerat, cuius sibi forte fiat quoad animum et corpus perdendi copia. (*) Nec semel victus ita

(*) Qui 1 Petr. V. 8. non Satanam, sed alium quendam *obtrectatorem*, et *calumniatorem*, aut *persecutorem* ecclesiae, vt Imperatorem, Proconsulem, procuratorem, magistratum, aut aliam quandam, Christianis infensam, potestatem, intelligi volunt, vt *bibl. Daemonol.* p. 147. f. totius orationis petrinae summa reuinci videntur. Nec vnus quidam erat, aut praecipuus Christianorum aduersarius, qui Christianis, sparsim peregrinantibus in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia, exitium parauisset, nec, si talis fuisse concedatur, contra hunc *sobrietate*, *vigilantia*, *fide*, de qua periclitabantur, iis virtutibus, quibus contra carnem, peccatum, peccatique ducem et incitatorem potissimum, non contra alios, nobis infensos, militamus, multum effecissent. Nimis aperta est ratio, qua in grauissima hac admonitione ad ea respexit Petrus, quae sibi quondam in periculosissimo illo agone contigissent, Luc. XXII. 31. 32. cuius experimento aliis tam grauiter, tam sollicite, dicto et monito Domini audiens, cauere potuit. -- Sed ob perspicuitatem

delassatur, vt non ex alio latere instet, et dum genitus aliquas eius tentationes vicit, fortiori

 im-

tem verborum in angustias redactus, vt hac ratione te expedire facile non possis, probabilius forsitan aciem instruxeris, si cum aliis haec dicta esse ab Apostolo καθ' ἄνθρωπον asserueris, accommodate ad Judaeorum opinandi intelligendique consuetudinem, quae vel Apostolo, isto tempore, eo statu et habitu, quo suam epistolam exarauerit, cum ceteris iudaicis, numquam plene dimissis, opinionibus ante et a teneris captis, inhaeserit: Capita R. C. et dogmata, illi propria, cum his iudaicis opinionibus et priuatis nil habere coniuncti, nec necessariam quandam copulationem, sed paullulum solertiae, acuminis, exercitationis in scriptis apostolicis requiri, ad comparandam facultatem, harum palearum a tritico, harum, inquam, opinionum iudaicarum a dogmatibus, R. C. propriis, internoscendarum. Ignoscant Viri summi, si hanc quidem regulam, cf. C. I. §. XXI. nec cum ἀπηχήματι constantiae, qua de omni hac caussa disputant multis in locis Christus et Apostoli, ad vnum omnes, nec cum vocatione, qua, generis humani doctores, veri vel ad nouissima mundi tempora, ad gentes hominesque omnium locorum et temporum, transmittendi prouincia fungebantur, nec cum donis illis extraordinariis et ordinariis, quibus ad tantum, tamque praeclarum munus recte obeundum instructi erant, nec cum auctoritate apostolica, qua fidem assertis suis postulant, nec cum rationibus Christi Apostolorumque, in vniuersum omnibus, inspiratione, gratiae auxiliis, spiritus, in omnem veritatem ducturi, Joh. XVI. 13. institutione et disciplina conciliare possum. Hac praeceptione hermeneutica, ad haec aliaue loca Scripturae adhibita, quam lubrico fundamento inniterentur grauissimae hae admonitiones, certe earum vis, momentum, vtilitas, amplitudo, immo, si dicendum, quod res

impetu in illum incurrat; quare, vbi viceris, si tamen te geras, quasi mox in praelium rediturus: semper enim alia post aliam exspectanda tentatio, neque vmquam discedendum ab armis, numquam relinquenda statio, numquam remittendae excubiae, donec in hoc corporis praesidio militamus; semper illud propheticum in pectore cuique habendum: *super custodiam meam stabo.* Hab. II. 8. -- Matth. XII. 43. 45. ne mundam quidem metuit Satanas, sed ea quam maxime adpetit, vt ibi requiescat, nec vno alteroue conatu hominis inuadendi, irrito facto, de ipsius possessione desperat, sed acrius instat, collectis viribus pugnat, et vt infausto fine potiatur, nil facit reliqui. Cf. C II §. II. n. * p. 139. ss. Enim continuo contra has infernales copias fidelibus decertandum esset, quam vanus et ἀπροσδόκυτος esset metus Apostoli, 2 Cor. XI. 3. Omnium praestantissima animi affectio est ἁπλότης εἰς τὸν Χριστὸν, qua sincera et pura fide, simplicitate et integritate cordis tenerrimâ, omnia ad Christum referuntur, ex eodem ducta ad eundem deriuantur, et ne minimum quidem cum peccato eiusque vlla specie, hostibusque spiritualibus commercii fouetur, sed ex oculo simplici totum corpus fit lucidum, Matth. VI. 22. Haec ἁπλότης Domini quaerit gloriam, et accurationem solicitudinemque filialem, animum, vitam, actionesque omnes ad praecepta Domini, eiusque voluntatem, conformandi, complectitur, cum

res est, cum eodem prorsus eua [illegible] ferent. Quid enim sobrietate, vigilantia, firmitate fidei opus est, quibus contra hunc scelerum, persecutionum, adflictionum instinctorem militandum, si eius existentia et natura adfecto et laboranti Iudaeorum, Gentiliumque cerebro absoluitur.

edientia, fide, amore, spe intime coniunctam, πλότης εἰς χριστὸν, mali ignara, restitutae inde imaginis diuinae documentum illustre est excellentissimum; sed vt serpens, incredibisua calliditate et veteratoriis artibus, Euam ab c simplicitate deturbauit, et ipsius mentem corpit, vt aliena adpeteret, praecepti diuini obli, in vetitum niteretur, ita verendum est, ne aec ipsa ἁπλότης peruertatur, mentes ab vno il, eodemque summe necessario auertantur, multiplicentur quasi, εἰλικρίνεια corrumpatur, et virginalis puritas amittatur, v. 2. et ex saturitate nacatur auiditas, in christianismum, si quis esset, nouum lautumque, et carnali menti magis adpositum, intenta. v. 3. 4. Idque vt fiat, Satanas indefessam nauat operam, et ministerio falsorum apostolorum vtitur, euangelium Domini nostri J. C. peruertentium, carnique adcommodantium. v. 13-15. -- Ex his tam exemplis, quam monitis intelligitur, Satanam numquam feriari, nulla dari belli cum fidelibus interstitia, nullum esse tempus, locum, occupationem, occasionem, vbi venenum suum ingerere, tentationemque vibrare negligat, vel in sanctis contemplationibus non abesse, inter ipsa etiam exercitia virtutis sublimioris, 1 Cor. VII. 5. angue peius fugiendam esse omnem securitatem, et ab omni, vel grauiori, lapsu immunitatis opinionem; standum esse, fortiter pugnandum, nec vna alteraue victoria acquiescendum. Numquam enim tam longe ab omnibus regni tenebrarum finibus, et a castris hostium spiritualium remoti sunt pii, vt nullis iam insultibus infestari queant, nullis insidiis circumueniri, nullis telis lacessi. Eph. VI. 11-17. 1 Petr. V. 8. 9. longo interuallo ab eo perfectione dissiti,

quae

quae omnes pugnandi caussas pellat. Videsis et cf. *Catech. Luth. maj.* p. m. (ed. Walch) 480. ss.

§. III.

et quomodo?

Iam innumerabiles sunt *modi*, quibus hominem spiritualem labefactare, et ex praesidio deturbare solet Satanas. *Extraordinarii* quid et insoliti habere videtur illa permissio diuina, qua non solum animam fidelium tentandi, sed etiam *corpus* adfligendi facultas data est hosti. In *Hiobo* id factum esse, omnes norunt, qui proprietatem verborum, C. I. et II. tuentur, quod cur in narratione historica rei certo gestae, et poëtice descriptae, non recte faciant, immo facere debeant, non video. Lepram, eiusdemque speciem omnium nocentissimam et periculosissimam, Elephantiasin dictam, corpori Hiobi intulit Satanas. Et tale quid in *Paullo* exstitisse, ipse innuit, 2 Cor. XII. 7. ne reuelationum praestantia efferretur. Diximus quaedam de hac re, C. III. §. XVI. p. 391. Mala corporis ita tropice depingere Paullum, vt vocabulis vtatur, ab angelis sumtis, ad exprimendam quandam adflictionem, a Deo immissam, vsu apud Judaeos comprobatis, vt paene propria existimari queant, vix persuaderi mihi patiar à Ven. LÜDEKIO in diss. *de discernenda propria et tropica dictione*, p. 32. nec WHITBYI, DODDRIDGII, sententiae annuerim, ab auctore *Misc. Sacr.* prolixe defensae, per σκόλοπα et ἄγγελον σατᾶν laesionem quandam neruorum intelligentium, per splendorem caelestis lucis, Paullum in conuersione, Act. IX. irradiantem, contractam, ex qua linguae quaedam titubatio et volubilitas secuta sit, aliique motus et conuulsiones in corpore plane sin-

gulares. b. BRVCKER in *bibl. angl.* ἐποχὴν in ficili et spinoso loco tenet, aliisque suadet, doum ignorantiam cum aliis interpretibus fassus. *Nescire quaedam magna pars sapientiae est*, inquit GROTIVS *Poëm. L. I. p. 285.* Satanas videtur aullum, vti quondam Hiobum, sensatione quaam acerba, et cum acutissimis doloribus coniuncta, affecisse, s. καρδιωγμῷ, s. cephalalgia veementiori, certe singulari quadam infirmitate, . 9. qui, vti ex alto reuelationem, ita ex profundo castigationem haberet. HEVMANNVS et STOSCHIVS explicant de *falso quodam doctore*, Paullum calumniis, persecutionibus, et quibuscunque vexationibus infestante. Huius vero generis aduersa non deprecabatur Paullus, sed praecipui aliquid significare videtur, quod infirmitatibus eum macerabat, et dolore ignominiaque occurrebat elationi. *Visus* et *auditus* Paulli ad lautissima admissus erat, *tactus* durissime maceratus. -- Singularis etiam illa est regiminis diuini ratio, qua pios per malos, impios per bonos angelos affligi videmus. Sic *Hiob* et *Paullus* a Satana, *Herodes*, Act. XII. a bono angelo percussus est. Hinc BENG. *Reden, p. 856. Man hat vor Alters diese wichtige Anmerkung gemacht, wann Gott seine Heiligen durch Gedult bewähren wolle, so geschehe es vermittelst des Satans und seiner Engel, hingegen wann die Rache an den Gottlosen auszuüben ist, da thun die H. Engel ihre Dienste, plura ib.* Satanae vero tali potestate, diuinitus concessa, in corpore humano denegatâ, quî potuerat homo ille incestuosus, 1 Cor. V. 5. Hymenaeus et Alexander, 1 Tim. I. 20. in virtute Domini nostri Jesu Christi Satanae tradi, eo consilio, vt corpus affligeretur, spiritus, seu anima in die Domini seruaretur. Vim vero potestatemque in fideli-

libus potissimum demonstrat Satanas per *tentationes*, quarum ingens ipsi copia praesto est, propterea, quod in *carne* sunt, quae viam ceteris mundi, eiusque principis tentationibus aperit, et continua pugna, qua spiritui obnititur, summam vigilantiam praecipit, vt in tentationibus cura *minimorum* maximarum maxima esse debeat. Quaeuis enim sollicitatio ad peccandum, ad adpetendum, faciendumque aliquid, quod voluntati diuinae repugnet, sub specie boni rectique, *tentatio* audit; quidquid vitae spirituali in diuersis gradibus insidiatur, gratiam excutit, fidem deprimit, vim amoris et spei infringit, hac voce comprehenditur. Et id agere, id moliri hostem, nomen *tentatoris*, Matth. IV. 2. 1 Thess. III. 5. et specimina, Gen. III. 1 6. Matth. IV. 1-11. 1 Cor. VII. 5. 2 Cor. II. 10. s. 1 Petr. V. 8. euidenter probant. Miro et incredibili consensu *cum* peccato, quod natura insitum est, cum carnis cupiditatibus, cum mundi illecebris, ad perniciem piorum concurrit hostis, vt singulorum partes distincte explicari non facile possint. Nec quidquam facile cogitari potest, quin inseruiat incitamento, quo voluntas hominis ad praue agendum flectatur, et sanctimoniae studium impediatur. Nil tam bonum, innocens, salutare est, cuius ministerio non aculeata sua vibret tela, Gen. III. Matth. IV. occasionem ipsi subministrant tentandi non mala tantum in se et noxia, sed quaeuis res, bonae vel vera, vel opinata, naturae et gratiae, terrena et spiritualia, animi, corporis, ipsa beneficia Dei, in nos collata, quorum pretium et magnitudinem saepius non agnoscimus, ea, quae alteri concessa sunt, praeferimus, quibus vtimur, sine mentione dantis, tamquam *sine*, cum sint adiumenta, maiorum adipiscun-

cundorum, aut ſtatus externi, caelibatus, coniugium, oeconomia, diuitiae, paupertas, haec omnia fieri poſſunt παγὶς τῦ διαβόλυ. In his omnibus tempus captat; tentationes ad genium, cupiditates, ſtudia, adfectus accommodat, quod dum facit, facit in malam partem, quod Deus et ſapientiſſimi hominum in bonam, in legibus, inſtitutis, diſciplinis; leuioribus incaute admiſſis, ad grauiores, cum maiori periculo coniunctas, pergit; homines ad ea vitia, quae vigilantiae, sobrietati, precum ſtudio contraria ſunt, prouocat, iisdemque aditum ad ipſorum animos parat. -- Inſidiatur omnibus, et quidem per auaritiam, temulentiam, libidines, vitia quaecunque, cuiuscunque ordinis, ſtatus, vitae, conditionis ſint, maxime vero illis, quorum ſeductio et praua exempla cum maiori ſcandalo et noxa ſunt coniuncta, quorum culpa ceteris latius patet, et ad plures redundat, regibus, principibus, magiſtratibus, etiam iis, vt LVTHERVS notat, in *Catech. maj.* p. 488. qui rebus ſpiritualibus ſunt implicitI, fortibus Chriſtianis, miniſtris euangelii, vt ſecundum HIERONYMVM in C. 30. Prou. minus difficile ſit, *aquilae viam in caelo, et colubri ſuper petram veſtigia inuenire, quam ſubtilitatem hoſtis, quam circa caeleſtium virorum corda, et quos in petra fidei fundatos eſſe conſpicit, deprehendere.* BENGELIVS, *igitur*: ad 1 Tim. III. 8. *Diabolus poteſt antiſtiti, malis teſtimoniis laboranti, plurimum excitare moleſtiae, per ſe et per homines calumniatores.* Cf. WEISMANNI diſs. I. inaug. p. 17. n.** (*) Infini-

(*) Quid enim turpius, quid amori et ſtudio verae doctrinae magis impedimento eſſe poteſt, turpitudine vitae eorum, qui cum tenere et praeire debe-

finitae vero sunt tentationes, contra quas vigil[illegible] dum est. Per omnia sollicitat hominem spiritu[illegible] lem, interne et externe, per iucunda et adue[illegible] Cum omnis vita spiritualis radicetur *fide*, (*) hi[illegible] po[illegible]

debebant veritatem, ad eam mores vitamque [illegible] mnem accommodare nolunt, qui, cum *sal* esse [illegible] bebant, ipsi putrescunt et insipidi fiunt, cum *lu-mina* mundi, caligant. Matth. V. 13 - 16. De [illegible] valet quodam modo illud, quod *Cic.* de *Epicuri* voluptaria philosophia dixit, *Tusc.* III. 20. *quid ver-ba audiam, cum facta videam.*

(*) Fides, qua Deo sua redditur veritas, sanctitas, iustitia, benignitas, omnium virtutum regina, reliquarum perfectionum hominis opifex, et ma-gistra, BB. OO. fons, ex quo et voluntas [illegible] cultas legis conseruandae proficiscitur, so[illegible] debet verbo diuino. Quae *notio* fidei, si [illegible] cte et accurate teneatur, et in sola acc[illegible] demissa, et cum grati animi pietate coni[illegible] promissionum diuinarum omnium, illaru[illegible] maximae, salutis aeternae per J. C. [illegible] dae, ponatur, omnem oeconomiam [illegible] peruertit, et oculos in recte inspiciendo [illegible] silio Dei mirum in modum distorquet. In promtu id est, si notionem fidei, quam *Remonstran-tes* et *Sociniani* informant, videas. Omnis Paulli ad Romanos et Galatas argumentatio eluditur, si fidem cum obedientia, Christo debita, cum san-ctitatis studio confundas. Nec vera, nec solida a-nimis tranquillitas paratur, si quis huic fidei, quam hi praeeunt, inhaerere velit. Semper e-nim sollicitudo animis iniiciatur necesse est, an hunc vel illum firmitatis, sanctitatis, persuasio-nis gradum conscenderint, in quo ipsis tuto ac-quiescere liceat Cum, vt praeclare monet S. V. D. ERNESTI in V. A. D. p. 52. Deus vel maxi-me hoc spectarit in fide, vt omnibus angoribus liberaret, ac plane tranquillaret animos hominum sa-

ntissimum adgreditur, huius limpidi fontes per lidos quandoque paroxysmos, et ignita tela rbantur, per adflictiones spirituales, per dubia : gratiae diuinae fructu, de fidelitate, bonita, amore, iustitia Dei et Seruatoris J. C. per inrnos angores et cruciatus conscientiae, per abntiam sensus viuacioris gratiae, pacis et gauii, per viuidiorem agnitionem residui adhuc et ihabitantis peccati; per calamitates, vel corpus, el vitam, vel honorem, vel bona adficientes; er temeritatem, et nimiam de se suisque viriius opinionem; per securitatem; per falsam πληιοφορίαν et saturitatem; per experientiam, verio Dei non innixam, quae pestis est omnis veriatis et consolationis; per socordiam, incuriam, eporem, neglectum vigilantiae, adiumentorum gratiae contemtum; per nimiam confidentiam in se ipso; per contemtum peccatorum infirmitatis, inde grauiorum minorem auersationem et fugam; per διψυχίαν; precum vel intermissarum vel tepide peractarum, scrutinii sui adcuratioris, ipsiusque etiam verbi Dei, vel fugam, vel languida exercitia; per varias artes, peccata tegendi, excusandi, extenuandi; per abusum euangelii et gratiae ad licentiam carnis; per amorem mundi, his vel illis speciosis praetextibns se insinuantis; per illecebras carnis, in communione mortis Christi non plene subactae; per fiduciam in operibus; per externas occupationes, perturbationes; per reuiuiscentia peccata remissa; aliaque in-

salutis cupidorum, omnia ad Christum, et in eius morte ἀνάπαυσιν referendo. In figenda *notione fidei* egregiam operam collocauit libellus: *Versuch über den eigentlichen Neutestamentischen Begriff des Glaubens. Tübingen* 1778.

innumera vitae ſpiritualis experimenta, quae hoc quidem loco recenſeri nequeunt. Nec enim continuae vitae animalis viciſſitudines, fata proſpera et aduerſa, mutationes, contingentia adaequant illa, quae vitae ſpirituali contingunt, ſymptomata, numero, pondere, vi et efficacia in vera, et numquam intermoritura animae felicitate. De his ii praecipiunt, qui vitae ſpiritualis informandae prouinciam ſibi ſumunt, praeter ſalutares Dei probationes, tela quoque Satanae et nequitiarum ſpiritualium detegentes, ab iisque animis fidelium praecauentes. Nec fidem tantum, ſed *amorem* et *ſpem patientiamque* ſollicitat hoſtis, omnes rimas percunctans, quibus pios et ſanctos homines adoriendi, fiat poteſtas. Certior de his omnibus fiet, qui cum in ſe ipſo talia animaduerterit, tum vitas ſanctorum, quales multi dedere, vt REIZIVS: *Hiſtorie der Wiedergebornen*, III. J. J. MOSERVS: *Sammlungen zum Bau des Reiches Gottes*, b. FRESENIVS: *Paſtoral-Sammlungen*, attente perluſtrauerit. Cogitare etiam iuuabit ſingularia illa facta, quae circa vltimas ſanctorum vitae horas interdum contingere ſolent, nec ſine admiratione legi poſſunt, illuſtri documento, tam bonos, quam malos angelos in iisdem eſſe occupatiſſimos. (*) Ceterum ſi quis locum de tentationibus expendere aueat, adeat b. D. REVSSII *Elementa theologiae moralis*, C. IX. §. XXIII - XXIX. p. 507 -- 522. (Liber ὁλοπόρφυρος, in quo χρυσῦ χρυσότερα traduntur!)

§. IV.

(*) *In illuſtribus*, inquit BENGELIVS *in Gnom.* Joh. XII. 30 *beati obitus exemplis ea, quae fiunt, non propter obeuntes fiunt, ſed propter ſuperſtites.*

§. IV.

fraudes Diaboli in *singulis coetibus*.

In *singulis* quoque *coetibus* ma-
um mentium fraudes conspiciun-
. Longum foret, et ab instituto
tro alienum, commemorare po-
res insultus, quibus ecclesia, et,
a sustentatur, veritas euangelica, inde ab ortu
impetita est. Hoc vero nostrum solatium est,
m LVTHERO, quod Diabolus cum suis mem-
is efficere non potest, quod vult; perturbare a-
quot personas potest, sed euangelium J. C. euertere
n potest; veritas periclitari potest, perire non
test. Impugnatur quidem, sed non expugna-
r, quia verbum Dei manet in aeternum. Matth.
VI. 18. 1 Petr. I. 25. In primis ecclesiae primor-
is, iam in *Genesi*, stupenda quaedam occurrunt
ecimina conatuum regni tenebrarum, in per-
ertendis Dei viis, in corrumpendis familiis pio-
um, quibus, qua est sapientia et benignitate,
gregie cauit ecclesiae, è paruis initiis succrescen-
is, Dominus, cum eam singularibus documen-
is prouidentiae, tam castigantis, quam conser-
antis, vaticiniis admirabilibus, et heroibus,
ncredibili quadam fidei praestantia imbutis, Hebr.
XI. adiuuisset et tuitus esset. Juuat et expedit,
eiusmodi vestigia diuinae προνοίας probe animad-
uertere, et veri triumphos, è regno tenebrarum,
post reluctationem validissimam, actos nosse, iis-
que ad corroborandam fidem, et spem de futuris
concipiendam vti. Adeo, ne vllum quidem *tem-
pus* fuit, ne vlla quidem *ecclesiola* exstitit, vel ex-
sistet in hac rerum imperfectione, in quibus non
suas expertus sit artes, et adhuc experiatur ho-
stis. Apoc. II. III. Eorum vero partium est, qui
curam ecclesiae gerunt, qui νοήματα Satanae in-

telligunt, magnopere prouidere, ne confusion quas inter eos, qui puram veritatem cum p tate vera, ab omnibus accessionibus superstiti libera, profitentur, inualuisse constat, vniuer ecclesiae, aut innocentibus tribuantur, id qu omnium saepissime fieri solet, vt omnis verita euangelicae caussa, tamquam sibi ipsa aduer absurda, illiberalis, rationi non consentanea, d fametur. Nil enim hosti amabilius videtur, antiquius, quam excitare *scandala*, quibus vel des, vel vita christiana periclitetur. Haec igi omni cura et sollicitudine vitentur, dant enim τ πον τῷ διαβόλῳ, et venenatos habent effectu Accuratior H. E. notitia praeclarum vsum in praestat, vt alienis noxis, periculis, erroribu sapere possimus. Innumerabilis fraudium copi est, quibus ab incunabilis suis impetita est veritas,

per varios casus, per tot discrimina rerum,

ad nostram intelligentiam transmissa. Vt ho no vtar, quanta malorum ilias sub *pietatis* pr textu, rei omnium maxime venerabilis et tendae, illata est ecclesiae. Quid in *Basilidia* *Carpocratianis*, *Marcionitis*, (quorum auctor *Polycarpus* πρωτότοκον τῦ σατανᾶ adpellabat,) *Apostolicis*, *Massalianis*, effecit? (*) in quas, qu so! formas se transmutans Diabolus, nos

(*) cf. MOSHEMII *Institt.* H. E. Saec. II. III. et J. MAYERI Comm. *de pietistis ecclesiae veteris*, Ham 1696. quorum infamiâ vir quondam cel. opti et meritissimis Theologis turpitudinis aliquam n tam affricare voluit, in cuius rei societatem n quidem venire non cupimus, certi, ab vtraq parte in tristibus illis *motibus pietisticis* quond peccatum esse.

mortales circumducit! Iis certe tentationibus periculosius esse, nil acutius, quam, quibus mis bonis et sanctis imitatione praua virtutis donorum Spir. S. imponitur, supra diximus. IV. §. IV. p. 455. ss. Parum certe aberat, quin rinthiorum, 2 Ep. XI. 2-15. *Galatarum*, C. III. ss. *Colossensium*, C. II. 18. ecclesiae, affectatae i spiritualitati in falsis Apostolis, prophetis, et ctoribus succubuissent, a recto tramite verita- s deuiae, et de amittenda doctrinae euangelicae ritate periclitantes, praeterea inflatae virium raestantiorum gloria, iis, quibus è plena Chri- i copia dotemur, longe excellentiorum, in ve- is Apostolis conspicuis. -- *Sensationibus* gratiae, uamuis domesticae conuictioni aptiores sint, uam alienae, quodnam pretium statuendum sit, mnes vident, qui experientiae spirituali eum v- sum et dignitatem deferunt, qui ipsi iure meri- toque debetur, (sterili enim ratiocinationi, si in se sola consideretur, omnium perceptionum hu- manarum infimae et impotentissimae, efficacia longe praestant, *sensuum* enim ope tam in natu- rae, quam gratiae regno, plurimum veri homi- nibus innotescit,) quantum vero vanitatis iisdem admisceri potest, si effrenatae imaginationis lu- dibriis abripiamur, si supra ea, quae scripta sunt, sapere velimus, si ea in superbiae et φιλαυτιας pabula, quae hosti militant in mundo, et pro- priam eius imaginem referunt, conuerterimus. Adeo necesse est, in rebus spiritualibus studere modestiae, ne inflemur, et iudicium Diaboli in- curramus. 1 Tim. III. 6 -- Quantum porro machi- nationum in ecclesiam effundi soleat, veritate, noua vi, nouo robore, efflorescente, indubiis ex- emplis constat. Tum eam proscindit, calumnia- tur, confundit, mundum contra illam irritat,

pias mentes per ſcandala hinc inde data et accept debilitat, armisque ſpoliat. Sic *Apoſtolorum*, ſi *Lutheri* tempore, ſic omni aeuo, in quo veritas cum pietate inualeſceret, factum eſſe vidimus. Ceterum multae ſunt aliae tentationes, quae vni uerſum fidelium coetum, et ſingula membra ſpectant: *κενοδοξία*, falſa plerophoria, aliorum contemtus, obſtinata quaedam animi indoles, ad ſenſum ſuum omnia reformandi, *ἰδιογνωμοσύνη*, morbus ſacer *Heraclito* dictus, Rom. XI. 25. XII. 16. *ἰδιοκεφάλοις* proprius, *φιλαδελφίας* exercitii in detrimentum *τῆς ἀγάπης*, zelus praepoſterus nec *κατ' ἐπίγνωσιν*, intolerantia diſſentientium, diuinae veritatis mutilatio, eius, quae arrideat, acceptio, ceterae auerſio, et quaſi in componenda vita ad praecepta diuina negotiatio, aut transactio, in iis obſecundans, quae genio blandiantur, et in iis, quae minus ad palatum ſint, licentioſius agens, pertinax ſemel receptae ſententiae defendendae cupiditas, aliiue adfectus, quibus animi, ni vigilent, facile capiuntur, et quos in rem ſuam vertere nouit animarum deceptor, factionum et ſectarum ſtudium, vt chriſtiani, fidei et amoris vinculis coagmentati, eo minus ἑνότητα τῆς πίστεως conſeruent. Rom. XII. 4. 5. Eph. IV. 3-6. 15-16. Conferri cum his et legi merentur JAC. ACONTII, Tridentini, *ſtratagematum Satanae, ſ. de recte et prudenter cum in doctrina, tum in diſciplina inſtituenda, reformanda, aduerſusque Diaboli inſidias praemunienda Dei eccleſia*, Libri I-VIII. ad ELISABETHAM, Angliae reginam, Baſileae 1610. Perſequitur auctor, qui C. M. PFAFFIO in diſs. de *artt. fund.* p. 15. veritatis et virtutis amantiſſimus audit, ea, ad quae hac§. digitum intendimus, copioſe et ample.

§ V.

§. V.

In hac de tentationibus dispu-
one non praetermitti debet *fide-
tis Dei*, optimique Saluatoris,
suis intercedentis, Luc. XXII.
32. mentio, tentatis per tot a-
s gratiae medicinalis, sanctificantis, renouan-
, perficientis, ita auxiliantis, vt omnium ma-
nationum diabolicarum vim et impetum non
ıdo adaequent, sed plane superent. (*) 2 Thess.

fidelitas Dei in tentationibus.

 III.

*) Equidem putem, rationes, quibus adductus Deus has tentationes admittat, in promtu esse. Adeo conueniunt cum vniuersa vitae christianae disciplina, vt sine his neminem perfici posse existimauerim. Cum ipsa Christi sanctissima humanitas ducta fuerit per viam probationis ac tentationis, multo minus nos peccatores postulare possumus, vt immunes maneamus a seria huius generis exploratione. Quemadmodum nobis in admittendis his tentationibus similis factus est, ita similes eius euadamus in victoria. Nec in hoc me errore versari diffiteor, vt rerum diuinarum et spiritualium, magnam partem, intelligentiam *experientiâ* metiar, quam sine tentationibus et continua exercitatione nemo adipiscitur. Sunt vero etiam eiusmodi, vt maximam partem internam tantum et domesticam conuictionem efficiant, non alterius, talia non experti. Φιλοσώματοι igitur, aut φιλοχρήματοι, φιλότιμοι homines suspectae fidei videntur in iis, quae proprie sunt experientiae spiritualis. Haec inter ea munera, quibus Theologus formatur, praecipua quaedam virtus est, sine qua multa et insignia loca Scripturae nec intelligi, nec cum fructu et efficaciâ aliis enucleatius viuidiusque proponi possunt. Quamuis non simus ii, vt *fidei* iudicium è *sensuum* inconstantia et varietate suspendamus, sed potius ad infallibilem et constantem

III. 3. Ampla enim gratia est, inquit IVSTVS IONAS, potens fides, quae in medio mundo, in medio peccato, inter tot insidias Satanae, in incredibili infirmitate carnis, tamen sanctificat, tamen sustentat, atque seruat. -- Fidelitatis est, non quam pati, vt fideles suis tantummodo viribus cum veterano illo gladiatore congrediantur, qui diuinitus, si modo velint, fortissime adiuuentur. Daemonum etiam insultibus opponit angelorum praesidia Deus, Ps. XXXIV. 8., Dan. X. 13. 20. Matth. IV. 11. Jud. v. 9. gratiam efficaciorem, 2 Cor. XII. 7. fidem, ipsis triumphis confirmatam et constantem, Rom. XVI. 20. Apoc. II. 10. III. 4. Jac. IV. 7. vt fideles, his ipsis exercitationibus corroborati, tamquam marpesia cautes, persistant, Matth.

stantem regulam verbi diuini dirigamus, q... turam fidei in eo absolui docet, vt vero ... gro animo Deo promittenti sua reddatur ve... bonitas. Cautiones, quas in his sensibus adhibere fas est, explicat S. V. D. ERNESTI in *Vindic. Arbitr. diu.* P. III. §. 78. p. 95. s. Ex altera vero parte ea, quae vere spirituales de vitae aeternae praegustu referunt, nec nuda somniantium verba sunt, nec suauia phantasiae, poëtice insanientis, deliria, sed liberrima Dei dona, bonitatem suam cum virtutibus futuri saeculi gustandam et videndam praebentis, Hebr. VI. 4. 5. Ps. XXXIV. 9. Haec ipsa vero sensuum suauitas suis adhuc subest vicissitudinibus, Deo nonnumquam hostilitatem simulante, aut credentes Satanae tentandos concedente, vbi ingruere possunt horrores, tenebrae, de gratia Dei dubitationes, luctae cum desperatione, cum blasphemis cogitationibus, animae quaedam siccitas et sterilitas, acedia, rancor, precum ac diuini verbi, virtutumque nausea, et ad peccata occultus quidam, et saepe violentus tractus, aliaque vitae spiritualis φαινόμενα innumerabilia, quae nisi expertus, capere vix quisquam potest.

atth. VII. 24. ss. Fidelitatis est, tentatori illum adum modumque praescribere ac definire, em numquam migrare liceat, vt ad donorum, uinitus concessorum, mensuram adaequare ne- sse sit tentationum vim et robur, secundum *le- m proportionalitatis*, tam in naturae, quam gra- ae regno stabilitam. 1 Cor. X. 13. 2 Petr. II. 9. Tim. III. 11. *Qui dat*, inquit AVGVSTINVS, Ps. LXI. *potestatem tentatori, tentato praebet mise- icordiam; -- tantum permittitur ipsi tentare, quan- um nobis prodest, vt exerceamur, vt probemur, vt, qui os nesciebamus, a nobis ipsis inueniamur.* -- Longe igi- ur alia res est, tentationes *persentire, et iisdem consenti- e*, vid. LVTHERI *Catech. maj.* p. 487. ss. Fidelitatis est, idelibus ita prospicere, vt per tentationes tantum bsit, vt aliquid damni patiantur, vt potius ve- rae cognitionis, sapientiae, sanctimoniae, vi- tium spiritualium continuo maiora incrementa ca- piant, et per experientiam, per tot pugnas feli- citer decertatas, per tot victorias, gloriose partas, αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, Hebr. V. 14. nanciscan- tur, vires excitentur, acuantur, corroborentur, et facilitatem quandam bene fortiterque agendi, atque exercitationem contrahant. Ps. XI. 5. adeo a- micos explorat Deus, filios castigat, haeredes e- rudit, vt amoris et misericordiae signum sint ten- tationes, tantum absit, vt inclementiae, aut irae. Ταπεινοφροσύνη etiam, quae partim se non efferendo, partim contemtum moderate sustinendo cernitur, hoc modo alitur, dona Dei conseruantur, assidue exercentur, quo minus languescant, 1 Tim. IV. 13-16. VI. 11. 2 Tim. I. 6. ne remissior fiat auxi- liorum gratiae vsus, orationis, meditationis, ex- aminis conscientiae cura: multo minus peccatum vires sumat, reuiuiscat, rerum terrenarum adpe- titio, aut ceterae vanitates fidei nebulam obfun-

 dant.

dant. Fidelitatis denique est, ne ex infinitis plura tangam, quibuscunque tentationibus eum procurare exitum, qui Deo custodienti, tuenti, adiuuanti gloriosus, fidelibus salutaris, et hosti erubescendus sit. 2 Tim. IV. 7. 8. 1 Cor. IX. 24. 25. 1 Tim. VI. 12. Hebr. XII. 1. BASILIVS T. I. Rom. IX. *sapiens rerum humanarum dispensator, Deus, Satanae malitia vtitur, ad nostram exercitationem, sicut medicus viperae veneno ad salutarem medicamentorum praeparationem*, adeo Daemones cum obesse volunt, prosunt, et cum prodesse, obsunt. In tentationibus maxime fidum se praestat Sacerdotem Christus, Hebr. IV. 15. hic est ἀρχηγὸς σωτηρίας filiorum, qui in terris suspirant, et tot tantisque calamitosae vitae aerumnis ingemiscunt, dum caussam eorum agit, contra peccati reliquias praeseruat, infirmitatibus subuenit, spiritum sapientiamque quocunque tempore infundit, in rebus dubiis consulit, atque sic μικρὸς, quos culpa rerum terrenarum omnium infelicissimos iudicat, Matth. XVII. 6. in gloriam rapit. Sic gratiâ Domini contingitur meta, sic itur ad astra!



Sectio

SECTIO VI.

DE ARMIS, QVIBVS CVM DIABOLO PVGNANDVM.

§. I.

ngentem hactenus, sed definitam etiam diuinitus, potestatem Diali daemonumque vidimus. Horreret animus, ım hoste, tantis viribus instructo, tam formidali vi agente, tam longo rerum vsu experienâque edocto, tam innumeris artibus, per sex re millennia exercitis incluto, cum hoc versielli, et in quascunque formas mutabili, veteıtore congredi, et congredi nos homunciones, eccato captos, intra nos hoste omnium maxime ertimescendo, tam familiari, tam domestico, t eo nil interius, nil possit esse periculósius, um externo illo ad nostram perniciem conspiante, *carne* cinctos, (*) nec vlla re instructos natu-

Ordo

Uu 5

(*) Primus et praecipuus *peccati fomes* omnino à sua cuiusque cupiditate proficiscitur, Iac. I. 14. qua illecto et inescato facile accedit vis quaedam superior et inadspectabilis, stimulum addens, blanditiis deliniens, conscientiae dictamina incidens, bona inde profectura amplificans, damna et incommoda celans, vt conceptum in animo peccatum pariatur, et partum perpetratumque gignat mortem. Obstructo igitur fonte cupiditatis, omnis neruus inciditur Diaboli incursibus; et carne, cui lex peccati, Rom. VII. 23. quasi inscripta est, qua saepius ad turpia prouocamur, et victi Diabolo connectimur, à sancta mente et Spiritu eneruatâ, omnis euanescit malarum mentium,

naturaliter, quam hosti, illiusque exercitui op-
ponamus, nisi diuinitus adiuuemur, nisi praesto
sint *arma*, ex alieno quodam armamentario deri-
uanda, et recte vsurpanda. Atque de his ita di-
spiciemus, vt primum spuria, tum vera et ger-
mana paucis videamus.

§. II.

arma spuria.

Quam solers fuerit ingeniu
humanum, et moleste sedulum, i
conquirendis daemonum fugando
rum viis et rationibus, dici non potest. Omi
sis iis, quae Scriptura commendat, ad varias de
lapsi sunt opiniones et adiumenta, ipso morbo
cuius sanandi caussa inuenta sunt et vsurpata, no
centiora. Saepe Æthiops aethiopem lauit, et su
perstitio superstitionem pellere annitebatur, vt
summa rei nil sit actum, nil effectum, sed Sa-
tanas homines his ipsis figmentis delusisse vide
tur. Me varias illas *exorcismorum* formulas in
nuere, qui in ecclesia inualuerunt, omnes intelli
gent, eorum, quae in ciuitate christiana gesta sunt
haud ignari. Omnino Christus et Apostoli expuler
daemonas, interna sua vi et ἐνεργείᾳ Spiritus S.
Matth. IV. 10. X. 1. 8. Marc. V. 8. ss. IX. 25.
Act. XVI. 18. XIX. 12. ss. haec ipsa vero facul-
tas, illiusque frequentior vsus, exspirasse videtur
cum

tium, nos inuadendi, facultas, et reliquiis il-
lis veteris hominis, (relictis in nobis, cum ad
custodiam humilitatis, tum ad ampliorem mate-
riem segetemque virtutis,) ad vigilantiam, sobrie-
tatem, precum studium, verbi diuini, quo mens
spiritualis pascitur, assiduam tractationem inci-
tati, bene recteque faciendi firma quadam fa-
cilitate parta, quibuscunque ad peccandum sol-
licitationibus praeualebimus.

m donis illis miraculosis, ad plantandam ecclesiam, et in terris firmandam, necessariis. Primi igitur christiani, ab his extraordinariis ad ordinaria gratiae subsidia deducti, daemonum fugandorum prouinciam, non amplius per adiurationes et exorcismos, multo minus per formulas superstitiosas et magicas, sed per preces ad Christum administrarunt, vt ORIGENES refert, cuius loca allegauit *Espencaeus digress.* L. I. C. 14. Opp. p. 160. s. Mira igitur sunt, et absurda, quae sequiori aetate excogitata sunt, quae ex libris, *thesauro et practica exorcismorum*; *flagello et fuste daemonum* satis constant, vt nomina diuina, hebraica et graeca, tamquam miraculosa aliqua virtute praedita, merita Mariae et Sanctorum, Angeli, oracula sacra, nominatim Apocalypsis, septem candelabra aurea, septem lampades ardentes, citharae, et phialae plenae odoramentorum, sacramenta, indulgentiae, aqua consecrata, (*) initium Euangelii Iohannis, reliquiae adpensae, cucullus monachalis: inprimis in signo *crucis*, quod TERTVLLIANO dicitur *nota* et *symbolum* professionis christianae, magnam esse vim aduersus quasuis calamitates, praesertim contra malorum geniorum insidias arbitrabantur Saec. III. quare nemo, nisi cruce signatus, rem alicuius momenti adgrediebatur, cf. b. MOSHEMII *Institt.* *H.*

(*) Prouerbium inde natum: *Er fürchtet sich, wie der Teufel vor dem Weihwasser*; sed haec aliaque plura a Gentilibus arrepta, infelici omnine in Sacra Christianorum traducta sunt; Sic VIRG. Aen. L. VI. v. 228. ss.

Idem (Chorineus,) ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, et ramo felicis oliuae:
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.

H. E. p. 132. (*) et Saec. V. annotat, in Martyrum offibus, et figno crucis maxima quaerebatur potentia, ad daemonum infultus, et calamitates quasuis propulfandas, nec corporum tantum, fed et animi labes fanandas, p. 210. Etiam *Ruffi* figno crucis, accedente nominis Christi inuocatione, fummam vim tribuunt, fugandi daemones, propterea eo faepiffime vtendum effe docent. Ex donationibus, ecclefiis monafteriisque factis, exfpectabant liberationem ab malignorum Spirituum poteftate inepti homines, ad vitae monafticae commendationem, et ditefcendi cupiditatem omnia referentes. Succeffu temporis, crefcente fuperftitione, haec adminicula adhibita funt ad fugandos daemonas, non folum ex opinatis illis obfeffis, fed et ex catechumenis et baptizandis, cum crederetur, quemlibet cum certo daemone, qui illum obfideret, nafci, immo ex libris quoque haereticis, fiue veris, fiue opinatis. Irritas et nullius pretii et vfus, arma haec effe, quis non videat? (**) Certe

(*) *Signo crucis*, antiquitus vfurpato, magna acceffit auctoritas ex celebri illa CONSTANTINI M. vifione, qua ei, contra MAXENTIVM caftra mouenti, oblatum effe fignum perhibetur crucis, addita fententia: *in hoc figno vinces*: EVSEBIVS, huius rei teftis, vocat νικοποιὸν σημεῖον, ἔργῳ τὴν πεῖραν τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος μαθών. Cum vero crefcente fuperftitione ad omnes actiones facras, etiam Daemonum expulfionem transferretur, nec praecepto, aut promiffione niteretur, nil certius illa refponfione Satanae:

Signa, te figna, temere me tangis et angis.

(**) Si quis, de indole R. C. eiusque diuina praeftantiâ, recte edoctus, memoriâ recolat, innumerabi-

rte haec aliaque plura ridet Satanas, nullis nec turae, nec *operis operati* functionibus vincibilis, c haec Christus Apostolique vel vsurparunt ipsi, l suis suaserunt vmquam. *Naturâ* porro, quamuis

rabiles superstitiones, de daemonum vi et potestate, de fugandorum daemonum artibus, in ecclesia ortas, maximam partem ex *Aegypto*, superstitionum patria, et *Schola Alexandrina* repetendas, quae *platonica* decreta cum scitis R. C. infeliciter miscuit, quae, si quis a Daemone correptus existimabatur, ne diutius ab eo fatigaretur, precibus et sacrificiis eundem soluere consueuerunt; si quis *abusus* sanctissimi nominis Jesu in exorcismis, illius potius ignominiae, quam honori aptos, pugnas, quas, si *Legenda*, si vitas sanctorum legas, ad nauseam cum Diabolo certasse referuntur illi sanctuli, immo *notam* ecclesiae verae, καθολικῆς, et Apostolicae propriam, *fugationem daemonum* factam esse; innumeras fraudes, quae, cum curatio morborum, qui insanabiles et deplorati venditabantur, Medicinae et Chirurgiae arte perficeretur, obtinuerunt, propterea, quod ad expulsionem daemonum referebatur, immo per pleraque monasteria id quasi praecipuum *sanctorum* et *reliquiarum* fuisse documentum: *daemoniacos procurare, diabolum aliquem expellere*; haec, inquam, si quis meminerit, quis sibi temperet, cum S. V. D. SEMLERO pronunciare: *o barbarica stoliditas, si ad religionem, et quidem caeteris meliorem, haec sacra insania maxime pertinere dicatur.* „ Leuis haec, nec carni molesta, disciplina, qua his aliisue ritibus et formulis freti: *Vade Satana*, tela eius retundi posse, et vno quasi ictu profligari, autumabant, cur ad tam multos transierit, facile patet. Longe certe alia est et seuerior quaedam disciplina, quam Scriptura commendat, qua nisi subacti fuerimus, et praeparati ad meliorem vitam, non solum spe illius potiundae plane excidemus, sed nequidquam contra has nequitias spirituales valebimus.

uis sagacissima, nec ipsius operibus, quamui praestantissimis, doctrina, eruditione, eloquentia, virtutibus, multum lucrabimur contra Diabolum, nam in omnibus millies nobis praest. haec omnia ita possidet, aut affectat, vt nobis fidem imponere, nec nos ipsum vincere possimus. Vanas illas declamationes, nec spiritu nec gratia Dei tinctas, contra se suumque regnum, minime horret; etiam de his valet, quod CICERO de lacrymis Rhetorum dixit: *nil citius exarescit.*

§. III.

– vera et germana,

Longe alia arma commendat Scriptura, quibus milites Christi instruantur. Hostis per omnia, sibi contraria, vincendus est. Nil timet, nil reformidat, nisi victorem, *τὸν ἰσχυρὸν*, inuictum Mariae filium. Nominis eius tremenda maiestate perculsus longissime fugit, et omni eo alienus est, qui communionem cum hoc regum rege et dominorum domino, illiusque Spiritu, illibatam seruat. -- Huc pertinet egregia illa *πανοπλία*, Eph. VI. 10-18. qua recte vsi Ephesii, omnibus illecebris, et incitamentis ad deserenda sacra Christianorum, superiores euasuri sint. Foecunda et eleganti hac allegoriâ vniuersae vitae christianae ratio exponitur: Christiano militandum est sub signis Christi: nil eo felicius, cui promittitur *regnum caelorum*: nil laboriosius, qui quotidie de vita, de salute, periclitatur: nil fortius, qui *ἀρχὰς*, *ἐξουσίας*, *κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου* vincit. Primum *confortentur in Domino, illiusque virtutis robore*, vt intima cum Domino communione iuncti, ex bonitatis eius inexhausta plenitudine, hauriant conti-

nuam

ae gratiae munera. Nec enim ad gestandam
ac πανοπλίαν aetas infantilis, aut puerilis a-
a est; robur intra se habeant, necesse est, con-
. formidabilem hostem, illiusque exercitum,
gnaturi. Haec ipsa vero πανοπλία absoluitur
bus illis, *tegumentis*, *munimentis*, *telis*. Inter
gumenta 1.) refertur cinguli loco *veritas*, tam-
aam *baltheus*, qui lumbos praecingat; (v. 14.)
ac veritate, illa militis christiani virtus intel-
gitur, qua veri et videndi et faciendi pio et li-
erali desiderio ducitur, qua omnia ad decempe-
am reuelationis exigit, et trutinat, qua frau-
es mendaciornm patris, in veritate non perse-
ıerantis, Ioh. VIII. 44. detegit, errores, quo-
cunque lenocinio illitos non admittit, rerum di-
uinarum et spiritualium viua, experimentis con-
firmata, et spirituali cognitione pollet, mundi
mendacia, quibus vel consulto vel temere ad-
missis obruitur, agnoscit et cauet. *Mendaciorum magna est laxitas*, inquit GROTIVS ad h. l. *veritas adstringit hominem*. Ies. XI. 5. Ecquis vero, in hoc sincero veri studio et cura, non egregium videat tegumentum contra Diaboli insidias, veritati caelesti tam contrarias? Veritas est conformitas intelligentiae, mentis, voluntatis, cum natura rerum, cum mente et voluntate Dei, simplicitatem igitur animi, recti consciam, mali ignaram, integritatem, ἁπλότητα εἰς Χριστὸν continet. Hanc qui tenet, hanc qui sequitur, quot, quaeso! laqueos errorum fraudumque effugit, veritate mendax Spiritus fugatur, Dominus, non tantum turpissimus, verum etiam durissimns, et fallacissimus, qui tam iniquum pensum exigit, qui tam futilia promittit, quibus ipsis non raro frustratur miseros: qui vanis tantum et inanibus rebus pascitur. Haec retia ef-

fu-

fugit, qui veritate subactum ingenium tenet. 2. *thorax iustitiae*, v. 14. *thorax* pectus munit: *In pectore* sedes est conscientiae, quae munitur *iustitia*, omnium virtutum, quae Deo, alteri, nobismet ipsi debemus, summâ. Qui pugnam cum hoc aduersario instruit, in eaque stare, et fortem se praestare cupit, mentem habeat, vitiorum, peccatorumque labe purgatam, pietatis in Deum, seriae et sincerae, amoris alterius, studiosam. Haec enim si abessent, aut defectu aliquo laborarent, darent Diabolo occasionem, nostri eo alacrius inuadendorum, accusandorum, et concidendorum. Vel vnius peccati, non plene abiecti, et repudiati amor, aut tacita quaedam *consensio*, rima esset, qua cum peccato insito conspirare, conscientiae puritatem turbare, animique serenitatem obfuscare, et laetabilem aditum ad paternam mentem Dei, cum *παῤῥησίᾳ* et *πληροφορίᾳ*, impedire posset, cuius enim animum vera iustitiae caritas occupauit, pari detestatione vniuersam malorum cohortem persequitur, nec in minimis sibi blanditur, ne ab his ad maxima sensim dilabatur, et dum in leuibus oscitat, excidat a summis. Ecquid igitur thorace iustitiae, *bona conscientia*, omnium virtutum christianarum exercitio continuo et indefesso, ad feliciter decertandam hanc pugnam vtilius est, ecquid antiquius? *thorax* enim hic iustitiae, pectus munit, ne pateat telis transitus, aut habeat aliquid potestatis in nos, cf. Jes. LXI. 10. qua ex nulla re, quam peccato, potitur. Virtute igitur vera, christiana, cuius non nisi aliqua victoria de carne, peccato, vnicuique proprio et familiari, reportata compotes fieri solemus, quid ad auertendas hostis machinationes vtilius, quid aptius! cum simulacra quaedam virtutum, quae vel natura,

, vel educatio, vel consuetudo animis in-
, repellendis eis consiliis non sufficiant. 3)
miles christianus *pedibus calceatis*, *alacritate*
gelii pacis, (v. 15.) Praecipitur hac senten-
vt doctrina euangelii certa explorata, plena,
entur pedes, ne ad quemcunque impetum
um loco moueantur, aut ne latum quidem
nem cedant, illam potius fortiter defendant,
ari illius cognitione alios imbuant, et ad
scunque gentes perferant, omnem orbem,
ntum in ipsis sit, impleant, illiusque purita-
contra incertas et ineptas Judaeorum senten-
, orientalium gentium traditiones, graeculo-
a argutias, nugas et trigas, rhetorum βατ-
ογίας, poëtarum fabulas, ingenii humani
iecturas, fanaticorum imaginationes, seruent
orruptam illibatamque. Hoc modo hosti, in
citia, ruditate, idololatria, ἀπιστία, superstitio-
ous, barbarie grassanti, et opera sua perfici-
ti, itur obuiam, hoc modo strenue cum ipso
nfligitur, semper gnauiter his certantibus ad-
rante sanctorum conatuum prouectore Spiritu S.
ilitem Christianum cingulo, thorace et calceis
structum, *munit* per duo φιλακτήρια Apostolus,
utum fidei, et *galeam salutis*. v. 16. 17. Clypei
arte bellandi eo adhibebantur, vt corpus ab telo-
m iactu praestaretur tutum, qui cum lignei es-
nt, ignitis telis incendi et concremari poterant.
m *fides* clypei instar commendatur, firma illa
e veritate euangelii persuasio, plena in Deo et
eruatore acquiescentia, fiducia, in ipsius morte,
esurrectione, et regimine inconcussa, filialis
oluntati diuinae obtemperandi propensio, stabi-
eque propositum, illa denique animi affectio,
uae a verbi diuini auctoritate, nec dubiis, nec
afflictionibus, nec tentationibus dimouetur, in

 qua

qua omnia ad Dei et Seruatoris gloriam, ad patriam caeleſtem, et ſempiternam felicitatem referuntur. Haec fides, variis fidelitatis documentis confirmata, quam continua gratiae et pacis emolumenta, longe praeſtantiſſima, conſequuntur, eiusmodi ſcutum eſt, quod ne ab ignitis quidem telis, ab exceptionibus contra veritatem euangelii ſpecioſiſſimis, a tentationibus acutiſſimis, ab internis angoribus, a praeteritorum peccatorum recordatione excitatis, ab illecebris carnis, ab externa vi vllo modo penetrari poteſt. Hoc vnum contra quoscunque impetus munimentum eſt omnium firmiſſimum et nobiliſſimum. Eiusmodi ſcuto, ſi recte teneatur, magna ſimplicitate infinitae artes verſutiſſimi hoſtis eliduntur, atque irritae retorquentur. Huic ampliſſimae promiſſiones datae ſunt. Matth. XVII. 20. Marc. XI. 22. ſs. XVI. 17. Joh. XIV. 12. ſ. Ecquis hanc opulentiam fidei vigentis et fortis non adpetat, non anhelet, ſine qua ne quidquam valebimus? ecquis illos actus *fidei generalis et ſpecialis*, *directae et reflexae*, non exerceat, ſine quibus in Chriſti diſciplina vel otioſi ſpectatores, vel garruli iactatores, nil efficimus boni, in aeternitatem cum fructu nos ſecuturi. Haec vna vitae ſpiritualis radix, alimentum, et ſuſtentaculum eſt, haec vna pugnae tali inchoandae, continuandae, et feliciter perficiendae ſufficit. Impenetrabili hoc fidei iaculo fortiter excipientur et retundentur quaeuis veri abnegandi, et cum mundo conſpirandi, incitamenta, vel fortiſſima. Alterum munimentorum genus, *galeâ ſalutis*, continetur. *Galea* caput, praecipua et nobiliſſima corporis humani pars, tegebatur: cum illa comparatur *ſalus*, hominibus in Chriſto decreta, parta, oblata, τὸ σωτήριον τȣ̃ Θεȣ̃, Act. XXV. 28

rincipale illud dogma de iustitia et salute per
tum, credentibus, pie et digne acceptan-
, decreta. Inepti sunt ad hanc pugnam, et
sibi consulunt, qui hanc capitalem doctri-
, de salute peccatoribus per solum Christum
nda, sibi vel eripi vel deprimi sinunt. Et
git, id annititur Satanas, vt ab hac salute ho-
es vel auertat, vel retento Christi nomine,
vim et legitimum vsum obscuret; id quod
is artibus efficere tentat, per sapientiam, su-
humilem acceptionem gratiae insolentius se
tentem, per peccati extenuationem, et ex-
tionem; virtutis mere naturalis iactantiam;
per merita operum; per superstitiones, per eius-
li exercitia, quae nec religionis indoli spirituali,
ciuitatis publicae commodis consentanea sint
apta. Summa igitur rei, in qua caput reli-
nis versatur et cardo, *salus I. C.* probe tenen-
est, nec vlla specie, vlla arte è corde et ore
extorqueatur, admitti debet. Haec in consili-
irretortis oculis intuenda, summo studio se-
nda, et per omnia obstacula, persecutiones,
amitates persequenda est. Ad hanc si summa
critate tendimus, eiusque ea, qua decet, di-
entia, et summo studio adipiscundae desiderio
gramus, ὁ πονηρὸς continuis suis sollicitationi-
s, bellis, tentationibus, eandem nobis red-
t optabiliorem, amabiliorem, amplioremque.
ctum munitumque militem christianum armat
oque Apostolus, non modo ab insultibus se de-
isurum, sed hostem quoque propulsaturum.
io consilio commendat duo ἀμυντήρια, *gladium*,
hastamque, v. 17. Verbum Dei cum gladio compa-
tur, quod vim et efficaciam habet, quouis
cipiti gladio acutiorem, et penetrantem, vsque
diuisionem animae et spiritus, compagumque

et medullarum, et animi, cogitationum, consiliorumque iudex est integer et sanctus, Hebr. IV. 12. Vtinam hoc semper, vbique et recte vtantur omnes, quibus pugnandum est? Ad hoc ipsi Daemones contremiscunt, irrefragabili auctoritate agnita, Matth. IV. 4. 7. 10. Hoc omnibus imaginationis lusibus, humanis auctoritatibus, philosophicis argutiis, infinite praestat. Hoc instruamur, nitamur, vtamur, vincamus. In γραφαῖς simus δυνατοί. Hoc profanorum obiectationes, sciolorum dubia, cauillatorum calumnias, errantium errores optime retundet. Hoc recte instructi quascunque tentationes facile superabimus. Denique his omnibns coronidem imponat *precatio*, v. 18. tum vt tota armatura recte defungamur, communionem cum Deo et Seruatore exerceamus, et arctius subinde nos illi mentem deuinciamus, fiduciam, in ipsius auxilio et gratia vnice ponendam, ostendamus, fidem, amorem, spem declaremus et alamus. Haec ea sunt arma, quae militi christiano semper praesto sint, necesse est, nec nisi ab iis instructus incedat, quemadmodum militem non decet, conspici nudum. Numquam intempestiuas agat ferias, aut otiosus in vtramque aurem dormiat, cum sine fine tot ferratis vitiorum copiis oppugnemur, tot captemur artibus, tot adpetamur insidiis. Vsu vero et exercitatione huius πανοπλίας melius pugnabimus, quam praeceptis, aut longo armorum commendatione. Ab his, quae a Christo victore, in nos, membra corporis sui, proficiscuntur, instructi, iisque recte vsi, non solum animose descendemus in arenam, sed pugnam fortissime absoluemus, cui vel *coronarum* praemia proposita sunt. Precando precari, pugnando pugnare, vincendo vincere discemus.

Quam-

nuis victoriam consequetur caelestium com-
icatio bonorum, maiorque religionis feruor,
uoduis fidei documentum admirabilis quae-
donorum Spir. S. copia et largior prouentus.
:t etiam hîc *Hesiodeum* illud scitum: *arduam es-
itio virtutis viam: verum, vbi ad caeumen erepse-
tutissimum otium te manet.* Qui plura de his
is et legere et scire aueat, adeat *Ascetas*, pro-
ie fidei et experientiae; consulat b. CRVSII
l. *de ecclesia militante*, Lips. 1756. aut FECH-
diss. de *suggestionibus Satanae*, p. 56-64.

§. IV.

Sunt adhuc alia quaedam, quae
itiae christianae, indefessa opera continuatur.
ministrandae, prouinciam ornant.
lei, de qua nemo satis magnifice existimare pot-
, qua omnis vita spiritualis, suis aetatibus et
ofectibus distincta, nititur, potiores in ea par-
esse, diximus. Haec vero non supina qua-
m et oscitabunda fiducia, non vana quadam i-
igine et vmbra, quae in contemtu peccati et ho-
s obdormiscit, cernitur, sed, cum summa e-
s vis, si vera sit, viua et salutaris, primum ad-
ehendendo, tum operando absoluatur, inter
eteras eius partes, etiam serio et constanti pro-
osito continetur, se, suaque omnia, ad mentem
omini conformandi, eiusque partibus ita se ad-
lutinandi, vt, cum omnis verae virtutis arche-
ypum sit, imaginem eius luculentius subinde re-
eramus, victoria eius laeti fruamur, indies eam
ersecuti. Haec fides, si ἀρετὴ constantia et for-
itudo accesserit, 2 Petr. I. 3. omnia impedimenta
facile vincit, ipsis tentationibus, variisque pa-
roxysmis oscitantiae, praecipitantiae, iucuriae,

H. E. p. 132. (*) et Saec. V. annotat, in Martyrum ossibus, et signo crucis maxima quaerebatur potentia, ad daemonum insultus, et calamitates quasuis propulsandas, nec corporum tantum, sed et animi labes sanandas, p. 210. Etiam *Russi* signo crucis, accedente nominis Christi inuocatione, summam vim tribuunt, fugandi daemones, propterea eo saepissime vtendum esse docent. Ex donationibus, ecclesiis monasteriisque factis, exspectabant liberationem ab malignorum Spirituum potestate inepti homines, ad vitae monasticae commendationem, et ditescendi cupiditatem omnia referentes. Successu temporis, crescente superstitione, haec adminicula adhibita sunt ad fugandos daemonas, non solum ex opinatis illis obsessis, sed et ex catechumenis et baptizandis, cum crederetur, quemlibet cum certo daemone, qui illum obsideret, nasci, immo ex libris quoque haereticis, siue veris, siue opinatis. Irritas et nullius pretii et vsus, arma haec esse, quis non videat? (**) Certe

(*) *Signo crucis*, antiquitus vsurpato, magna accessit auctoritas ex celebri illa CONSTANTINI M. visione, qua ei, contra MAXENTIVM castra mouenti, oblatum esse signum perhibetur crucis, addita sententia: *in hoc signo vinces*: EVSEBIVS, huius rei testis, vocat νικοποιὸν σημεῖον, ἔργῳ τὴν πεῖραν τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος μαθών. Cum vero crescente superstitione ad omnes actiones sacras, etiam Daemonum expulsionem transferretur, nec praecepto, aut promissione niteretur, nil certius illa responsione Satanae:
Signa, te signa, temere me tangis et angis.

(**) Si quis, de indole R. C. eiusque diuina praestantiâ, recte edoctus, memoriâ recolat, innumerabi-

rte haec aliaque plura ridet Satanas, nullis nec
turae, nec *operis operati* functionibus vincibilis,
c haec Christus Apostolique vel vsurparunt ipsi,
l suis suaserunt vmquam. *Naturā* porro, quam-
uis

rabiles superstitiones, de daemonum vi et potestate, de fugandorum daemonum artibus, in ecclesia ortas, maximam partem ex *Aegypto*, superstitionum patria, et *Schola Alexandrina* repetendas, quae *platonica* decreta cum scitis R. C. infeliciter miscuit, quae, si quis a Daemone correptus existimabatur, ne diutius ab eo fatigaretur, precibus et sacrificiis eundem soluere consueuerunt; si quis *abusus* sanctissimi nominis Jesu in exorcismis, illius potius ignominiae, quam honori aptos, pugnas, quas, si *Legenda*, si vitas sanctorum legas, ad nauseam cum Diabolo certasse referuntur illi sanctuli, immo *notam* ecclesiae verae, καθολικῆς, et Apostolicae propriam, *fugationem daemonum* factam esse; innumeras fraudes, quae, cum curatio morborum, qui insanabiles et deplorati venditabantur, Medicinae et Chirurgiae arte perficeretur, obtinuerunt, propterea, quod ad expulsionem daemonum referebatur, immo per pleraque monasteria id quasi praecipuum *sanctorum* et *reliquiarum* fuisse documentum: *daemoniacos procurare, diabolum aliquem expellere*; haec, inquam, si quis meminerit, quis sibi temperet, cum S. V. D. SEMLERO pronunciare: *o barbarica stoliditas, si ad religionem, et quidem caeteris meliorem, haec sacra insania maxime pertinere dicatur.* „ Leuis haec, nec carni molesta, disciplina, qua his aliisue ritibus et formulis freti: *Vade Satana*, tela eius retundi posse, et vno quasi ictu profligari, autumabant, cur ad tam multos transierit, facile patet. Longe certe alia est et seuerior quaedam disciplina, quam Scriptura commendat, qua nisi subacti fuerimus, et praeparati ad meliorem vitam, non solum spe illius potiundae plane excidemus, sed nequidquam contra has nequitias spirituales valebimus.

uis sagacissima, nec ipsius operibus, quamuis praestantissimis, doctrina, eruditione, eloquentia, virtutibus, multum lucrabimur contra diabolum, nam in omnibus millies nobis praestat, haec omnia ita possidet, aut affectat, vt nobis fidem imponere, nec nos ipsum vincere possimus. Vanas illas declamationes, nec spiritu nec gratia Dei tinctas, contra se suumque regnum, minime horret; etiam de his valet, quod Cicero de lacrymis Rhetorum dixit: *nil citius exarescit.*

§. III.

-- vera et germana,

Longe alia arma commendat Scriptura, quibus milites Christi instruantur. Hostis per omnia, sibi contraria, vincendus est. Nil timet, nil reformidat, nisi victorem, τὸν ἰσχυρὸν, inuictum Mariae filium. Nominis eius tremenda maiestate perculsus longissime fugit, et omni eo alienus est, qui communionem cum hoc regum rege et dominorum domino, illiusque Spiritu, illibatam seruat. -- Huc pertinet egregia illa πανοπλία, Eph. VI. 10-18. qua recte vsi Ephesii, omnibus illecebris, et incitamentis ad deserenda sacra Christianorum, superiores euasuri sint. Foecunda et eleganti hac allegoria vniuersa vitae christianae ratio exponitur: Christiano militandum est sub signis Christi: nil eo felicius, cui promittitur *regnum caelorum*: nil laboriosius, qui quotidie de vita, de salute, periclitatur: nil fortius, qui ἀρχὰς, ἐξουσίας, κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου vincit. Primum *confortentur in Domino, illiusque virtutis robore*, vt intima cum Domino communione iuncti, ex bonitatis eius inexhausta plenitudine, hauriant continuas

ae gratiae munera. Nec enim ad gestandam ac πανοπλίαν aetas infantilis, aut puerilis a- est; robur intra se habeant, necesse est, con- formidabilem hostem, illiusque exercitum, gnaturi. Haec ipsa vero πανοπλία absoluitur bus illis, *tegumentis*, *munimentis*, *telis*. Inter gumenta 1.) refertur cinguli loco *veritas*, tam- iam *baltheus*, qui lumbos praecingat; (v. 14.) ac veritate, illa militis christiani virtus intel- gitur, qua veri et videndi et faciendi pio et li- erali desiderio ducitur, qua omnia ad decempe- am reuelationis exigit, et trutinat, qua frau- les mendaciornm patris, in veritate non perse- uerantis, Ioh. VIII. 44. detegit, errores, quo- cunque lenocinio illitos non admittit, rerum di- uinarum et spiritualium viua, experimentis con- firmata, et spirituali cognitione pollet, mundi mendacia, quibus vel consulto vel temere ad- missis obruitur, agnoscit et cauet. *Mendaciorum magna est laxitas*, inquit GROTIVS ad h. l. *veri- tas adstringit hominem.* Ies. XI. 5. Ecquis vero, in hoc sincero veri studio et cura, non egregium videat tegumentum contra Diaboli insidias, ve- ritati caelesti tam contrarias? Veritas est confor- mitas intelligentiae, mentis, voluntatis, cum natura rerum, cum mente et voluntate Dei, simplicitatem igitur animi, recti consciam, ma- li ignaram, integritatem, ἁπλότητα εἰς Χριστὸν continet. Hanc qui tenet, hanc qui sequitur, quot, quaeso! laqueos errorum fraudumque ef- fugit, veritate *mendax* Spiritus fugatur, Domi- nus, non tantum turpissimus, verum etiam du- rissimns, et fallacissimus, qui tam iniquum pen- sum exigit, qui tam futilia promittit, quibus i- psis non raro frustratur miseros: qui vanis tan- tum et inanibus rebus pascitur. Haec retia ef- fu-

fugit, qui veritate ſubactum ingenium tenet. 2. *thorax iuſtitiae*, v. 14. *thorax* pectus munit: In *pectore* ſedes eſt conſcientiae, quae munitur *iuſtitia*, omnium virtutum, quae Deo, alteri, nobismet ipſi debemus, ſummâ. Qui pugnam cum hoc aduerſario inſtruit, in eaque ſtare., et fortem ſe praeſtare cupit, mentem habeat, vitiorum, peccatorumque labe purgatam, pietatis in Deum, ſeriae et ſincerae, amoris alterius, ſtudioſam. Haec enim ſi abeſſent, aut defectu aliquo laborarent, darent Diabolo occaſionem, noſtri eo alacrius inuadendorum, accuſandorum, et concidendorum. Vel vnius peccati, non plene abiecti, et repudiati amor, aut tacita quaedam conſenſio, rima eſſet, qua cum peccato inſito conſpirare, conſcientiae puritatem turbare, animique ſerenitatem obfuſcare, et laetabilem aditum ad paternam mentem Dei, cum παῤῥησίᾳ et πληροφορίᾳ, impedire poſſet, cuius enim animum vera iuſtitiae caritas occupauit, pari deteſtatione vniuerſam malorum cohortem perſequitur, nec in minimis ſibi blanditur, ne ab his ad maxima ſenſim dilabatur, et dum in leuibus oſcitat, excidat a ſummis. Ecquid igitur thorace iuſtitiae, *bona conſcientia*, omnium virtutum chriſtianarum exercitio continuo et indefeſſo, ad feliciter decertandam hanc pugnam vtilius eſt, ecquid antiquius? *thorax* enim hic iuſtitiae, pectus munit, ne pateat telis tranſitus, aut habeat aliquid poteſtatis in nos, cf. Jeſ. LXI. 10. qua ex nulla re, quam peccato, potitur. Virtute igitur vera, chriſtiana, cuius non niſi aliqua victoria de carne, peccato, vnicuique proprio et familiari, reportata compotes fieri ſolemus, quid ad auertendas hoſtis machinationes vtilius, quid aptius? cum ſimulacra quaedam virtutum, quae vel natura,

., vel educatio, vel consuetudo animis in- t, repellendis eis consiliis non sufficiant. 3) miles christianus *pedibus calceatis*, *alacritate* *ıgelii pacis*, (v. 15.) Praecipitur hac senten- vt doctrina euangelii certa explorata, plena, ıentur pedes, ne ad quemcunque impetum :ium loco moueantur, aut ne latum quidem ;uem cedant, illam potius fortiter defendant, ıtari illius cognitione alios imbuant, et ad ıscunque gentes perferant, omnem orbem, ıntum in ipsis sit, impleant, illiusque purita- ı contra incertas et ineptas Judaeorum senten- ;, orientalium gentinm traditiones, graeculo- n argutias, nugas et trigas, rhetorum *βατ-* *λογίας*, poëtarum fabulas, ingenii humani niecturas, fanaticorum imaginationes, seruent corruptam illibatamque. Hoc modo hosti, in citia, ruditate, idololatria, *ἀπιςία*, superstitio- bus, barbarie grassanti, et opera sua perfici- ti, itur obuiam, hoc modo strenue cum ipso nfligitur, semper gnauiter his certantibus ad- irante sanctorum conatuum prouectore Spiritu S. ilitem Christianum cingulo, thorace et calceis structum, *munit* per duo *φιλακτήρια* Apostolus, *ıtum fidei*, et *galeam salutis*. v. 16. 17. Clypei arte bellandi eo adhibebantur, vt corpus ab telo- m iactu praestaretur tutum, qui cum lignei es- nt, ignitis telis incendi et concremari poterant. m *fides* clypei instar commendatur, firma illa : veritate euangelii persuasio, plena in Deo et ruatore acquiescentia, fiducia, in ipsius morte, surrectione, et regimine inconcussa, filialis ›luntati diuinae obtemperandi propensio, stabi- :que propositum, illa denique animi affectio, uae a verbi diuini auctoritate, nec dubiis, nec dflictionibus, nec tentationibus dimouetur, in

 qua

qua omnia ad Dei et Seruatoris gloriam, ad patri[illegible] caeleſtem, et ſempiternam felicitatem referu[illegible]. Haec fides, variis fidelitatis documentis [illegible] firmata, quam continua gratiae et pacis [illegible] lumenta, longe praeſtantiſſima, conſeq[illegible]tur, eiusmodi ſcutum eſt, quod ne a[illegible]gnitis quidem telis, ab exceptionibus contra [illegible]ritatem euangelii ſpecioſiſſimis, a tentatio[illegible] acutiſſimis, ab internis angoribus, a praeteri[illegible]rum peccatorum recordatione excitatis, ab i[illegible]cebris carnis, ab externa vi vllo modo pen[illegible]ri poteſt. Hoc vnum contra quoscunque i[illegible]tus munimentum eſt omnium firmiſſimum et [illegible]biliſſimum. Eiusmodi ſcuto, ſi recte tene[illegible] magna ſimplicitate infinitae artes verſutiſſim[illegible]ſtis eliduntur, atque irritae retorquentur. [illegible] ampliſſimae promiſſiones datae ſunt. Matth. [illegible] 20. Marc. XI. 22. ſs. XVI. 17. Joh. XIV. [illegible] Ecquis hanc opulentiam fidei vigentis et [illegible] non adpetat, non anhelet, ſine qua ne quid[illegible] valebimus? ecquis illos actus *fidei generalis* [illegible] *ſpecialis*, *directae et reflexae*, non exerceat, [illegible] quibus in Chriſti diſciplina vel otioſi ſpectatore[illegible] vel garruli iactatores, nil efficimus boni, in ae[illegible]ternitatem cum fructu nos ſecuturi. Haec vn[illegible] vitae ſpiritualis radix, alimentum, et ſuſtentaculum eſt, haec vna pugnae tali inchoandae, continuandae, et feliciter perficiendae ſufficit. Impenetrabili hoc fidei iaculo fortiter excipientur et retundentur quaeuis veri abnegandi, et cum mundo conſpirandi, incitamenta, vel fortiſſima. Alterum munimentorum genus, *galeâ ſalutis*, continetur. *Galea* caput, praecipua et nobiliſſima corporis humani pars, tegebatur: cum illa comparatur *ſalus*, hominibus in Chriſto decreta, parta, oblata, τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, Act. XXV. 28

incipale illud dogma de iustitia et salute per
um, credentibus, pie et digne acceptan-
, decreta. Inepti sunt ad hanc pugnam, et
sibi consulunt, qui hanc capitalem doctri-
, de salute peccatoribus per solum Christum
nda, sibi vel eripi vel deprimi sinunt. Et
it, id annititur Satanas, vt ab hac salute ho-
s vel auertat, vel retento Christi nomine,
vim et legitimum vsum obscuret; id quod
s artibus efficere tentat, per sapientiam, su-
humilem acceptionem gratiae insolentius se
entem, per peccati extenuationem, et ex-
tionem; virtutis mere naturalis iactantiam;
per merita operum; per superstitiones, per eius-
li exercitia, quae nec religionis indoli spirituali,
ciuitatis publicae commodis consentanea sint
apta. Summa igitur rei, in qua caput reli-
nis versatur et cardo, *salus I. C.* probe tenen-
est, nec vlla specie, vlla arte è corde et ore
extorqueatur, admitti debet. Haec in confli-
irretortis oculis intuenda, summo studio se-
nda, et per omnia obstacula, persecutiones,
amitates persequenda est. Ad hanc si summa
critate tendimus, eiusque ea, qua decet, di-
entia, et summo studio adipiscundae desiderio
gramus, ὁ πονηρὸς continuis suis sollicitationi-
s, bellis, tentationibus, eandem nobis red-
t optabiliorem, amabiliorem, ampliorem que.
ctum munitumque militem christianum armat
ioque Apostolus, non modo ab insultibus se de-
nsurum, sed hostem quoque propulsaturum.
uo consilio commendat duo ἀμυντήρια, *gladium*,
astamque, v. 17. Verbum Dei cum gladio compa-
itur, quod vim et efficaciam habet, quouis
ncipiti gladio acutiorem, et penetrantem, vsque
d diuisionem animae et spiritus, compagumque

 et

et medullarum, et animi, cogitationum, co-
liorumque iudex est integer et sanctus, Hebr. I
12. Vtinam hoc semper, vbique et recte v-
tur omnes, quibus pugnandum est? Ad ho-
ipsi Daemones contremiscunt, irrefragabili
auctoritate agnita, Matth. IV. 4. 7. 10. Hoc
mnibus imaginationis lusibus, humanis auctori-
tibus, philosophicis argutiis, infinite prae-
Hoc instruamur, nitamur, vtamur, vincam-
In γϱαφαῖς simus δυνατοί. Hoc profanorum ob-
ctationes, sciolorum dubia, cauillatorum calu-
nias, errantium errores optime retundet. H-
recte instructi quascunque tentationes facile s-
perabimus. Denique his omnibns coronide-
imponat *precatio*, v. 18. tum vt tota armatura r-
cte defungamur, communionem cum Deo e-
uatore exerceamus, et arctius subinde n-
illi mentem deuinciamus, fiduciam, in ip-
xilio et gratia vnice ponendam, ostendam-
dem, amorem, spem declaremus et alamus.
Haec ea sunt arma, quae militi christiano sem-
praesto sint, necesse est, nec nisi ab iis *instructi*
incedat, quemadmodum militem non decet, co-
spici nudum. Numquam intempestiuas agat fe-
rias, aut otiosus in vtramque aurem dormiat;
cum sine fine tot ferratis vitiorum copiis oppu-
gnemur, tot captemur artibus, tot adpetamur
insidiis. Vsu vero et exercitatione huius παν-
πλίας melius pugnabimus, quam praeceptis, aut
longo armorum commendatione. Ab his, quae
a Christo victore, in nos, membra corporis sui,
proficiscuntur, instructi, iisque recte vsi, non so-
lum animose descendemus in arenam, sed pu-
gnam fortissime absoluemus, cui vel coronarum
praemia proposita sunt. Precando precari, pu-
gnando pugnare, vincendo vincere discemus.

Quan-

nuis victoriam consequetur caelestium com-
icatio bonorum, maiorque religionis feruor,
uoduis fidei documentum admirabilis quae-
donorum Spir. S. copia et largior prouentus.
t etiam hîc *Hesiodeum* illud scitum: *arduam es-*
itio virtutis viam: verum, vbi ad cacumen erepse-
tutissimum otium te manet. Qui plura de his
is et legere et scire aueat, adeat *Ascetas*, pro-
e fidei et experientiae; consulat b. CRVSII
. *de ecclesia militante*, Lips. 1756. aut FECH-
diss. de *suggestionibus Satanae*, p. 56-64.

§. IV.

Sunt adhuc alia quaedam, quae
itiae christianae, indefessa opera continuatur.
ninistrandae, prouinciam ornant.
ei, de qua nemo satis magnifice existimare pot-
, qua omnis vita spiritualis, suis aetatibus et
fectibus distincta, nititur, potiores in ea par-
esse, diximus. Haec vero non supina qua-
n et oscitabunda fiducia, non vana quadam i-
gine et vmbra, quae in contemtu peccati et ho-
obdormiscit, cernitur, sed, cum summa e-
vis, si vera sit, viua et salutaris, primum ad-
hendendo, tum operando absoluatur, inter
eras eius partes, etiam serio et constanti pro-
sito continetur, se, suaque omnia, ad mentem
mini conformandi, eiusque partibus ita se ad-
utinandi, vt, cum omnis verae virtutis arche-
pum sit, imaginem eius luculentius subinde re-
ramus, victoria eius laeti fruamur, indies eam
rsecuti. Haec fides, si ἀρετὴ constantia et for-
udo accesserit, 2 Petr. I. 3. omnia impedimenta
cile vincit, ipsis tentationibus, variisque pa-
xysmis oscitantiae, praecipitantiae, iucuriae,

corroborata, ex his enim, si integritas me[...] salua sit, id exsistit boni, vt nobis ipsi diffida[...] gratiae vnice inhaereamus, quotidiana incre[...] ta sumamus, frequenti exercitatione, hum[...] delitate, precum studio, cupiamus adiuuari. [...] abundabit sincero Dei et J. C. *amore*, tamquam [...] petuo sui comite et pedissequo, immo certâ e[...] et propriâ notâ, Gal. V. 6. qui officia quaec[...] que permeat, suauitate mulcet, alacritate i[...] it, studio placendi Deo animatur, odio pecca[...] grat, solatio et gaudio, serenitate quadam a[...] et tranquillitate, rerum spiritualium gustu foec[...] dus, eiusque ductu tam in se, quam in aliis [...] spicuo, sustentatur, et tamquam caelestis ali[...] flamma, Luc. XII. 49. cuncta ipsi contraria, [...] cata contra conscientiam, temeritatem, ign[...] securitatem, fraudulentiam, impunem p[...] licentiam absorbet, laxitati, quam quida[...] et morum disciplinae inducere tentant, [...] rimum rigorem opponit, Jac. II. 8 - 10. [...] βειαν euangelicam, (*) qua fidelitatem in [...]

(*) Regula virtutis, qua assidua vitae spiritualis cultura absoluitur, non potest nimis curate exigi, cum ad vniuersi animi habitum iudicet καρδιογνώστης. et meta tam praeclara, tam perfecta sequenda sit, quam licet in hac infirmitate non plene assequamur, propius tamen attingere et possumus et debemus. Quare factum esse patem, vt perfectissimum virtutis exemplar, ad quod enitamur, propositum sit, Matth. V. 48. Eph. V. 1. 2. IV. 13. Luc. VI. 36. ad quod nemo adeo accessit, vt non haberet, quo proficeret. Phil. III. 12 - 16. Boni enim cursoris est, quo propius ad metam accesserit, eo incitatius currere, cum contra, vt *Polybii* verbis vtar, οἱ κακοὶ τῶν σταδι[...]

praestamus, ne, his neglectis, in grauiora idamns, memores saluberrimi illius praecepti:

Principiis obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas inualuere moras.

nerâ enim conscientiâ, quam amor Dei et Chriingenerat, (non *scrupulosam* puto, aut *superiosam*,) nil potest esse subtilius, nil sanctius. -- *nis* quibuscunque, siue externa sint, siue inter-, quae hosti saepenumero nostri tentandi praent occasionem, omnis praecidetur ansa, si insit odestia in possidendis, fidelitas in vsurpandis, onum consilium in exercendis, caritas, quae oprietatem vix agnoscit, in communicandis, dolitas in augendis, in monitis admittendis, explis imitandis, erratis et fugiendis et emendans. In primis iuuabit donorum, quibus iam cti sumus, vti operum, quae perpetrauimus, rta quaedam obliuio, aut minor respectus, et

Xx 4 quae

ων ἐγκαταλείπουσι τὰς ἑαυτῶν προθέσεις πρὸς τῷ τέρματι. Ipse etiam *Plato* virtutis et felicitatis summam posuit in sui cum Deo conformitate, eiusque imagine, luculentius subinde exprimenda, et terrenarum rerum despicientia. Eximium locum vid. in *Theaeteto*, p. 152. ss. 157. ss. (ed. Fisch.) Haec vero virtus, etiam in Gentilibus, gratiae communis quadam efficientia adiutis, sui pulcherrima et praestantissima exstitit merces. *Ei* enim, vt praeclare docet *A. ad Her. IV. 19. non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quam in casu, praesidium collocauit;* et L. IV. 17. *Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocandae, propterea, quod virtus in sua potestate est, omnia praeter eam subiecta sunt fortunae dominationi.*

quae restant vel efficienda, vel amplificanda, vel addenda, fortior adpetitio. In his non tam retrorsum, quam antrorsum respiciendum. -- Aduertendam omnem cacodaemonum potestatem valebit porro viua *omnis vinculi*, in baptismo *renunciati*, recordatio, et fida conseruatio, (*) qua efficitur et alitur beneficium, maximi *habendum*, *συνειδήσεως - Θεόν*, foedus cum Deo initum, bonae conscientia in quibuscunque rebus *adeundo*. *1 Petr.* III. 21. Haec enim communis est omnium christianorum professio, vt baptismo, *tamquam altero* quodam diluuio, mortui sint peccato, mortui desideriis carnalibus, mortui mundo, *illiusque illecebris* et studiis, quae publice deierarunt, mortui iis omnibus, quae sanctioni aduersa *sint*, qua nihil potest esse maius, nihil religiosius. *Vocati sumus*, inquit TERTVLLIANVS, *ad militiam Dei, iam tunc, cum in sacramenti verba respondimus*. Cum omnis potestas Satanae peccato contineatur, illiusque cum *carne* consensione, ad infringendam eius vim nil conducibilius, nil praeclarius est, vera sui *abnegatione*, scholae Christi propria, Matth. XVI. 24. Luc. IX. 23. XIV. 26. Tit II. 12. qua eorum nihil ad nos pertinere existimamus, immo abiicimus, quae *studio sanctimoniae*, quocunque modo excolendae, maius vel minus, grauius vel leuius

(*) Propius ab petulantia abest, qua mens ecclesiae contortissima interpretatione exponitur, si quis in hac formula baptismali adaemonismi praesidium quaerat, quasi eo consilio Satanae renunciauerimus, vt nil de ipso, eiusque potestate *et efficacitate* in rebus humanis nobis persuaderi sinamus; et omnem hanc doctrinam ad calamitosam noctem, vel Gentilium insaniae, vel iudaicarum opinionum, animum nec explentium, nec exhilarantium, sed seruile quoddam ingenium ingenerantium, amittamus.

s aliquod impedimentum obiicere possint. (*) tudium hoc abnegationis sui, rerumque huius nundi caducarum et friuolarum latissime patet, iec noxia tantum, sed adiaphora etiam complectitur, et, si generosum sit, nemini molestum, ninusque affectatum, maximi in hac pugna monenti. Plurimi fecit hanc vnam rem ad debellanlum Satanam MACARIVS, *Hom.* XXVI. p. 350. XII. τὸ δὲ κυριότατον ὅπλον τȣ̃ ἀθλητȣ̃ καὶ ἀγωνιςȣ̃ τȣ̃τό ἐςιν, ἵνα εἰσελθὼν εἰς τὴν καρδίαν ποιήση πόλεμον πρὸς τὸν σατανᾶν, καὶ μισήσῃ ἑαυτὸν, καὶ ἀρνήσηται τὴν ψυχὴν αὐτȣ̃, ὀργισθῇ τε καὶ ἐπιπλήξῃ, καὶ ταῖς συνήθαις ἐπιθυμίαις ἀντιτάξηται, καὶ ἀντιπαλαίσῃ τοῖς λογισμοῖς, καὶ μαχεσθῇ αὐτῷ -- Cum, vt vidimus, dum in hac vita militamus, nulla belli interstitia sint, et in animi perturbationibus plurimum lucretur hostis, *vigilantia* opus est et *sobrietate*, 1 Petr. V. 8. temperantia quadam animi et corporis, sine qua nil efficimus, nec ad vllas officii partes, recte obeundas, idonei sumus. Hanc *Plato* salutem dixit, conseruationemque prudentiae, cum anima, corporis perturbationibus ebria, non possit rerum ipsarum, maxime incorporearum, percipere veritatem. Vitiis denique, quibus hosti via aperitur, *strenuum earum virtutum* exercitium opponatur, quibus illis paullatim omnis inciditur neruus. Vera animi demissione et modestia superbiam, paupertate illa spiritus, Matth. V. 3. operum iactationem et confidentiam, αὐταρκείᾳ auaritiam, 1 Tim. VI. 6. ss. carnis mortificatione voluptatem, Gal. V. 24. gloriae caelestis certa exspectatione et fir-

(*) Cf. WEISMANNI diss. *fontes genuini iudicii solidi et prudentis, de doctrina abnegationis, vitandisque solicite et religiose vtriusque extremi erroribus. Tub.* 1733.

fugit, qui veritate subactum ingenium tenet. 2.) *thorax iustitiae*, v. 14. *thorax* pectus munit: In *pectore* sedes est conscientiae, quae munitur *iustitia*, omnium virtutum, quae Deo, alteri, nobismet ipsi debemus, summâ. Qui pugnam cum hoc aduersario instruit, in eaque stare, et fortem se praestare cupit, mentem habeat, vitiorum, peccatorumque labe purgatam, pietatis in Deum, seriae et sincerae, amoris alterius, studiosam. Haec enim si abessent, aut defectu aliquo laborarent, darent Diabolo occasionem, nostri eo alacrius inuadendorum, accusandorum, et concidendorum. Vel vnius peccati, non plene abiecti, et repudiati amor, aut tacita quaedam consensio, rima esset, qua cum peccato insito conspirare, conscientiae puritatem turbare, animique serenitatem obfuscare, et laetabilem aditum ad paternam mentem Dei, cum παρρησίᾳ et πληροφορίᾳ, impedire posset, cuius enim animum vera iustitiae caritas occupauit, pari detestatione vniuersam malorum cohortem persequitur, nec in minimis sibi blanditur, ne ab his ad maxima sensim dilabatur, et dum in leuibus oscitat, excidat a summis. Ecquid igitur thorace iustitiae, *bona conscientia*, omnium virtutum christianarum exercitio continuo et indefesso, ad feliciter decertandam hanc pugnam vtilius est, ecquid antiquius? *thorax* enim hic iustitiae, pectus munit, ne pateat telis transitus, aut habeat aliquid potestatis in nos, cf. Jes. LXI. 10. qua ex nulla re, quam peccato, potitur. Virtute igitur vera, christiana, cuius non nisi aliqua victoria de carne, peccato, vnicuique proprio et familiari, reportata compotes fieri solemus, quid ad auertendas hostis machinationes vtilius, quid aptius? cum simulacra quaedam virtutum, quae vel natura,

ra, vel educatio, vel consuetudo animis indit, repellendis eis consiliis non sufficiant. 3) et miles christianus *pedibus calceatis*, *alacritate angelii pacis*, (v. 15.) Praecipitur hac sententa, vt doctrina euangelii certa explorata, plena, mentur pedes, ne ad quemcunque impetum stium loco moueantur, aut ne latum quidem nguem cedant, illam potius fortiter defendant, lutari illius cognitione alios imbuant, et ad uascunque gentes perferant, omnem orbem, uantum in ipsis sit, impleant, illiusque puritam contra incertas et ineptas Judaeorum sentenas, orientalium gentinm traditiones, graeculoum argutias, nugas et trigas, rhetorum *βαττολογίας*, poëtarum fabulas, ingenii humani oniecturas, fanaticorum imaginationes, seruent ncorruptam illibatamque. Hoc modo hosti, in nscitia, ruditate, idololatria, *ἀπιςία*, superstitioibus, barbarie grassanti, et opera sua perficinti, itur obuiam, hoc modo strenue cum ipso onfligitur, semper gnauiter his certantibus adpirante sanctorum conatuum prouectore Spiritu S. Militem Christianum cingulo, thorace et calceis nstructum, *munit* per duo *φυλακτήρια* Apostolus, *cutum fidei*, et *galeam salutis*. v. 16. 17. Clypei n arte bellandi eo adhibebantur, vt corpus ab telorum iactu praestaretur tutum, qui cum lignei essent, ignitis telis incendi et concremari poterant. Jam *fides* clypei instar commendatur, firma illa de veritate euangelii persuasio, plena in Deo et Seruatore acquiescentia, fiducia, in ipsius morte, resurrectione, et regimine inconcussa, filialis voluntati diuinae obtemperandi propensio, stabileque propositum, illa denique animi affectio, quae a verbi diuini auctoritate, nec dubiis, nec adflictionibus, nec tentationibus dimouetur, in

 qua

qua omnia ad Dei et Seruatoris gloriam, ad patriam caeleſtem, et ſempiternam felicitatem referuntur. Haec fides, variis fidelitatis documentis confirmata, quam continua gratiae et pacis emolumenta, longe praeſtantiſſima, conſequuntur, eiusmodi ſcutum eſt, quod ne ab ignitis quidem telis, ab exceptionibus contra veritatem euangelii ſpecioſiſſimis, a tentationibus acutiſſimis, ab internis angoribus, a praeteritorum peccatorum recordatione excitatis, ab illecebris carnis, ab externa vi vllo modo penetrari poteſt. Hoc vnum contra quoscunque impetus munimentum eſt omnium firmiſſimum et nobiliſſimum. Eiusmodi ſcuto, ſi recte teneatur, magna ſimplicitate infinitae artes verſutiſſimi hoſtis eliduntur, atque irritae retorquentur. Huic ampliſſimae promiſſiones datae ſunt. Matth. XVII. 20. Marc. XI. 22. ſs. XVI. 17. Joh. XIV. 12. l. Ecquis hanc opulentiam fidei vigentis et fortis non adpetat, non anhelet, ſine qua ne quidquam valebimus? ecquis illos actus *fidei generalis et ſpecialis, directae et reflexae*, non exerceat, ſine quibus in Chriſti diſciplina vel otioſi ſpectatores, vel garruli iactatores, nil efficimus boni, in aeternitatem cum fructu nos ſecuturi. Haec vna vitae ſpiritualis radix, alimentum, et ſuſtentaculum eſt, haec vna pugnae tali inchoandae, continuandae, et feliciter perficiendae ſufficit. Impenetrabili hoc fidei iaculo fortiter excipientur et retundentur quaeuis veri abnegandi, et cum mundo conſpirandi, incitamenta, vel fortiſſima. Alterum munimentorum genus, *galeâ ſalutis*, continetur. *Galea* caput, praecipua et nobiliſſima corporis humani pars, tegebatur: cum illa comparatur *ſalus*, hominibus in Chriſto decreta, parta, oblata, *τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*, Act. XXV. 28

principale illud dogma de iustitia et salute per
istum, credentibus, pie et digne acceptan-
is, decreta. Inepti sunt ad hanc pugnam, et
e sibi consulunt, qui hanc capitalem doctri-
a, de salute peccatoribus per solum Christum
randa, sibi vel eripi vel deprimi sinunt. Et
igit, id annititur Satanas, vt ab hac salute ho-
nes vel auertat, vel retento Christi nomine,
s vim et legitimum vsum obscuret; id quod
iis artibus efficere tentat, per sapientiam, su-
humilem acceptionem gratiae insolentius se
erentem, per peccati extenuationem, et ex-
sationem; virtutis mere naturalis iactantiam;
l per merita operum; per superstitiones, per eius-
odi exercitia, quae nec religionis indoli spirituali,
c ciuitatis publicae commodis consentanea sint
apta. Summa igitur rei, in qua caput reli-
onis versatur et cardo, *salus I. C.* probe tenen-
est, nec vlla specie, vlla arte è corde et ore
extorqueatur, admitti debet. Haec in confli-
u irretortis oculis intuenda, summo studio se-
anda, et per omnia obstacula, persecutiones,
lamitates persequenda est. Ad hanc si summa
acritate tendimus, eiusque ea, qua decet, di-
gentia, et summo studio adipiscundae desiderio
igramus, ὁ πονηρὸς continuis suis sollicitationi-
us, bellis, tentationibus, eandem nobis red-
et optabiliorem, amabiliorem, ampliorem que.
ectum munitumque militem christianum armat
uoque Apostolus, non modo ab insultibus se de-
nsurum, sed hostem quoque propulsaturum.
uo consilio commendat duo ἀμυντήρια, *gladium*,
astamque, v. 17. Verbum Dei cum gladio compa-
atur, quod vim et efficaciam habet, quouis
ncipiti gladio acutiorem, et penetrantem, vsque
d diuisionem animae et spiritus, compagumque

et medullarum, et animi, cogitationum, consiliorumque iudex est integer et sanctus, Hebr. IV. 12. Vtinam hoc semper, vbique et recte vtantur omnes, quibus pugnandum est? Ad hoc ipsi Daemones contremiscunt, irrefragabili eius auctoritate agnita, Matth. IV. 4. 7. 10. Hoc omnibus imaginationis lusibus, humanis auctoritatibus, philosophicis argutiis, infinite praestat. Hoc instruamur, nitamur, vtamur, vincamus! In γραφαῖς simus δυνατοί. Hoc profanorum obtrectationes, sciolorum dubia, cauillatorum calumnias, errantium errores optime retundet. Hoc recte instructi quascunque tentationes facile superabimus. Denique his omnibns coronidem imponat *precatio*, v. 18. tum vt tota armatura recte defungamur, communionem cum Deo et Seruatore exerceamus, et arctius subinde nostram illi mentem deuinciamus, fiduciam, in ipsius auxilio et gratia vnice ponendam, ostendamus, fidem, amorem, spem declaremus et alamus. Haec ea sunt arma, quae militi christiano semper praesto sint, necesse est, nec nisi ab iis instructus incedat, quemadmodum militem non decet, conspici nudum. Numquam intempestiuas agat ferias, aut otiosus in vtramque aurem dormiat, cum sine fine tot ferratis vitiorum copiis oppugnemur, tot captemur artibus, tot adpetamur insidiis. Vsu vero et exercitatione huius πανοπλίας melius pugnabimus, quam praeceptis, aut longo armorum commendatione. Ab his, quae a Christo victore, in nos, membra corporis sui, proficiscuntur, instructi, iisque recte vsi, non solum animose descendemus in arenam, sed pugnam fortissime absoluemus, cui vel coronarum praemia proposita sunt. Precando precari, pugnando pugnare, vincendo vincere discemus.

Quam-

ımuis victoriam consequetur caelestium com-
nicatio bonorum, maiorque religionis feruor,
quoduis fidei documentum admirabilis quae-
n donorum Spir. S. copia et largior prouentus.
let etiam hîc *Hesiodeum* illud scitum: *arduam es-
nitio virtutis viam: verum, vbi ad caeumen erepse-
, tutissimum otium te manet.* Qui plura de his
nis et legere et scire aueat, adeat *Ascetas*, pro-
ae fidei et experientiae; consulat b. CRVSII
ol. *de ecclesia militante*, Lips. 1756. aut FECH-
ı diss. de *suggestionibus Satanae*, p. 56-64.

§. IV.

Sunt adhuc alia quaedam, quae •
ilitiae christianae, indefessa opera continuatur.
.ministrandae, prouinciam ornant.
dei, de qua nemo satis magnifice existimare pot-
:, qua omnis vita spiritualis, suis aetatibus et
ofectibus distincta, nititur, potiores in ea par-
s esse, diximus. Haec vero non supina qua-
m et oscitabunda fiducia, non vana quadam i-
agine et vmbra, quae in contemtu peccati et ho-
s obdormiscit, cernitur, sed, cum summa e-
s vis, si vera sit, viua et salutaris, primum ad-
ehendendo, tum operando absoluatur, inter
teras eius partes, etiam serio et constanti pro-
ısito continetur, se, suaque omnia, ad mentem
omini conformandi, eiusque partibus ita se ad-
.utinandi, vt, cum omnis verae virtutis arche-
pum sit, imaginem eius luculentius subinde re-
ramus, victoria eius laeti fruamur, indies eam
ersecuti. Haec fides, si ἀρετὴ constantia et for-
tudo accesserit, 2 Petr. I. 3. omnia impedimenta
icile vincit, ipsis tentationibus, variisque pa-
oxysmis oscitantiae, praecipitantiae, iucuriae,

 cor-

corroborata, ex his enim, si integritas mentis salua sit, id exsistit boni, vt nobis ipsi diffidamus, gratiae vnice inhaereamus, quotidiana incrementa sumamus, frequenti exercitatione, humili fidelitate, precum studio, cupiamus adiuuari. Haec abundabit sincero Dei et J. C. *amore*, tamquam perpetuo sui comite et pedisequo, immo certâ eius et propriâ notâ, Gal. V. 6. qui officia quaecunque permeat, suauitate mulcet, alacritate imbuit, studio placendi Deo animatur, odio peccati flagrat, solatio et gaudio, serenitate quadam animi et tranquillitate, rerum spiritualium gustu foecundus, eiusque ductu tam in se, quam in aliis conspicuo, sustentatur, et tamquam caelestis aliqua flamma, Luc. XII. 49. cuncta ipsi contraria, peccata contra conscientiam, temeritatem, ignauiam, securitatem, fraudulentiam, impunem peccandi licentiam absorbet, laxitati, quam quidam vitae et morum disciplinae inducere tentant, saluberrimum rigorem opponit, Jac. II. 8-10. et ἀκρίβειαν euangelicam, (*) qua fidelitatem in minimis

(*) Regula virtutis, qua assidua vitae spiritualis cultura absoluitur, non potest nimis curate exigi, cum ad vniuersi animi habitum iudicet καρδιογνώςης, et meta tam praeclara, tam perfecta sequenda sit, quam licet in hac infirmitate non plene assequamur, propius tamen attingere et possumus et debemus. Quare factum esse putem, vt perfectissimum virtutis exemplar, ad quod enitamur, propositum sit, Matth. V. 48. Eph. V. 1. 2. IV. 13. Luc. VI. 36. ad quod nemo adeo accessit, vt non haberet, quo proficeret. Phil. III. 12-16. Boni enim cursoris est, quo propius ad metam accesserit, eo incitatius currere, cum contra, vt *Polybii* verbis vtar, οἱ κακοὶ τῶν σαδί-ον

.is praestamus, ne, his neglectis, in grauiora cidamns, memores saluberrimi illius praecepti:

Principiis obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas inualuere moras.

Tenera enim conscientia, quam amor Dei et Chri-i ingenerat, (non *scrupulosam* puto, aut *super-itiosam*,) nil potest esse subtilius, nil sanctius. -- *Donis* quibuscunque, siue externa sint, siue inter-a, quae hosti saepenumero nostri tentandi prae-ent occasionem, omnis praecidetur ansa, si insit nodestia in possidendis, fidelitas in vsurpandis, onum consilium in exercendis, caritas, quae roprietatem vix agnoscit, in communicandis, do-ilitas in augendis, in monitis admittendis, ex-mplis imitandis, erratis et fugiendis et emendan-lis. In primis iuuabit donorum, quibus iam ucti sumus, vti operum, quae perpetrauimus, certa quaedam obliuio, aut minor respectus, et quae

ων ἐγκαταλείπουσι τὰς ἑαυτῶν προθέσεις πρὸς τῷ τέρματι. Ipse etiam *Plato* virtutis et felicitatis summam posuit in sui cum Deo conformitate, eiusque imagine, luculentius subinde exprimenda, et terrenarum rerum despicientia. Eximium locum vid. in *Theaeteto*, p. 152. ss. 157. ss. (ed. Fisch.) Haec vero virtus, etiam in Gentilibus, gratiae communis quadam efficientia adiutis, sui pulcherrima et praestantissima exstitit merces. *Ei* enim, vt praeclare docet *A. ad Her. IV. 19. non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quam in casu, praesidium collocauit;* et L. IV. 17. *Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocandae, propterea, quod virtus in sua potestate est, omnia praeter eam subiecta sunt fortunae dominationi.*

quae restant vel efficienda, vel amplificanda, vel addenda, fortior adpetitio. In his non tam retrorsum, quam antrorsum respiciendum. -- *Ad euertendam* omnem cacodaemonum potestatem valebit porro viua *omnis vinculi*, in baptismo iam *renunciati*, recordatio, et fida conseruatio, (*) qua efficitur et alitur beneficium, maximi habendum, συνειδήσεως - Θεόν, foedus cum Deo initum, bona conscientia in quibuscunque rebus adeundo. 1 Petr. III. 21. Haec enim communis est omnium christianorum professio, vt baptismo, tamquam *altero* quodam diluuio, mortui sint peccato, mortui desideriis carnalibus, mortui mundo, ill*iusque* illecebris et studiis, quae publice deierarunt, mortui iis omnibus, quae sanctioni aduersa *sint*, qua nihil potest esse maius, nihil religiosius. *Vocati sumus*, inquit TERTVLLIANVS, *ad militiam Dei*, *iam tunc*, *cum in sacramenti verba respondimus*. Cum omnis potestas Satanae peccato contineatur, illiusque cum *carne* consensione, ad infringendam eius vim nil conducibilius, nil praeclarius est, vera sui *abnegatione*, scholae Christi propria, Matth. XVI. 24. Luc. IX. 23. XIV. 26. Tit II. 12. qua eorum nihil ad nos pertinere existimamus, immo abiicimus, quae *studio sanctimoniae*, quocunque modo excolendae, maius vel minus, grauius vel leuius

(*) Propius ab petulantia abest, qua mens ecclesiae contortissima interpretatione exponitur, si quis in hac formula baptismali adaemonismi *praesidium* quaerat, quasi eo consilio Satanae renunciauerimus, vt nil de ipso, eiusque potestate *et efficacitate* in rebus humanis nobis persuaderi sinamus; et omnem hanc doctrinam ad calamitosam noctem, vel Gentilium insaniae, vel iudaicarum opinionum, animum nec explentium, nec exhilarantium, sed seruile quoddam ingen*ium ingenerantium*, amittamus.

us aliquod impedimentum obiicere possint. (*) Studium hoc abnegationis sui, rerumque huius mundi caducarum et friuolarum latissime patet, nec noxia tantum, sed adiaphora etiam complectitur, et, si generosum sit, nemini molestum, minusque affectatum, maximi in hac pugna momenti. Plurimi fecit hanc vnam rem ad debellandum Satanam MACARIVS, *Hom.* XXVI. p. 350. § XII. *τὸ δὲ κυριότατον ὅπλον τοῦ ἀθλητοῦ καὶ ἀγωνιστοῦ τοῦτό ἐστιν, ἵνα εἰσελθὼν εἰς τὴν καρδίαν ποιήσῃ πόλεμον πρὸς τὸν σατανᾶν, καὶ μισήσῃ ἑαυτὸν, καὶ ἀρνήσηται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ὀργισθῇ τε καὶ ἐπιπλήξῃ, καὶ ταῖς συνήθαις ἐπιθυμίαις ἀντιτάξηται, καὶ ἀντιπαλαίσῃ τοῖς λογισμοῖς, καὶ μαχεσθῇ αὐτῷ* -- Cum, vt vidimus, dum in hac vita militamus, nulla belli interstitia sint, et in animi perturbationibus plurimum lucretur hostis, *vigilantia* opus est et *sobrietate*, 1 Petr. V. 8. temperantia quadam animi et corporis, sine qua nil efficimus, nec ad vllas officii partes, recte obeundas, idonei sumus. Hanc *Plato* salutem dixit, conseruationemque prudentiae, cum anima, corporis perturbationibus ebria, non possit rerum ipsarum, maxime incorporearum, percipere veritatem. Vitiis denique, quibus hosti via aperitur, *strenuum earum virtutum* exercitium opponatur, quibus illis paullatim omnis inciditur neruus. Vera animi demissione et modestia superbiam, paupertate illa spiritus, Matth. V. 3. operum iactationem et confidentiam, *αὐταρκείᾳ* auaritiam, 1 Tim. VI. 6. ss. carnis mortificatione voluptatem, Gal. V. 24. gloriae caelestis certa exspectatione et fir-

(*) Cf. WEISMANNI diss. *fontes genuini iudicii solidi et prudentis, de doctrina abnegationis, vitandisque solicite et religiose vtriusque extremi erroribus. Tub.* 1733.

ma ſpe, vanitates mundi, Col. III. 3. manſuetudine immoderatos affectus, Eph. IV. 26. ſs. meditata quadam agendi ratione inconſiderantiam, temeritatem, βαττολογίαν, diuina quadam ſimplicitate, verſutiſſimas hoſtis artes, cauebimus et ſuperabimus. Diſcamus verbum Dei, in S. S. contentum, toto animo venerari, lumen fidei, in recto eius vſu omnibus promiſſum, ſapientiae humanae, lubricae et vacillanti, anteferre, experientiam ſanctorum, ſciolorum dubiis praeponere, fidem Deo praeſtare in cognitione et conſeruatione veri ſalutaris, ſapientiam diuinam non in ſcientia inflante, ſed in virtute religionis ponere, ab inani denique curioſitate, ab audacibus iudiciis, ab illis contagii adiumentis, noſtra aetate tam copioſis, tam ſpecioſis, quam diligentiſſime nobis cauere, tum certamen fidei glorioſe terminabimus. Quid multa? in pugna hac omne ferat punctum, veri, diuinitus propoſiti, plenior ſubinde et ſubtilior cognitio et conſtans amor; diſcuſſio errorum, ab omni affectu iniquo et turbulento libera; aſſiduus verbi diuini vſus; docilis conſuetudo cum iis, qui in viis Domini et rebus, ad R. C. pertinentibus, habent αἰσθητήρια καλοῦ, Hebr. V. 14. exploratio eorum, quae in conſcientia, et interioribus animi receſſibus aguntur; fidelitas in conſeruando quouis gratiae, diuinitus diſpenſatae, genere, Matth. XIII. 12. ſobrietas in vſu chariſmatum; diligens conſideratio promiſſionum diuinarum, quibus nihil datur auguſtius, 2 Cor. VI. 16. 2 Petr. I. 1-4. tranquillitatis animi, quam πληροφορία et παῤῥησία fidei ingenerat, vel in acutiſſimis tentationibus, firma poſſeſſio, eiusque conſeruandae ſtudium; ſcandali de caecitate, perturbatione, fluctuatione, duritie cordis τῶν πολλῶν euitatio; continua circumſpe-

ſpectio in inſtruenda rei familiaris et vitae ciuilis ratione, ne cum caeleſti noſtra vocatione in contentionem veniant, ſed illius moderamini potius ſubiiciantur. Sic vni Deo ſeruiemus, veritati et ſanctimoniae ſtudebimus, bonis, quae religio adfert, fruemur, ſic ſpiritu vegetiores erimus, quam ad contentionem inſtructiores, ſalutarem, puram, viuam rerum diuinarum cognitionem indies magis, indies laetius et copioſius efflore-ſcere gaudebimus, Deo quidem, non quid de Diabolo, daemonibusque ſenſerimus, ſed qua mente, qua pietate vniuerſam eius reuelationem ſuſceperimus, et conſeruauerimus, et opera Satanae in ſocietate Chriſti aboleuerimus, immo quid fecerimus boni, quam ſementem, in aeternitate cum fructu nos ſecuturam, Gal. VI. 7. 8. ſparſerimus, rationes reddituri, et εὐχαριστήσοντες τῷ Θεῷ, ὃς -- ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους. Col. I. 13.



PORIS-

PORISMATA.

DABIMVS HAEC PROMISCVE, PROVTI INTER RELEGENDVM NATA SVNT SPONTE,

I.

Adaemonismus, *crassior* maxime, quemadmodum omni rei theologicae iniurius est, et ceteris doctrinae reuelatae partibus, cum quibus illa de daemonum vi et potestate doctrina coniungi solet, ita maxime omnibus *hermeneuticis* regulis insidias struit. Quid enim de interpretatione sentias, necesse est, quae vnam eandemque vocem διαβόλυ: *durch iede Hinderung des Guten; durch ieden Feind und Widersacher: durch alles Widrige und Unangenehme; durch ein personificirtes Abstractum von Boßheit und Widerspenstigkeit; durch ieden Haderer und Lästerer einer Sache; durch iede Gefahr; durch Aberglauben, Irreligion; Ausstoßung aus der Gemeine; Verfolgungs-Geist des Christentums; durch ieden feindseeligen Gedanken*, explicare non erubescit. Per hanc interpretandi viam et rationem omnia incerta fieri, et arbitraria, cui è quibuslibet verbis quidlibet eruendi facultas facilis sit et parata, omnes vident, maxime cum is, qui vel negantem, vel dubitantem sententiam tueatur, potentissima illa demonstratione, *caecus sit, qui non videat, hoc in verbis istis inesse*, hunc sensum illa praebere, validissime coërceatur. Hac vero lege et ratione nil perniciosius, nil in omnem veritatem diuinam periculosius induci posse, facile constat.

II.

II.

Adaemoniſtae non habent, quod valde laetentur de illa ſocietate, quam cum *Deiſtis* ineunt, de quibus per inductionem probari poteſt, multos in hac doctrina, tamquam eiusmodi, vt arx cauſſae chriſtianae inde omnium facillime impeti et deiici poſſit, primam veluti auram vitalem ſpiraſſe. Habet omnino etiam hic locus cum multis, diuinitus propoſitis, id commune, vt hominem ſuae imbecillitatis admoneat, eumque ad arctius tenendam reuelationem quaſi deuinciat, habet *ſancta quaedam paradoxa*, quae, maiori lumine animis olim oborto, ceu diſpulſae nebulae, in ſummam lucem et ſapientiam reſoluentur. In verbis Domini indubitanter tenendis verſatur omnis fides et pietas, et inepte faciunt, qui in ſacris, iisque rebus, quae haud adſpectabilia ſpectant, demonſtrationes more calculi deſiderant, cum in pauciſſimis capitibus id ipſi poſſint: nam fides non demonſtrat more geometrico, ſed *inſiſtit verbis Dei*, partim occultis, partim claris, occultis ad fidem, claris ad certitudinem.

III.

Cum ii, qui doctrinam Scripturae de Diabolo, malisque ſpiritibus, veram, orthodoxam, euidentiſſimis dictis ſuffultam, multis audiant *defenſores*, *patroni*, *aduocati*, *amatores*, *cultores Diaboli daemonumque*; haec ἀνεμιαῖα eſſe, et vix digna attentione, aut reſponſione, facile patet. Talia *argumenta*, *ab inuidia ducta*, iamdudum proſcripta eſſe debebant è quaeſtionibus theologicis. Dicta eiusmodi contumelioſa malae potius, quam bonae cauſſae indicio ſunt.

IV.

IV.

Doctrinae huius *forma* si recte instituatur, (et recte instituetur, si eandem è sola Scriptura petierimus,) tantum abest, vt *virtutibus diuinis*, *sanctitati*, *bonitati*, *fidelitati*, *φιλανθρωπίᾳ*, *paternae menti*, *sapientiae*, fraudi sit aut noxae, vt etiam eandem iis illustrandis et declarandis aptam esse et consentaneam, constánter pronunciemus. Haec clarissime innotescent reputantibus, in illa militia christiana parari ad summam gloriam aditum; praesto esse auxilia gratiae, quibus vires et sufficientissimae et efficacissimae ad reportandam victoriam suppeditentur, nec quidquam, si liberum hominis arbitrium non accesserit, aut mali, aut detrimenti ab his peruersis naturis in salutem proficisci posse; omnia denique machinamenta earum desinere tandem in ipsarum ignominiam, tentatorum felicitatem, Dei ipsiusque prouidentiae laudem et gloriam incredibilem, et singularem haud dubie earum esse cum systemate nostro coniunctionem, vt nouissimum earum iudicium ad finem praesentis mundi distulisset Deus, quo per ignem innouato, sequetur effectio noui caeli, nouaeque terrae, ab his nequitiis spiritualibus plane liberae et immunis. 2 Petr. III. 12. ss. Apoc. XXI. 1. ss. Adde, multa mala, bene et sapienter permissa, optato coronari fine, vel in hac vita tandem elucescente; de aliis, in quibus is non tam euidenter videri potest, idem exspectare, bonitas et sapientia diuina, innumeri documentis testata et confirmàta, postulant.

V.

V.

Singulare quoddam caput constitui poterat, de *cautelis* in proponenda publice hac doctrina praecipiens. Hae vero relinquuntur solertiae coetus christiani doctorum, ex iis, quae disputauimus, facile eruendae. Certe, si in vlla doctrinae, diuinitus propositae, parte, circumspectionem adhibere decet, vt mentem Dei reuelantis exprimas, nec vel exaggerando, vel minuendo prodas veritatem, eam hac in re potissimum adhibeas velim. Facile enim fit, vt in his aliisue rebus Diabolo attribuantur partes, vbi nullae sunt, et praetermittantur, vbi quam maxime nominandae erant. Quanta igitur moderatione et circumspectione in hac re versandum sit oratori sacro, in promtu est, praesertim hac nostra aetate, tam delicata, et ἀποδεικτικὸν vbique φύσημα φυσώσῃ. Caue, ne vel superstitioni lites, vel ἀπιστίαν adiuues: caue, ne totius caussae negligentia, et tentationibus Satanae in exsilium quasi actis, leuitati, tepori, socordiae, securitati puluinar substernas, aut nimio et praepostero earum metu mentes piorum angore et perturbatione impleas, et ad pristinas reuoluaris tenebras: caue, ne peruicaciae et obstinationi hominum vitiorum palliandorum ansam praebeas, aut malitiae fomenta: caue, puerulorum mentes et aures inanibus terriculamentis et superstitiosis narrationibus impleas: caue, in morbis, si efficacissima remedia, et omnem fere medicam artem eludant, diabolicarum aliquid artium subesse facile existimes; multorum enim est tanta vehementia, tanta pertinacia, vt pluribus armis oppugnari non valeant. *Vtere* hac doctrina, vt pauca tantum attingam, ad detestabilem et foedissimam *peccati* faciem denudandam;

vtere

vtere inter referendum euangelii, a multis leuissime repudiati, caussas, 2 Cor. IV. 4. vtere in significanda status naturalis, sibi soli relicti, tristi et lamentabili conditione, Eph. II. 2. vtere, si persecutionum ecclesiae, et maximorum incommodorum, quibus tam extrinsecus, quam intrinsecus conflictatur, primum motorem et ducem commonstrare velis: Apoc. II. 10. Eph. VI. 10. ss. vtere in demonstrando fonte eorum peccatorum, quae a sensu humanitatis ceteris magis abhorrent, tentationum acutiorum, animo contra voluntatem obrepentium.

VI.

Qui ex 1 Cor. VIII. 4. adaemonismi praesidium obtorto quasi collo exsculpere tentant, summam, qua laborant, argumentorum scripturariorum indigentiam produnt. οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ Omnino nullus est deaster, plane nihil est, praeter simulacrum, Deum fictitium referens, imago quaepiam vana diuinitatis commentitiae, non animata, nec, vt putabatur, a daemone inhabitata: lapis est, sculpta, fabrefacta materies, praetereaque nihil. 1 Cor. XII. 2. Miror, vel Semlerum, V. V. hoc loco vti, contra eos, qui *puriorem de Diabolo doctrinam* tuentur, declamantem. Id opinionis, non veri studio fieri videtur. Diabolum esse, et daemones, sub eo militantes, ita per infinita documenta sacri codicis perspicuum est, vt, si quis iis recensendis, et rationibus subtiliter reddendis, velit illustrare, ei magnopere verendum sit, ne fiat id, quod *Cicero* dixit, *vt illustrando fiant obscura.* Nec γνώσεως praetextu omitti debet locus. Valet enim hîc, quod S. V. D. Ernesti in alia caussa grauiter dixit: *Einmal*

steht

steht es in der Bibel, also muß es gesagt werden. Nste Bibl. T. II. p. 353. Magna fiducia hoc idem argumentum repetitur, et tamquam inuicto robore praeditum celebratur ab Anonymo: *Demüthigste Antwort -- auf die demüthige Bitte um Belehrung an die großen Männer, die keinen Teufel glauben*, 1776. p. 49. ss.

VII.

Semlervs, V. V. dum in eo est, vt in *diss. de duplici epistolae ad Romanos adpendice*, hypothesi de Capp. XV. XVI. tamquam adpendice duplici, ad consilium epistolae, et partem tractationis nihil pertinente, sed catalogi loco epistolae latoribus habenda eorum nominum, quibus in itinere commendarentur, et quibus Paulli nomine salutem dicerent, conquirat argumenta, in multis satis probabilibus etiam hoc, vt mihi videtur, improbabili vtitur, p. 20. Capitis XVI. v. 10. ὁ δὲ Θεὸς -- ἐν τάχει, Romanis nil conuenire, Corinthiis vero. 2 Ep. XI. 3. XII. 20. *Ad Romanos, quibus tandem de caussis de schismatis et Satanae ausibus scribat?* -- Auget hic et confirmat hypothesin hypothesi de *Satana*, tamquam *persecutore* aliquo, Paulli doctrinae et personae maximopere aduerso, qualis vnus alterue inter graecas tantum et asiaticas ecclesias exstiterit.

VIII.

Longe verissima est illa Werenfelsii obseruatio; *de scopo interpretis S. S. p. 367. Si cui ratiocinationes suae optime cohaerere videntur, illas quam primum in aptum systema coëgit, quod tamquam diuinum adorat, in S. S. nil nisi hoc rationi tam gra-*

cudit, nil prius sit, nil antiquius, religiosa quadam Scripturae tractatione et recta interpretatione; quam plenior quaedam et accuratior graecarum hebraicarumque litterarum scientia mirifice adiuuabit. Huic quo plus operae, et studii impendimus, eo magis erimus πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένοι, 2 Tim. III. 17.

Θεῷ ἡ δόξα.



IV.

Doctrinae huius *forma* si recte instituatur, (et recte instituetur, si eandem è sola Scriptura petierimus,) tantum abest, vt *virtutibus diuinis*, *sanctitati*, *bonitati*, *fidelitati*, *φιλανθρωπίᾳ*, *paternae menti*, *sapientiae*, fraudi sit aut noxae, vt etiam eandem iis illustrandis et declarandis aptam esse et consentaneam, constanter pronunciemus. Haec clarissime innotescent reputantibus, in illa militia christiana parari ad summam gloriam aditum; praesto esse auxilia gratiae, quibus vires et sufficientissimae et efficacissimae ad reportandam victoriam suppeditentur, nec quidquam, si liberum hominis arbitrium non accesserit, aut mali, aut detrimenti ab his peruersis naturis in salutem proficisci posse; omnia denique machinamenta earum desinere tandem in ipsarum ignominiam, tentatorum felicitatem, Dei ipsiusque prouidentiae laudem et gloriam incredibilem, et singularem haud dubie earum esse cum systemate nostro coniunctionem, vt nouissimum earum iudicium ad finem praesentis mundi distulisset Deus, quo per ignem innouato, sequetur effectio noui caeli, nouaeque terrae, ab his nequitiis spiritualibus plane liberae et immunis. 2 Petr. III. 12. ss. Apoc. XXI. 1. ss. Adde, multa mala, bene et sapienter permissa, optato coronari fine, vel in hac vita tandem elucescente; de aliis, in quibus is non tam euidenter videri potest, idem exspectare, bonitas et sapientia diuina, innumeri documentis testata et confirmata, postulant.

V.

V.

Singulare quoddam caput constitui poterat, de *cautelis* in proponenda publice hac doctrina praecipiens. Hae vero relinquuntur solertiae coetus christiani doctorum, ex iis, quae disputauimus, facile eruendae. Certe, si in vlla doctrinae, diuinitus propositae, parte, circumspectionem adhibere decet, vt mentem Dei reuelantis exprimas, nec vel exaggerando, vel minuendo prodas veritatem, eam hac in re potissimum adhibeas velim. Facile enim fit, vt in his aliisue rebus Diabolo attribuantur partes, vbi nullae sunt, et praetermittantur, vbi quam maxime nominandae erant. Quanta igitur moderatione et circumspectione in hac re versandum sit oratori sacro, in promtu est, praesertim hac nostra aetate, tam delicata, et ἀποδεικτικὸν vbique φύσημα φυσώσῃ. Caue, ne vel superstitioni lites, vel ἀπιςίαν adiuues: caue, ne totius caussae negligentia, et tentationibus Satanae in exsilium quasi actis, leuitati, tepori, socordiae, securitati puluinar substernas, aut nimio et praepostero earum metu mentes piorum angore et perturbatione impleas, et ad pristinas reuoluaris tenebras: caue, ne peruicaciae et obstinationi hominum vitiorum palliandorum ansam praebeas, aut malitiae fomenta: caue, puerulorum mentes et aures inanibus terriculamentis et superstitiosis narrationibus impleas: caue, in morbis, si efficacissima remedia, et omnem fere medicam artem eludant, diabolicarum aliquid artium subesse facile existimes; multorum enim est tanta vehementia, tanta pertinacia, vt pluribus armis oppugnari non valeant. *Vtere* hac doctrina, vt pauca tantum attingam, ad detestabilem et foedissimam *peccati* faciem denudandam;

vtere

vtere inter referendum euangelii, a multis leuissime repudiati, caussas, 2 Cor. IV. 4. vtere in significanda status naturalis, sibi soli relicti, tristi et lamentabili conditione, Eph. II. 2. vtere, si persecutionum ecclesiae, et maximorum incommodorum, quibus tam extrinsecus, quam intrinsecus conflictatur, primum motorem et ducem commonstrare velis: Apoc. II. 10. Eph. VI. 10. ss. vtere in demonstrando fonte eorum peccatorum, quae a sensu humanitatis ceteris magis abhorrent, tentationum acutiorum, animo contra voluntatem obrepentium.

VI.

Qui ex 1 Cor. VIII. 4. adaemonismi praesidium obtorto quasi collo exsculpere tentant, summam, qua laborant, argumentorum scripturariorum indigentiam produnt. ὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ Omnino nullus est deaster, plane nihil est, praeter simulacrum, Deum fictitium referens, imago quaepiam vana diuinitatis commentitiae, non animata, nec, vt putabatur, a daemone inhabitata: lapis est, sculpta, fabrefacta materies, praetereaque nihil. 1 Cor. XII. 2. Miror, vel SEMLERVM, V. V. hoc loco vti, contra eos, qui *puriorem de Diabolo doctrinam* tuentur, declamantem. Id opinionis, non veri studio fieri videtur. Diabolum esse, et daemones, sub eo militantes, ita per infinita documenta sacri codicis perspicuum est, vt, si quis iis recensendis, et rationibus subtiliter reddendis, velit illustrare, ei magnopere verendum sit, ne fiat id, quod *Cicero* dixit, *vt illustrando fiant obscura.* Nec γνώσεως praetextu omitti debet locus. Valet enim hîc, quod S V. D. ERNESTI in alia caussa grauiter dixit: *Einmal steht*

steht es in der Bibel, also muß es gesagt werden. Nste Bibl. T. II. p. 353. Magna fiducia hoc idem argumentum repetitur, et tamquam inuicto robore praeditum celebratur ab Anonymo: *Demüthigste Antwort -- auf die demüthige Bitte um Belehrung an die großen Männer, die keinen Teufel glauben*, 1776. p. 49. ss.

VII.

SEMLERVS, V. V. dum in eo est, vt in *diss. de duplici epistolae ad Romanos adpendice*, hypothesi de Capp. XV. XVI. tamquam adpendice duplici, ad consilium epistolae, et partem tractationis nihil pertinente, sed catalogi loco epistolae latoribus habenda eorum nominum, quibus in itinere commendarentur, et quibus Paulli nomine salutem dicerent, conquirat argumenta, in multis satis probabilibus etiam hoc, vt mihi videtur, improbabili vtitur, p. 20. Capitis XVI. v. 10. ὁ δὲ Θεὸς -- ἐν τάχει, Romanis nil conuenire, Corinthiis vero. 2 Ep. XI. 3. XII. 20. *Ad Romanos, quibus tandem de caussis de schismatis et Satanae ausibus scribat?* -- Auget hîc et confirmat hypothesin hypothesi de *Satana*, tamquam *persecutore* aliquo, Paulli doctrinae et personae maximopere aduerso, qualis vnus alterue inter graecas tantum et asiaticas ecclesias exstiterit.

VIII.

Longe verissima est illa WERENFELSII obseruatio; *de scopo interpretis S. S. p. 367. Si cui ratiocinationes suae optime cohaerere videntur, illas quam primum in aptum systema coëgit, quod tamquam diuinum adorat, in S. S. nil nisi hoc rationi tam gra-*

tum systema quaerit, et quidquid non bene in illud quadrat, non desinit in illas partes flectere et torquere, donec aliquo modo quadret: qua in re Faustum Socinum praecipue peccasse, frequens theologorum est querela. In idem vitium incurrere adaemonistas, facile videt quiuis, qui eorum interpretationes, Joh. VIII. 44. XII. 31. 1 Joh. III. 8. 2 Cor. IV. 4. Eph. VI. 10-17. recogitauerit.

IX.

In controuersiis de exsistentia, operationibus et potestate Satanae, noua vi subinde recurrentibus, videre est illud, quod vulgo dicitur: *paruus error in principio, fit maximus in fine.* Adeo *minima* in ciuitate Dei, pari diligentia, attentione et studio cum *maximis*, curanda sunt.

X.

Cum in loco, quem hactenus tractauimus, nil frequentius fieri soleat, quam vt notio *iudaici* et *paganici* Diaboli, daemonumque, obtrudatur Christi Apostolorumque sententiis, vel euidentissimis; contra prima artis cogitandi praecepta peccari in eo videtur, quasi vana, falsa, superstitiosa essent omnia, quae *Iudaei*, praesertim ante repudium, a Deo acceptum, tenuerunt, *οἷς ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τῦ Θεῦ*, Rom. III. 2. qui multa ab antiquis prophetis, *ἄγραφα* quidem, sed ea propter non falsa, Matth. II. 23. Jud. v. 9. acceperunt, qui quamuis veri falsa admiscuissent, et imaginationi iusto plus tribuissent, non tamen veritatem eiurarunt, sed eidem modo peregrina induxerunt. Et quis *Gentiles*, tam graecos, quam latinos, quorum opera et admiramur et imitamur,

fa-

ſapientes, ἀναντιῤῥήτως tales, pulchri et guſtûs exempla, in hac vna re, in Daemonum vi et poteſtate in rebus humanis, tam inſigniter deliraſſe, eandemque ſine iuſtis et legitimis cauſſis, cum cetera imperita plebe, admiſiſſe putet? Si ea, quae phantaſia induxit, diuelleris ab veritate certa, primaeua, antiquitus tradita, ab incorruptis temporibus ducta, inuertendum erit argumentum, et in adaemoniſtas inſolentiores retorquendum. Accedit, plura, quae Chriſtus Apoſtolique de omni hac cauſſa docuère; ne reperiri quidem in Judaeorum Gentiliumque ſcriptis, οὐ κατὰ ῥητὸν, οὐδὲ κατὰ διάνοιαν, et aliam his vocibus notionem ſubiiciendam videri in ſacris, quam in profanis.

XI.

Nec nos adprobamus illam *picturam*, quam *Conſtantinus M.* in ſublimi quadam tabula ante veſtibulum palatii poni iuſſit, qua Diabolus, ſub *Draconis* forma, *crucis* cuſpide confoſſus, telis per medium ventrem confixus, et in profundos maris gurgites proiectus ſiſtitur, cf. S. V. D. Semleri *prol. paſch.* de *vario et impari veterum ſtudio, in recolenda hiſtoria deſcenſus ad inferos*, p. 14. n. 21. Intelligentiores id genus imagines nil iuuant, imperitioribus ſaepius nocent, mentemque infrugiferis ideis implent, cuius rei documentum in Gretsero videre eſt.

XII.

Noſtra aetate, in tam admirabili acceſſu et receſſu ſententiarum, in illa, vti omnium rerum, etiam opinionum viciſſitudine, qua ſibi quisque eclecticum quoddam religionis genus format et

tum systema quaerit, et quid iosa qui-
quadrat, non desinit in illas pretatio-
re, donec aliquo modo quad r graeca-
cinum praecipue peccasse, a mirifi-
ria. In idem vitiu et studii
facile videt quiuis, πᾶν ἔργον
Joh. VIII. 44. XII. 17.
Eph. VI. 10-17.

οξα

In conf
et potestat
tibus, vi
nus err
minima
ne et



RISMATA

tales, puterint et gustis
in Daemonum vi expo-
insigniter
nis causis
sica, quae
cera,
m.

tum systema quaerit, et quidquid non bene in illud quadrat, non desinit in illas partes flectere et torquere, donec aliquo modo quadret: qua in re Faustum Socinum praecipue peccasse, frequens theologorum est querela. In idem vitium incurrere adaemonistas, facile videt quiuis, qui eorum interpretationes, Joh. VIII. 44. XII. 31. 1 Joh. III. 8. 2 Cor. IV. 4. Eph. VI. 10-17. recogitauerit.

IX.

In controuersiis de exsistentia, operationibus et potestate Satanae, noua vi subinde recurrentibus, videre est illud, quod vulgo dicitur: *paruus error in principio, fit maximus in fine.* Adeo *minima* in ciuitate Dei, pari diligentia, attentione et studio cum *maximis*, curanda sunt.

X.

Cum in loco, quem hactenus tractauimus, nil frequentius fieri soleat, quam vt notio *iudaici* et *paganici* Diaboli, daemonumque, obtrudatur Christi Apostolorumque sententiis, vel euidentissimis; contra prima artis cogitandi praecepta peccari in eo videtur, quasi vana, falsa, superstitiosa essent omnia, quae *Iudaei*, praesertim ante repudium, a Deo acceptum, tenuerunt, οἷς ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, Rom. III. 2: qui multa ab antiquis prophetis, ἄγραφα quidem, sed ea propter non falsa, Matth. II. 23. Jud. v. 9. acceperunt, qui quamuis veri falsa admiscuissent, et imaginationi iusto plus tribuissent, non tamen veritatem eiurarunt, sed eidem modo peregrina induxerunt. Et quis *Gentiles* tam graecos, quam latinos, quorum opera et admiramur et imitamur,

fa-

ſapientes, ἀναντιῤῥήτως tales, pulchri et guſtûs exempla, in hac vna re, in Daemonum vi et poteſtate in rebus humanis, tam inſigniter delíraſſe, eandemque ſine iuſtis et legitimis cauſſis, cum cetera imperita plebe, admiſiſſe putet? Si ea, quae phantaſia induxit, diuelleris ab veritate certa, primaeua, antiquitus tradita, ab incorruptis temporibus ducta; inuertendum erit argumentum, et in adaemoniſtas inſolentiores retorquendum. Accedit, plura, quae Chriſtus Apoſtolique de omni hac cauſſa docuere; ne reperiri quidem in Judaeorum Gentiliumque ſcriptis, ὀ κατὰ ῥητὸν, ὀυδὲ κατὰ διάνοιαν, et aliam his vocibus notionem ſubiiciendam videri in ſacris, quam in profanis.

XI.

Nec nos adprobamus illam *picturam*, quam *Conſtantinus M.* in ſublimi quadam tabula ante veſtibulum palatii poni iuſſit, qua Diabolus, ſub *Draconis* forma, *crucis* cuſpide confoſſus, telis per medium ventrem confixus, et in profundos maris gurgites proiectus ſiſtitur, cf. S. V. D. Semleri *prol. paſch.* de *vario et impari veterum ſtudio, in recolenda hiſtoria deſcenſus ad inferos*, p. 14. n. 21. Intelligentiores id genus imagines nil iuuant, imperitioribus ſaepius nocent, mentemque infrugiferis ideis implent, cuius rei documentum in Gretsero videre eſt.

XII.

Noſtra aetate, in tam admirabili acceſſu et receſſu ſententiarum, in illa, vti omnium rerum, etiam opinionum viciſſitudine, qua ſibi quisque eclecticum quoddam religionis genus format et

 cudit,

cudit, nil prius ſit, nil antiquius, religioſa quidam Scripturae tractatione et recta interpretatione; quam plenior quaedam et accuratior graecarum hebraicarumque litterarum ſcientia mirifice adiuuabit. Huic quo plus operae, et ſtudii impendimus, eo magis erimus πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένοι, 2 Tim. III. 17.

Θεῷ ἡ δόξα.





